



DE ORIGINE,  
PROGRESSV, VSU,  
ET ABVSU TEMPLO-  
RVM, AC RERVM OMNIVM AD  
Templa pertinentium  
LIBRI V.

AUCTORE RODOLPHO  
Hospiniano Tigurino.

*Cum Indicibus argumentorum capitum: Authorum ex quibus hoc opus  
est collectum: Locorum sacrae scripturae, qui in hoc opere ex-  
plicantur: Rerum item ac Verborum  
memorabilium.*



TIGVRI  
In officina Froschouiana.  
M. D. LXXXVII.

THE ORIGIN

OF THE

AMERICAN

REPUBLIC

BY

WILLIAM

CHAPMAN

Author of

"The American



1851

Published by

W. B. ELLIOTT

# ILLVSTRISSIMO ET GENEROSISSIMO PRINCIPI AC DO-

NINO, D. FRIDERICO, COMITI PALATINO, AD RHENVM,  
Bauariæ Duci, ac Illustriſſimi Principis LVDOVICI ſacri Romani Im-  
perij Archidapiferi & Electoris, beatae memoriae, filio & hæc  
redi, Domino ſuo Clementiſſimo.



VENADMODVM Dei Opt. Max. creatoris illius cæli ac  
terre natura ſimpliciſſima puriſſimaq̄ eſt, Illuſtriſſime  
Generoſiſſimeq̄ Princeps, ita quoq̄ cultus ſui modum ſeu  
rationem ſimplicem quidem, ſed tamen numeris omnibus  
abſolutiſſimam ac perfectiſſimam præſcripſit, & viam  
ſalutis unicam facilemq̄ iam inde ab exordio rerum  
monſtrauit hominibus. Primis enim parentibus noſtris in Paradiſo denun-  
ciatis inobediencie ſuæ pœnis, mox filium ſuum Vnigenitum promiſit, qui  
morte ſua homines a peccatorum pœna æterniſq̄ ſupplicijs liberaturus eſſet:  
hunc igitur expectare, in eum confidere, illiq̄ ſoli adherere & vitæ integri-  
tate ſeruare iuſſit, nullis ceremonijs aut externis ritibus principio annexis.  
Tradiderunt hanc ſalutis doctrinam, & hunc Dei perfectiſſimum cultum  
ſedulo patriarchæ ante Moſem liberis ac nepotibus ſuis, quibus cum diutiſ-  
ſimè vixerunt, non in templis aut ſimilibus locis religionis exercitio peculiari-  
ter deſtinatis, quum ea Deus ab initio nullo expreſſo mandato requiſuiſſet,  
ſed in domibus ſuis, quæ tum quidem nihil aliud quàm Scholæ & Officinæ  
quædam veræ religionis, pietatis, honeſtatis, morumq̄ optimorum fuerunt.  
Hic igitur pro ſe quiſq̄ Patriarcharum vniuerſam ſuam familiam, quas  
numeroſiſſimas habuerunt, veram fidem in Deum, & in filium eius totius  
mundi redemptorem, fideiq̄ officia fideliter docuit. Doctrinæ huic addiderūt  
Sacrificia: Abel enim e grege ſuo pecus obtulit in holocauſtum Domino con-  
ditori omnium: ita & Seth, Noe, Sem, Abraham, Iſaac & Iacob, omnes de-  
nique patres ſacrificariſſe creduntur. Hæc etiam illorum ſacrificia cum alta-  
ribus ea ætate nulli certo loco affixa fuere, ſed vbiq̄ data fuiſſet occaſio,  
præcipuè tamen vbi Deus vel inſignia adidiſſet miracula, vel ſignificaiſſet  
ſe ibi aliquando res magnas geſturum, ibi patres altaria crexerunt, & ſa-  
crificia obtulerunt, quibus & preces adiunxerunt, vt partim gratitudinem  
ſuam erga Deum hoc pacto teſtarentur, partim verò hoſtiam ſeu mortem  
filij Dei, qua peccata totius mundi expiaturus erat, ſibi in memoriam reuo-  
carent. Quia verò ſalutis promiſſio Adamo olim data, ſequentibus ſeculis  
propter vniuerſalem totius humani generis corruptionem, & horribile iudi-  
cij ac iræ Dei exemplum in Diluuiio editum, prorsus abolita videri potuiſſet,



## E P I S T O L A

solemni eius instauratione opus fuit. Ad eam verò rem ex peculiari gratia Deus Abrahamum elegit, quem inter idololatrias in Vr Chaldaeorum agentem in terram Chanaan euocauit, & salutis fœdus cum eo ac semine eius in æternū instaurauit. Vt verò in fœderibus non solum conditiones utring con scribi solent, sed etiã sigilla addi, quibus confirmetur: ita suum hoc fœdus instituto Circumcisionis sacramento in hominibus ob signari voluit, quo minus de eius fide ac beneuolentia dubitare possent. Etsi enim fidem & obediẽtiam pro suo iure à nobis exigere poterat, ea tamen est bonitate & clementia Deus noster, ut licet in alto resideat, sicut Dauid canit, & gloria eius supra cœlos exaltata sit, ad nostros tamen mores sese demittit, quo infirmitati nostræ succurrat. Atque hæc quidem religionis veræ exercitia fuerunt, & hoc cultus potissimum genere ut simplicissimo, ita quoque sanctissimo purissimoq; Deus in illa mundi etate prima, quæ ab Adamo ad Mosem vsq; , spatio nimirum 2455. annorum, iuxta Funcianam supputationem, extenditur, ab hominibus coli voluit.

Post ea tempora verò, quoad externos ritus longè magnificentior cultus per Mosem traditus est populo Dei, instituto Tabernaculo, Sacerdotio, varijs generibus sacrificiorum, abluitionum, purificationum, festorum, alijsq; infinitis propè operosisq; cerimonijs. Tandem etiã Templum illud magnificentissimum, totiusq; orbis miraculum à Solomone extructum, & auro argentoq; mirandum in modum exornatum, in cineres autem redactum à Zorobabele reparatum instauratumq; fuit. Quæ omnia non tam iubente, quàm repmittente, seu indulgente & coniuente Deo facta sunt: non quòd natura eius immutata esset, & iam ipse tam magnifico apparatu ac splendida pompa coli gauderet, hisq; rebus infantum instar demulceretur, sed quòd ipsi nunc res esset cum duræ cervicis, præ fracto, obstinato & ad idololatriam, cui in Aegypto plus æquo assueuerat, proclui populo, quem hoc pacto ab idolorum cultu auocare, & in vera religione ac societate vnus corporis ecclesiastici retinere voluit. Putauit siquidem clementissimus Dominus Israelitas suos nullam deinceps omnimò habituros occasionem peregrinos cultus recipiendi, quos tam exquisitis instruxisset & quasi inuoluisset sacris. Vnde & Conradus Pellicanus in explicatione præcepti Dei, de ara non ex sectis, sed impolitissimis lapidibus extruenda, quod Exodi 20. cap. extat, Voluisse videtur, ait, Deus abesse sacris suis omnem splendorem artis & precij: idq; esse quòd placeant illi, & quòd absolute prodesse possent fidelibus, cupientibus Deum in spiritu & veritate colere. Quòd autem postea Mosi ostendit tabernaculum, arcæ & ararum preciosum, illustre, artificiosum & laboriosum adificium & sanctuarium, id ipsum vel ex hoc loco videtur ostendisse, permissionem potius fuisse, quàm mandatum, & ad duræ cervicis populum & superstitiosum nimis continendum in officio: alioqui, ut patet,

DEDICATORIA.

tet, nimum propensum ad ritus gentilium, deosq̄ eorum. Ea tantum ratione condescendendo fragilitati ipsorum, quàm ara pulchra carere in sacris suis nollent, & sculptile habere non permetterentur, atque nondum fixum locum scirent vel consequerentur sub Mose ad cultum Dei: ideo ordinauit ista externa ad peiora cauenda, & s̄que ad tempus correctionis, de voluntate eorum, & ex ipsorum donarijs ad quæ erant promptissimi. Ad hæc in his externis ceremonijs & ritibus quasi uelata abscondebantur potissima Christi & Ecclesiæ mysteria, fueruntq̄ sacramenta Iudaici populi, quibus Dominus hunc obstringere firmiter uoluit, & in memoriam reuocare beneficia sua, denique exerceri pietatem & obedientiam, adeoq̄ fidem confœderatorum suorum. Circumcisio enim docebat eos in peccatis conceptos & natos, & proinde natura pollutos, purgatione opus habere. Sacrificijs quotidianis, matutinis nimirum & uespertinis, peccatorum expiatio adumbrabatur: cumq̄ eadem quotidie repetrentur, haud obscure ad sacrificium quoddam perfectius remittebant, quod semel immolatum ad expianda peccata nostra sufficiens futurum esset. Eadem fuit festorum, thymiamatis & aliorum penè infinitorum ratio: quòd nimirum per se ad salutem nihil conferrent, illius uerò mysteria adumbrarent, & in fidei contemplationem animos excitarent. Quò etiam factum est, ut hæc Ceremonie, & cultus ille in uniuersum quantumuis magnificentissimus per se non placeret Domino, quoties sensu mysteriorum destituerentur, fide in promissum Seruatorem carerent, atq̄ externum modò cultum exercerent. Nam Psalm. 40. Dauid inquit, Sacrificium & oblationem noluisti: holocaustum & sacrificium pro peccato non postulaisti. Et Psalm. 50. Non arguam te propter sacrificia tua, nec propter holocausta tua quæ coram me sunt semper. Item, Non delectaris sacrificio, nec holocaustum exigis, alioquin darem. Et apud Esa. cap. 1. inquit Dominus: Cùm ueniretis ut conspiceremini coram me, quis quesuit hoc de manu uestra, ut conculcatis atria mea? Ne addatis offerre sacrificium mendax: suffimentum abominatio est mihi: Calendas & sabbatum quòd conuocetis conuocationem, non possum ferre iniquitatẽ cum coetu. Calendas uestras & solennitates uestras odio habuit anima mea, sunt mihi oneri, fatigatus sum sustinendo. Hierem. 6. ait: Ut quid mihi thus ex Saba affertis, & calamum suaueolentem de terra longinqua? Holocaustomata uestra non sunt accepta, & uictima uestra non placuerunt mihi. Rursum 7. cap. Holocaustomata uestra addite uictimis uestris, & comedite carnes: quia non sum locutus cum patribus uestris, & non præcepi eis, in die qua eduxi eos de terra Aegypti, de uerbo holocaustomatum & uictimarum. In eandem sententiam etiam Hoseæ 4. dicit, Declinarunt, dum tantum student uictimis: itaque ego castigabo uniuersos. Et Amos 5. Odi & proieci festiuitates uestras, & non capiam odorem cætuum uestrorum. Quod si



## E P I S T O L A

obtuleritis holocaustomata mihi, & munera uestra, nō suscipiam, & vota  
 pinguium uestrorum non recipiam, Aufer à me tumultum carminum tuo-  
 rum, & cantica lyrae tuae non audiam. Nunquid hostias & sacrificium obli-  
 listis mihi in deserto quadraginta annis? Ex aduerso autem in lege & Pro-  
 phetis subinde requirit & exigit uera fidei obedientiam, qua carnis affectus  
 omnes mortificat, Deo nos hostiam uiuentem sistit, & Christi merito quae sit  
 tam peccatorum remissionem amplectitur, adhuc ad supremi numinis in-  
 uocationem, ad uitae innocentiam, & ad omnia reliqua pietatis officia nos  
 excitat. Vnde Moses dicit, Et nunc Israel quid Dominus Deus tuus petit à te,  
 nisi ut timeas eum, & incedas in cunctis uijs eius, & seruias Domino Deo  
 tuo toto corde tuo, & tota anima tua, ut scilicet custodias praecepta & sta-  
 tuta eius, quae ego praecipio tibi hodie in bonum: Deut. 10. Et Dauid ostendens  
 qua in re uerus Dei cultus situs sit, inquit: Sacrificate sacrificia iustitiae, &  
 confidite in Iehoua: Psal. 4. Item, Sacrifica Deo laudem, & redde altissimo  
 uota tua. Inuoca me in die tribulationis, & eripia te, & glorificabis me. Et  
 Psal. 51. Sacrificia Dei, ait, spiritus contritus. Apud Hosea ipsemet Dominus  
 ait, Misericordiam uolo, non sacrificium: & cognitionem Dei plusquam ho-  
 locaustum. Et apud Ieremiam cum disertis uerbis indicasset, se in die qua  
 eduxisset Israelitas ex Aegypto nihil eis de holocaustomatibus praecipisse, mox  
 addit: Sed hoc uerbum praecipi eis, dicens: Audite uocem meam, & ero  
 uobis Deus, & uos eritis mihi populus: & ambulate in omni uia quam  
 mandauit uobis, ut bene sit uobis. Micheas denique cap. 6. inducens aliquos  
 de uero Dei cultu interrogantes, quibus nimirum in rebus consistat, respon-  
 det: Indicabo tibi o homo, quid sit bonum, & quid à te requirat Dominus, ne-  
 pe facere iudicium, diligere misericordiam, & sollicitu uel submissum am-  
 bulare coram Deo tuo. Haec propterea pluribus commemoro, Clementissime  
 Princeps, ut appareat cultu illum Dei externu in ueteri Testamēto sum-  
 ptuosissimum, & Ceremonias splendidissimas non solum umbras, figuras  
 & typos Christi Domini ac redemptionis nostrae, sed etiā ex permissione ue-  
 rius, quam mandato Dei institutas fuisse, ad retinendū populum Israeliticū  
 ad idololatriam & omnis generis superstitiones numiu procliuem, in officio:  
 adeoq; etiam ad salutem nihil contulisse, quam sacrae literae in solius Christi  
 merito monstrant nobis. Vnde & illud simul fieri manifestū puto, quod uel  
 praecipuum in hac tota tractatione est, Ceremonias ueteris Testamēti abro-  
 gatas, & in uniuersum abolitas fuisse, cum tempus illud perfectionis, quod  
 Christus aduentu suo attulit, & de quo Paulus ad Hebr. eos loquitur aduenis-  
 set. Nam umbris manentibus, dubia fuisset lux quā Seruator in mundum  
 importauit secū. Neq; etiam Deus rem uult habere amplius cum infantib.  
 quales ante legē fuerunt, quos nudis promissis & crebris reuelationibus quae  
 manu duxit: sed & nec cum iuuenibus, quorum serocia & proterua post le-  
 gem, in a

DEDICATORIA.

gem institutis externis ritibus & ceremonijs magnificis, aliquid cōcedendum fuit: verūm per Christū filium suū cum noua Ecclesia, tanquā cum viris, agere vult, quos puerilibus istis ritibus & ceremonijs ceu pupis occupatos esse nequaquā conuenit. Quae tamē non ita à quoquam accipi velim, quasi cum externo illo cultu veteris populi verae fidei & pietatis officia simul abolita & sublata sint: permanent enim illa constantissimē in Ecclesia Christi, tantum abrogata illa magnifica pompa operosaru ceremoniarum, & rituum externorum omniū, iam in Dei cultu hoc unum quā diligentissimē obseruandū, quod olim adumbratum fuit, & pij porro non in obeundis typicis hisce sacris, sed in praestandis verae fidei & pietatis officijs occupari debent: quod futurū Seruator Samaritanae muliercula praedixerat, inquiēs: Venit hora, & nūc est, quando veri adoratores patrem in spiritu & veritate adorabūt. Etenim pater tales querit qui adorent ipsum. Deus est spiritus, & eos qui adorant ipsum, in spiritu & veritate adorare oportet. Quo loco Adorationis nomine totum Dei cultum, deinceps in Ecclesia sua exercendum, complectitur, quem duobus capitibus constare dicit, Spiritu scilicet & veritate, ut hoc pacto Mosaisas Ceremonias omnes procul ab ecclesia sua excludat, suumq; cultum ab omnibus istis corporeis, externis & puerilibus ritibus ac crepundijs repurget. Vt verò inter suos quidam nerui etiā essent publicorū congressuum, in quibus in vera fide rectē erudirentur simulq; Christianis hominibus externis quibusdam signis remissio peccatorū & iustitia coram Deo ceu sigillis obfignaretur, in legalium Ceremoniarū locum Christus paucissimas suae Ecclesiae seruandas instituit, Baptismum nimirum & Cœnam sacram: praeter has enim duas sacras actiones seu ceremonias publicas nullas discrete ordinauit Dominus. Vnde & D. August. epist. 118. ad Ianuarium inquit: Tenere oportet Dominum nostrum Iesum Christum, sicut ipse in Euangelio loquitur leni iugo suo nos subdidisse & sarcina leni. Ideo sacramentis numero paucissimis, obseruatione facillimis, & significatione praestantissimis societatem noui populi colligauit: sicuti est Baptismus trinitatis nomine consecratus, Communicatio corporis & sanguinis ipsius, & si quid aliud in scripturis canonicis commendatur, exceptis his quae seruitutē populi veteris pro cōgruentia cordis ipsorum & prophetici temporis onerabāt, quae & in quinq; libris Moysi leguntur. Vt verò pauca numero, ita quoque simplices sunt, & sic omni prorsus splendore, pompa ac magnificentia carent, ut etiā vilia & contemptibilia carni nostrae, & vix aliquid cum promissionum diuinarū maiestate commune habere videantur. In Baptismo enim oculi nostri nihil aliud quā vilis aquae aspersione cernunt. In sacra Cœna parua panis buccella, & vinum porrigitur hominibus. Sed haec sunt non absq; singulari studio sic à Seruatore cōstituta, qui cum peruersum carnis nostrae ingenium probè nossēt, cauere hoc pacto



## EPISTOLA

Voluit, ne externis inherendo interna salutis mysteria negligereamus, & signa  
 pro rebus signatis acciperemus, quam miseriam animarum seruitutem  
 Augustinus appellauit. Apostoli has à Christo institutas Ceremonias diligen-  
 ter obseruarunt, nihil mutarunt, nullas ademerunt, neq; etiam addiderunt,  
 sed tanquam obedientes discipuli à Christo institutis simpliciter contenti fue-  
 runt, nisi quòd Ordinationem per manuum impositionem ministrorū seu pa-  
 storum Ecclesie prioribus adiecerunt. Ac licet primis aliquot annis Apostoli  
 ceremonialia quadam Mosaica, ut res indifferentes, propter imbecilles, &  
 nondum de abrogatione legis Mosaica plenè edoctos, obseruarint, ut patet ex  
 Acto. 16. Vbi Paulus Timotheum quem volebat secum abducere ad Iudeos,  
 qui sciebant eum ex Græco patre natum esse, circumcidit: idemq; Apostolus  
 1. Corinth. 9. dicit, se Iudeis factū esse quasi Iudeum, ut Iudeos lucrifaceret,  
 & ijs qui sub lege crant, quasi esset sub lege, ut eos lucrifaceret, & ijs qui sine  
 lege fuerint, tanquam ipse quoq; sine lege sit, cum tamen non sit sine lege Deo,  
 sed obnoxius legi Christi, ut lucrifaceret eos qui sunt sine lege: Tamen cum  
 viderent falsos fratres & obstinatos Iudeos, obseruationem legis, tanquam  
 necessariam ad salutem postulare, nequaquā illis cesserunt, sed manifestè con-  
 tra legem egerunt, ut doctrinā de abrogatione legis, & libertatē Euangelij  
 tuerentur. Vnde Paulus cum Hierosolymis esset, unā cum Tito, non est com-  
 pulsus eum circumcidere ob falsos fratres, qui subintroierāt ad explorandam  
 libertatem nostrā, quam habemus in Christo, quo nos in seruitutē adigerunt:  
 Galat. 2. Et eam ob causam Antiochie Petrum in gratiā falsorum fratrum  
 Iudaizantē grauitè reprehendit Paulus, Galat. 2. Idem 1. Corinth. 10. legem  
 de ciborum discrimine abrogat: Et Galat. 5. apertè docet, ad eò esse abrogatā  
 legem Moysi, ut si quis ea opinione circumcidatur, aut aliās obseruet legis ce-  
 remonias, quòd sint necessarie ad salutē, non possit saluari. Ab hac verò pri-  
 mitiue Ecclesie simplici quidem illa, sed tamē absolutissima perfectissimaq;  
 forma in vero Dei cultu, longissimè recesserūt poster. ætates, & Ceremonias  
 in ecclesia ita prodigiōse accumularunt, ut non tantum Iudaismum reuoca-  
 tum, sed insuper quoq; Ethnicismum introductum dicere iure optimo possēt  
 Clementia tua. Ac cæpit quidem radices agere hoc malum haud longè post  
 Apostolorum tempora: mox autem tantos progressus fecit, ut D. August. in  
 Epist. ad Ianuarium conquestus sit, Christianam religionem ita traditioni-  
 bus humanis, Ceremonijs ac ritibus onerari iam suo tempore, ut Iudeorum  
 conditio tollerabilior fuerit sub lege, quàm Christianorum sub Gratia & E-  
 uangelio, ut qui legalibus tantum sarcinis, nō etiam humanis traditionibus  
 subiecti fuerint. Tollerari tamen utcumq; potuisset, ni Gregorij M. temporis  
 bus, imprimūq; post Caroli M. atatem factum fuisset deterrimū, & crescen-  
 tibus superstitionibus, erroribus & abusibus, ipsum quoq; tandem in tam im-  
 men-

DEDICATORIA.

mensam arborem excreuisset, ut hortulo Dominico plurimum damni attulerit. Quæ cum ita sint, ut sunt certissimè, tamè vetustatè subinde crepant hodiè Pontificij, quippe quibus hoc curæ in primis semper est, ut suas leges, ritus, instituta, consuetudines, cultumq; suum adeò totum, quoad eius fieri potest antiquitatis auctoritate commendent reddantq; augustiorem. Ex quo fit, ut non solum à prisca vetustate sæpe authores accersant, quibus nihil unquam simile ne in mentem quidem venit, sed etiam ad verè primitiuæ Ecclesiæ, imò ad Christi & Apostolorum tempora usq; sua omnia referant, quæ tamè ijs sæculis prorsus incognita fuerunt. Hoc autem argumento in cum finem utuntur potissimum, ut hominibus persuadeant, veram esse hanc suam religionem, nec temerè ab ea recedendum: sequendâ enim esse vetustatem veterumq; consuetudines, ac insistendum parentum nostrorum vestigijs, qui feliciter etiam suos secuti sint. Sed est hoc ineptissimum simul & insulsißimum. Symmachus Urbis Romæ Præfectus, & Gentilismi propugnator strenuus dicebat etiam, ut est videre apud Ambrosium lib. 5. epistolarum, Præstate oro vos, ut quæ pueri suscepimus, senes posteris relinquamus: seruanda est tot sæculis fides, sequendi sunt nobis parentes, qui secuti sunt feliciter suos. Utamur obsecro ceremonijs auitis. Et Iudei Idololatræ ad Ieremiam prophetam aiebant: Sic fecimus nos, & patres nostri, reges nostri, & principes nostri, & saturati sumus panibus, & benè nobis erat. Quid autem adhæc Deus? In statutis, inquit, patrum vestrorum nolite ambulare. Ego Dominus Deus vester. Phariseis obijcientibus Christo, quare discipuli eius transgrediantur traditionem maiorum? respondetur à Domino, Quare vos transgredimini mandatum Dei per traditionem vestram? Hypocrite benè de vobis prophetauit Isaias, dicens, Appropinquat mihi populus hic ore suo, & labijs me honorat: cor autem eorum procul est à me. Sed frustra me colunt, docentes doctrinas quæ sunt mandata hominum. Et constantissimus Dei martyr Cyprianus lib. 2. epist. 3. inquit: Si solus Christus audiendus est, non debemus attendere quid aliquis ante nos faciendum putauerit, sed quid qui ante omnes est Christus prior fecerit. Neque enim hominis consuetudinem sequi oportet, sed Dei veritatem. Et in fine epistolæ, Si sacerdotes Dei & Christi sumus, inquit, non inuenio quem magis sequi quam Deum & Christum debeamus, &c. Idem rursus ait, Quelibet consuetudo quantumuis vetusta, quàmuis vulgata, veritati est postponenda: & usus qui veritati est contrarius abolendus est. In quam sententiam etiam Nicolaus Papa Ignaro Remensi archiepiscopo scribens inter alia dicit: Mala consuetudo non minus quam perniciosa corruptela abijcienda & vitanda est: quæ nisi citius radicitus euellatur in priuilegiorum ius ab impijs assumitur.

Quemadmodum igitur de Catone fertur, quòd cum Græci per incredibilem arrogantiam se omnium hominum primos esse falsò dicerent, & artium



## E P I S T O L A

liberalium aliarumq<sup>ue</sup> rerum inuentionem non ad veram originē referrent, sed sibi solis ascriberent, eoq<sup>ue</sup> omnium gentium historias peruertere, & antiquissimam doctrinam abolere conarentur, peculiarem librum de Originibus rerum scripserit, ne Romani facile in errores abducerentur: ita ego quoq<sup>ue</sup> cum scirem Pontificios Antiquitatis argumento potissimum hodiē vti, eoq<sup>ue</sup> simplicioribus fucus facere, collegi aliquot iam annis ex veris approbatisq<sup>ue</sup> historys, & ex ipsorum etiam Papiſtarum libris ORIGINEM PAPATVS VERAM, hoc est, Opus de inclinatione & deprauatione doctrinæ cælestis, deq<sup>ue</sup> Ceremoniarum mutatione, auctione & progressu ijs seculis quæ Christum & Apostolos primū, deinde verò Constantinum Imperatorem, in primis autē Gregorium Primū, Pontificem Rom. & Carolū M. secuta sunt: Cuius hæc summa est, Pontificiam religionem, quatenus in doctrina & ceremony a verbo Dei scripto discrepat, intra mille proximos annos demū natam, eoq<sup>ue</sup> temporis spacio Pontifices Romanos prisca sustulisse, & noua surrogasse, quæ nunc pro vetustissimis habeantur. Collegeram autem hæc omnia in meos priuatos vsus. Sed hunc meum laborē iudicio grauissimi & doctrina præstantissimi aliquot viri, ut viderunt, ita probarunt, ut continuò me ad editionem eius adhortati fuerint: cumq<sup>ue</sup> obijcerem illis nihil in nus unquam mihi in mentem venisse, quàm ut publicarem eum, aut typis excudendum traderem, ceu indignum qui à doctis legeretur, non quoad materiam, quam quidem utilissimā nostris temporibus arbitror, sed quoad auctorem, qui hæc pro dignitate, ob ingenij & doctrinæ exiguitatem tractare non posset, illi tamē hortando, urgendo, monendo, rogandoq<sup>ue</sup> non destiterunt. Hos inter præcipuus est D. Guilielmus Stukius S. S. Theologia in Schola nostra Professor: habet enim hoc ferè peculiare vir ille, ut licet doctissimus sit, aliorum tamē laudi atq<sup>ue</sup> gloriæ, studiorum laboribus acquisitæ, non inuideat, neq<sup>ue</sup> honorum cursum sistat aut conatus impediatur, sed eos potius quacunq<sup>ue</sup> possit ratione promoueat atq<sup>ue</sup> adiuuet: quæ virtus ut in viris doctis rarissimè inuenitur hodiē, ita illud è contra quàm plurimum est insitum, ut aliorum labores non ad ostentationem, sed ad Ecclesiæ totiusq<sup>ue</sup> Reipublicæ literariæ utilitatē aditos Theonino, seu potius canino dente arrodant, carpant, taxent, cauillentur & suggillent, nihilq<sup>ue</sup> nisi quod ipsi soli dicunt ac faciunt rectum putent. Habet ille in aula tua fratrem D. Sebastianum Stukium, Capitaneum, & arcis Heydelbergensis præfectum, dignus certè qui ob tantum virum à Clementia tua ametur plurimum, siquidem ille, ut audimus, dignum se maiorū suorum, optimè de Repub. Tigurina meritorū, virtute præbet. Accessit Stukio alijsq<sup>ue</sup> pietate, doctrina & consilijs præstantissimus vir D. Abrahamus Colbingerus, Illustrissimo Principi Ioanni Casimiro à Secretis, qui aditionem huius operis literis ad Stukium nostrum datis semel iterumq<sup>ue</sup> flagitauit. Tantorum igitur virorum, auctoritate & iudicio victus tandem manus dedi.

Horum



DEDICATOR . . .

*Horum autem laborum meorum partem primam sub felicibus Celsitudinis T. auspicijs in lucem prodire volui FRIDERICE Princeps Illustrissime. Laudatissimus enim mos est & plurimus iam seculis multorum exemplis confirmatus, ut quem quis suspiciat, colat maximè faciat, in eius fide, tutela & patrocinio scriptum, quod aditurus est, reponat & quasi cōsecret. Causæ autem sunt multæ eaq̃ graues quæ me & alios in admirationem C. T. rapiunt, eamq̃ ut summa cum obseruantia colamus, plurimiq̃ faciamus compellunt. Ex Palatinorum enim Principum laudatissimorum stirpe originem ducis, cuius in totam Heluetiorum gentem, in primis autem in patriam meam, hoc est Tigurinam Rempub. multa beneficia & præclara merita extant, quæ adhuc in Annalibus nostris magna cum laude & grata memoria celebrantur. Quod autem Celsitudinem tuam peculiariter attinet, de generosissima eius indole tam multa & præclara ad nos huc usque fama & literis clarissimorum virorum constantissimè perferuntur, ut nemini dubium sit, quin non solum in amore & benevolentia erga nostram Rempublicam & Ecclesiam sis permansurus, sed etiam vniuersa Christi Ecclesia & S. S. Romanum Imperium in te propediem nutritum & protectorem fidelissimum, ac Principem verè Christianum habiturum sit. Habet C. T. vnam Dedicationis nostræ causam: altera est primæ huius partis, sicut & totius Operis nostri materia: quam quidem Principibus quoque cognitu & necessariam & utilem esse arbitror, hoc præsertim ultimo ante Christi ad iudicium extremum aduentum seculo, quo Antichristus Romanus aduersus veram, & ad verè primitiuæ Ecclesiæ formam reformatas Ecclesias vniuersum mundum concitat, & omnia bellis, incendijs, cedibus, seditionibus, produtionibus ac sanguine miscet, ut eam fidem ac religionem restinguat ac funditus extirpet, ex qua regno suo excidiū imminere intelligit. Est enim hoc ingeniū Satana, ut tum maximè fremat, ringatur, frendeat & tantū non præ furore & insania rumpatur, quando Christum se fortiorem adesse videt, cui ipsum cedere oporteat. Docet hoc Christus quoq̃, quando illum forti armato confert, qui sua quietus possidet, dum nemo illum inuadit, at hoste ipsum expugnante vires omnes ad domus suæ defensionem exerit: Vnde & postremi quiq̃ illius conatus prioribus grauiores atq̃ atrociores sunt. Sic in Aegypto olim factū fuisse Moses testatur, Qui enim initio contentus erat Israelitas auita libertate spoliauisse, vbi tēpus liberationis adesse videt, noua rabie Pharaonis animum accendit, qua iam nō in viros modò, sed in recens natos infantes sequiret, & laboribus intolerandis populum grauaret. Similiter, cum Babylonici exilij initia tolerabilia fuissent sub Nabuchodonosore & Euilmerodacho regibus, sub illius tamen finē Balthasari extrema impietatis & sacrilegi furoris author fuit, quo religionē & veri Dei cultum omnino abolere conatus est, cuius instaurationē præ foribus adesse viderat. Huc etiam pertinent laniens ille cruentissima, quas in toto Romano*

## E P I S T O L A

Imperio per annos circiter trecentos aditas fuisse ex Ecclesiastica historia Eusebij constat, cum religio Christiana per totum orbem longè lateq; propagaretur, & Satan, cessantibus ubiq; oraculis & euanescente indies idolorum cultu, sibi cedendum esse sentiret. Et quod tunc fecit, id ipsum longè maiori rabie & truculentia quàm ante hac nunquam sub huius mundi finem facturum, sacra & litera nos docent, & hodiè experimur. Prodest igitur in tantis Antichristi furoribus, quibus vninersus mundus perturbatur, & summa imis miscentur, Principibus Christianis, quibus à Deo Ecclesie sua patrociniū & tutela cōmissa est, scire & probè cognita habere fundamenta, originem item ac progressum Pontificie religionis, quam antiquissimam & iam inde ab exordio mundi traditam esse subinde clamant, & pro qua tuenda, conseruanda propagandaq; tantis viribus laborant & dimicant, ut intelligant Principes, non inniti eam fundamento firmo Verbi Dei, & doctrinæ veræ primitiue Ecclesie, sed straminco potius, humanarum constitutionum, rituum & Ceremoniarum, quas non tantum ex Iudaismo, sed Ethnicismo quoque intra mille proximos annos, si quàm longissimè retrospiciamus, mutuati sunt: ac propterea istis Pontificum Romanorum furoribus, terriculamentis, & brutis fulminibus nihil terreantur, imò ne moueantur quidem, sed in excutiendo pontificio iugo, & à suis prouincijs procul arcendis Papistis tenebris alacres, in defendenda autem vera doctrinæ Verbi Dei & veteris Ecclesie, quam his postremis temporibus Deus ex immensa gratia & misericordia, mundo rursum reuelauit, constantes & strenui sint. Neque enim inter Christianos ferenda est sceleratissimi nebulonis Machiaueli Itali sententia, qua vult Principes non magnopere laborare debere veram ne an falsam religionē habeant: cum eò vsque etiam prouehatur execrandus homo, ut Ethnicas superstitiones Christianæ religioni sine omni pudore anteponat. Sed potius Principi Christiano ante omnia nitendum est, ut vera Religio ab ipso colatur, propagetur ac defendatur strenuè. Quam quidem ad virtutem non solum generosissima tua indole, sed etiam maioru tuorum exemplis egregiè excitari potes Princeps Illustrissime. Vterq; enim auus tuus, sanctissimi nimirum Illustrissimiq; Principes FRIEDERICVS Palatinus Elector, & PHILIPPVS Hassiæ Landgrauius puriorum Euangelij doctrinam summo quoque cum capitis fortunarumq; suarum discrimine propugnarunt acerrime. Pater etiam tuus Ludouicus Elector in tuenda Verbi Dei doctrina egregiam sanè operam nauauit. Qui omnes nunc in Christo beati viuunt, & virtutum suarum præmijs æternis in cælo fruuntur, teq; nominis sui memoria ad similes virtutes excitant. Quæ eò maioris apud te authoritatis esse debent, quòd in viuis adhuc habeas domestica exempla, quibus non minus excitari potes: patrum videlicet Ioannem Casimirum, & auunculum Guilielmum Landgrauium Illustrissimos

D E D I C A T O R I A.

*striffimos Principes, & in promouenda gloria Dei ac defendenda vera religione fortissimos heroes. Horum vestigijs si C. T. insistat, quod omnes boni sibi de te pollicentur, non solum in terris felix & fortunatus eris, sed etiam in caelis aliquando eternum regnabis. Sed quid ago Princeps Illustrissime? cum hac & alia audias sepius & clarius à viro nobilitate, magnaq; pietate & doctrina praestantissimo D. Ottone à Grünrad morum ac disciplinae tuae magistro fidelissimo: à magno quoque nostra aetate Theologo D. Daniele Tossano alijsq; viris clarissimis mihiq; summa obseruantia colendis. Accipe igitur Princeps Generosissime Clementissimeq; à me, licet nullius meriti aditu C. T. noto, chartaceum hoc munusculum benigno vultu, idq; summae meae erga te obseruantiae testimonium esse patere, & me Tuae Clementiae maximo tuo merito tunc obstrictum putabo. Dominus Iesus verus Dei & Mariae filius, cui omnis potestas in caelo & terra data est, Celsitudinem T. cum Illustrissimo fortissimoq; Principe Ioanne Casimiro totaq; Palatinorum familia tucatur, & quam diutissime ad nominis sui gloriam cōseruet, donaq; sua in vobis augeat, Amen. Data Tiguro Heluetiorum metropoli 4. Calend. Febr. anno 1587.*

T. Celsitudinis obseruantissimus

*Rodolphus Hospinianus  
Tigurinus.*



# INDEX CAPITVM HORVM

QVINQVE LIBRORVM.

LIBER PRIMVS CONTINET  
*originem Templorum: vbi*

**D**E LOCO in quo Patriarchæ ante  
extructum Tabernaculum fami-  
lias suas instituerunt: & de LV CIS,  
in quibus Gentiles primo conue-  
nerunt, & sua sacra tractarunt.

De Tabernaculo Iudæorum.

De Templo Hierosolymitano priore  
& posteriore.

De Synagogis Iudæorum.

De Authoribus & prima Origine Tē-  
plorum apud Gentes: vbi & de Lu-  
cis iuxta templa Ethnicorum.

De Origine, authoribus & progressu  
templorum apud Christianos: vbi  
& de studio ædificandi magnificē-  
tissima & sumptuosissima tēpla S.  
Patrum iudicium: de nominibus lo-  
corum, quæ à Christianis ad con-  
uentus publicos celebrandos sunt  
extructa: In cuius honorem Tēpla  
primitiua Ecclesiæ fuerint erecta,  
& in quem non dissimulandum a-  
busum ea res abierit, ac Martyrijs  
occasionem dederit: de Causis mul-  
titudinis templorum apud Christia-  
nos: de Miraculis falsis pro ædifica-  
tione Templorum: de Superstitio-  
nibus varijs circa templorum ædi-  
ficia exortis: deq; tēplis nullis pro-  
phanis vsibus destinandis.

De Origine & progressu Asylo-  
rum.

LIBER SECVNDVS COMPLE-  
*ctitur Originem rerum quæ in templis*  
*continentur: vbi*

De Presbyterio seu Choro & Gremio  
templorum.

De Cryptis.

De Cathedra Episcopali, quā alij Am-  
bonem vocant.

De Baptisterio.

De Ταμείοις seu Ciborijs, Germanicè  
Sacramentheilfle.

De Altaribus, & Ornamentis altarū.

De Origine & progressu Imaginum  
vel Simulacrorum apud Gentes.

De Origine & progressu Idolorum: apud  
Iudæos.

De Origine & progressu Imaginum  
& idololatriæ apud Christianos: v-  
bi & de Miraculis falsis ac menda-

cibus pro confirmatione cultus &  
adorationis Imaginum: de argumē-  
tis quibus adoratio Imaginum par-

tim defenditur, partim excusatur,  
eorumq; confutatione: de varijs a-

busib. circa Imagines ab ipsijs quo-

que pontificijs olim damnatis.

De Origine Lucernarum seu luminū,  
Cereorum & lampadum in templis  
Christianorum.

De Origine Organorum musicorum  
in templis, quæ Germani vocant

Orgelen. *fol. 73*

De Origine Anathematum aliorum-  
que ornamentorum in templis.

De Origine Aquæ Iustralis.

De Origine Campanarum: vbi & de  
precibus ad earum pulsū instituti-

tis, & num ad eam superstitionem  
Christianus cogi debeat. *fol. 81*

*cap. XIV*

LIBER TERTIVS COMPLECTI-  
*tur Originem rerum quæ sunt ex-*  
*tra templa: ibiq;*

De Origine Cœmeteriorum.

De Origine & progressu Sacellarum  
seu Capellarum.

De Origine Ossariorum, quæ Germa-  
ni vocant Beinheiser.

De Origine Aedium Sacerdotū iux-  
ta templa, & Carcerū Episcoporū.

De Origine & progressu Scholarum:  
vbi etiam de Origine & progressu

Schola-

Scholasticæ Theologiæ primæ, mediæ & ultimæ.

De Origine & progressu Bibliothecarum.

De Origine & progressu Typographicæ artis.

#### LIBER QVARTVS AGIT

De Origine & vero vsu Consecrationum & Dedicationū in genere.

De Origine dedicationū & consecrationum templorum apud Christianos: vbi simul ostenditur, à quibus iuxta pontificios templa dedicanda: quæ templa, & quibus ritibus consecranda: quando item dedicationes istæ festiuæ & anniuersariæ factæ: de quæ Miraculis falsis pro dedicationibus templorum.

De Origine Dedicationum Altarium, Crucis, Imaginum, Calicis, Cerei Paschalis, Frugum, primitiarum, Aquæ lustralis, Campanarum, & Cœmeteriorum.

#### LIBER QVINTVS TRACTAT

De Origine & progressu Bonorum Ecclesiasticorum: vbi agitur de Conditione Bonorum Ecclesiæ Christi in terris & Apostolorum ætate, ac inde vsq; ad Constantini M. tempora: deinde de Donationibus Constantini M. temporibus factis, ac inde, vsq; ad nostram ætatem: vbi & de falsa ac supposititia Constantini M. Donatione.

De Origine Decimarum, & quo pacto eæ in manus laicorum peruenerint.

De Origine Oblationum & Primitiarum.

In quorum fuerint potestate Bona Ecclesiastica à Constantini M. temporibus: vbi &

De Origine Aduocatarum seu Iuris Patronatus, *Der Kasuogryen.*

De Vsū & abusu bonorum Ecclesiasticorum, vbi simul de Incorporationum voragine.



Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page. The text is arranged in several columns and appears to be a list or a series of entries.

# INDEX AVTHORVM QVI

IN HIS LIBRIS CITANTVR.

- |                               |                          |                                |
|-------------------------------|--------------------------|--------------------------------|
| <b>A</b> Cursius Glossator    | Centuriæ Magdeburgensium | Henricus Bullingerus           |
| Ado Viennensis                | Chrysofomas              | Henricus de Etdfordia          |
| Adrianus Turnebus             | Chronic. Ducum Bauariæ   | Henricus à Token               |
| Aelius Lampridius             | Cicero                   | Henricus Vuolphius             |
| Aeneas Syluius                | Claudius Taurinensis     | Herodotus                      |
| Albertus Castellanus          | Clemens Alexandrinus     | Hesychius                      |
| Albertus Cranzius             | Clemens 1. Papa          | Hieronymus                     |
| Albertus Leander              | Clemens 5. Papa          | Hieronymus Paulus Catalanus    |
| Albertus Magnus               | Clemens Romanus          | Incmarus Remorum Archiep.      |
| Alexander ab Alexandr.        | Comestor                 | Hippocrates                    |
| Alexander de Ales             | Conciliorum author       | Homerus                        |
| Alexander Papa & Martyr       | Conradus Pellicanus      | Honorius Augustodunen.         |
| Ammianus Marcellinus          | Constantinus Pnygio      | Hugo Cardinalis                |
| Amphilochius                  | Cornelius Tacitus        | Hugo de S. Victore             |
| Andreas Hyperius              | Curio Cronolog.          | Humbertus Syluæ Candidæ        |
| Ansegifus                     | Cuspinianus              | Episcopus                      |
| Antoninus Florentinus         | Cyryllus                 | Iacobus Middendorpius          |
| Apuleius                      | Damasus Papa             | Iacobus Nanclannus             |
| Appianus Alexandrinus         | Diodorus Siculus         | Iacobus Payua                  |
| Artiphophanes                 | Diogenes Lertius         | Iacobus Vumphelingus           |
| Arnobius                      | Dion Casius Nicæus       | Ioachimus Vadianus             |
| Athanasius                    | Dionysius Alexandrinus   | Ioannes Annius Viterbien.      |
| Athenæus                      | Dionysius Halicarnassæus | Ioannes Auentinus              |
| Augustinus Episcopus.         | Diophanes Lacedæmonius   | Ioannes Bodinus                |
| Augustinus Streuchus          | Dominicus Aforus         | Ioannes Carion                 |
| Anl. Gellius                  | Durandus                 | Ioannes Chiecus                |
| Balaus                        | Eginhardus               | Ioannes Eccius                 |
| Bapt. Egnatius                | Erasmus Roterodamus      | Ioannes Funcius                |
| Bapt. Fulgofus                | Esdra Propheta           | Ioannes Cerfon                 |
| Bapt. Manuanus                | Eugarius                 | Ioannes de Guierra             |
| Bartholom. Georgeniz          | Eusebius Pamphili        | Ioannes Herold Dominicanus     |
| Beatus Rhenanus               | Eustathius               | Ioannes Langus                 |
| Beda                          | Felix Malleolus          | Ioannes Naucleus               |
| Beleth                        | Fl. Iosephus             | Ioannes Picus Mirandula        |
| Benno Cardinalis              | Fortalini fidei auctor   | Ioannes Quintinus              |
| Berengarius                   | Gabriel Biel             | Ioannes Rauifius               |
| Bergomensis                   | Genebrardus              | Ioannes Sagittarius            |
| Bernardus Clareual. abbas     | Gentianus Heruicus       | Ioannes Scous                  |
| Berosus                       | Georgius Castander       | Ioannes Steidanus              |
| Bibliothecarius Rom. ecclesie | Gilbertus Cognans        | Ioannes Stumpsus               |
| Blondus                       | Gosfridus Viterbienfis   | Ioannes Vitoduranus monachus   |
| Bonauctura Cornel. Bertramus  | Gratianus                | Iodocus à Meggen               |
| Bonifinius                    | Grauamina Germaniæ       | Ionas Aurelianensis            |
| Bonifacius 8.                 | Gregorius Nazianzenns    | Iosephus Scaliger              |
| Bruni fulminis auctor         | Gregorius Neocæsariensis | Irnerius                       |
| Bruschius                     | Gregorius Nyffemus       | Isidorus                       |
| Budæus                        | Gregorius Turonensis     | Iulius Cæsar                   |
| Burkhardus Vuormar. Episcop.  | Qualtherus Pictauiensis  | Iucllus Sarisburien. Episcopus |
| Cælius Rhodiginus             | Guilielmus Neubrigenfis  | Iustinianus Imp.               |
| Calcondyla                    | Guilhelmus Choulius      | Lactantius                     |
| Carolus Caluus                | Guilielmus Postellus     | Lambertus Danaus               |
| Carolus Magnus                | Io. Guilielmus Stukius   | Lanfrancus                     |
| Carolus Molinæus              | Hardingus                | Laurentius Humfredus           |
| Carolus Sigonius              | Helmoldus                | Laurentius Valla               |
| Carranza                      | Hermannus Contractus     | Legenda Aurea                  |
| Caspar Hedio                  | Hermannus Gigas          | Leo Africanus                  |
| Catalogus testium Veritatis   |                          | Lil. Gregor. Gyraldus          |

I N D E X.

- Ludouicus Hezer  
 Ludouicus Lauaterus  
 Ludouicus Viues  
 Macrobius  
 Marianus Scotus  
 Martinus Capella  
 Martinus Bucerus  
 Martinus Cromerus  
 Martinus Polonus  
 Massurius Albinus  
 Mathæus Beroaldus  
 Mathæus Dresserus  
 Mathæus Parisius  
 Maximus Tyrinus Philosophus  
 Metaphrastes  
 Merbærenes  
 Mutius  
 Nannius Louaniensis  
 Natalis Comes  
 Nicolaus Clemangis  
 Nicolaus Cusanus  
 Nicolaus Doard.  
 Nicolaus Gerbelius  
 Nicolaus de Lyra  
 Nicolaus Papa  
 Nicephorus  
 Occam  
 Onuphrius Panuinius  
 Opratus Mileuitanus  
 Origenes  
 Otto Frisingen. & eius Continuator  
 Orosius  
 Ouidius  
 Palmerius  
 Panormitanus  
 Pafsionis dominqæ libelli autor  
 Paulus Diaconus  
 Paulus Aemilius  
 Paulus Iouius  
 Paulus Riccius  
 Pausanias  
 Peresius  
 Perotus  
 Persius  
 Petrus de Aliaco Cardinalis  
 Petrus de Aquila  
 Petrus de Bruis  
 Petrus Crinitus  
 Petrus Galatinus  
 Petrus Lombardus  
 Petrus Martyr Vermilius  
 Petrus de Natalibus  
 Petrus Paulus Vergerius  
 Petrus Præmonstratensis  
 Petrus Viretus  
 Pherccydes  
 Philippus Beroaldus  
 Philippus Melanthon  
 Philo Iudæus  
 Platina  
 Plato  
 Plinius  
 Plutarchus  
 Pollux  
 Polydorus Vergilius  
 Pontanus Iouianus  
 Pontificalis liber  
 Porphyrius  
 Posidonius  
 Probus  
 Proclus  
 Procopius  
 Propertius  
 Prosper Aquitanicus  
 Prudentius  
 Pythagoras  
 Rabanus Maurus  
 Rabbi Kimhi  
 Rabbi Leni  
 Rabbi Menahem  
 Rabbi Samuel  
 Rabbi Solomon  
 Rauius  
 Regino  
 Reimundus Bachinonenfis  
 Responſionum ad Orthodoxos autor  
 Richardus Vuithus  
 Rodolphus Gualtherus  
 Rufinus  
 Rupertus Holkoth  
 Rupertus Tuitiensis  
 Sabellicus  
 Saluianus  
 Samonicus Seuerus  
 Sanderus  
 Schopperus  
 Sebastianus Franck  
 Sebastianus Munsterus  
 Seneca  
 Seruius Honoratus  
 Sext. Aurel. Victor  
 Sibylla Erythræa  
 Sidonius  
 Sigebertus  
 Socrates Historicus  
 Sozomenus  
 Stanislaus Hofius  
 Statius  
 Stephanus Zegedinus  
 Strabo Geographus  
 Suetonius Tranquillus  
 Suidas  
 Symmachus  
 Talmudistæ  
 Tertullianus  
 Thales Milesius  
 Theodoretus  
 Theodoricus à Nyem  
 Theodorus Ancyræ Episcopus  
 Theodorus Bibliander  
 Theodorus Lector  
 Thomas Aquinas  
 Thomas Erasmus  
 Thomas Naogeorgus  
 Thomas Rorarius  
 Titius  
 T. Linius  
 Thucydides  
 Trithemius  
 Valer. Ans Ryd.  
 Valerius Maximus  
 Varro  
 Vergilius  
 Vernertius  
 Victor Maffilienfis  
 Vigilantius  
 Vincentius  
 Vitruuius  
 Volateranus  
 Vrſpergenſis  
 Vitalafridus abbas  
 Vuernerus à Rolluwinck.

# INDEX RERVM ET VER.

BORVM INSIGNIVM COPIOSVS, QVAE IN HIS

*Libri de Origine templorum, dilucide ac doctè  
explicantur.*

- A**RONIS virga vbi  
seruata 3.b  
Abagarum ad Christu  
dedisse literas 45  
Abel Cain & alij super  
qua materia ædificauit 33.b  
Abrahami spelunca, cur empta 87  
Abrahamum decimas Melchisede  
co dedisse 123  
Abusu verum vsum non tolli 124  
Abrincateculis Episcopi fabula 23.b  
Accatus Amidæ episcopus 76  
Achabus primus in Israele lucoru  
structor 2  
Academia Athenis aperta 91.b  
Academix Romæ 91  
Academiarum nomioa quæ à quo  
& quo anno iustitutæ incertum  
est 97  
Academicos negasse principia  
49.b  
Acharaca vrbs vbi 8  
Acrij sepulchrum vbi 7.b  
Adolphus Ruschius typographus  
102  
Adoniramus præses operariorum  
templi 4  
Adorare Latinis quid sit 44  
Adoratio imaginum à Gregorio  
promota 57.b  
Adorationis genus quale imagini-  
bus tribuant papiste 67.b  
Adorandum quomodo 43.b  
Adrianus Imperator 6  
Adrianus Betheram muro cinxit 6  
Adrianus Imp. cur à Christi cultu  
deteritus 10.b  
Adrianus sepulchra Romæ vetuit  
87  
Adrianus Imp. vbi sepultus 87  
Adrianus papa orbis totius per-  
turbator 62  
Adriani mira crudelitas in Chri-  
stianos 10  
Adriani templa absq; simulachris  
10.b. 43.b  
Adrianum Imperatorem in Christi  
honorem templa condidisse 10.b  
19.b  
Aduocatarum seu Iuris patronatus  
origo 125.b  
Aeacus Iouis F. templorum inuen-  
tor 7  
Aedes aurea Venetijs 13  
Aedis vocabulū vnde deriuatum 16  
Aedes sacerdotum prope templa  
extruenda 90  
Aedes sacerdotum tantum in cœ-  
miterijs ædificandæ 90  
Aedificia sumptuosa à Cicerone re-  
prehensa 15  
Aedituorum munus apud Ethnicos  
79
- Aeginetarū dona Delphos missa 75.b  
Aegyptij auctores superstitionis  
38.b  
Aegyptiorū templa splendida 13.b  
Aegyptijs idola risui fuisse 40.b  
Aegyptios primos omnium aras &  
templa posuisse 7.b  
Aelia prius Betherā dicta 6  
Aelij veri Imp. cœna sumptuosissimā  
101.b  
Aemiliani iuridici ad Christianos  
oratio 9.b  
Aeneas vbi primum ausus fuerit  
sperare salutem 8  
Aeris tinnitus aduersus magica  
maleficia 14  
Aerariū ecclesias primas habuisse  
116  
Aerarijs primitiuarum ecclesiarum quis  
præfuerit 116.b  
Aesculapius vbi positus 12.b  
Aesculapij templum à Phalystio æ-  
dificatum 21.b  
Aesculapij in templo appensæ ta-  
bellæ 75  
Aestus terribilis 58.b. 59  
Agallianus Turmarcha cōtra Leo-  
nem 59 in mare se præcipitat 59  
Agripalchalis reliquias cōbustæ 32  
Agni typo Christus representatus  
48.b  
Agilonis Galliæ doctoris fabula 49  
Agraria lex cur recusata à diuini-  
bus 87  
Aistulphus in Italiam 118.b  
Albæ regalis basilica 13  
Albæ templum à quo extructum 22  
Albæ templum sæpe consagratū 22  
Albas & corporalia quis instituerit  
37.b  
Alberti Magni theologia media 98  
Alberti Castellani baptizandi can-  
panas ritus descriptio 113.a.b  
Alexandria à quo condita, & cur eo  
loco 24  
Alexandrina Schola 91.b. 92.b  
Alexandrina Bibliotheca 100.b  
Alexandrina Biblioth. exusta 101  
Alexandrinorum Synagoga 7  
Alexandriæ cœmeteria extra vrbe  
87.b  
Alexander san. Petro templū stru-  
xerit 9.b  
Alexand. Rom. Episc. suppliciu 10  
Alexandri Hierosolymitani Episco-  
pi Bibliotheca 101.b  
Alexandri M. dona Apollini Cy-  
mao dicata 75.b  
Alexis exæcatus 62  
Alphei fluminis aqua ad dedicatio-  
nes adhibita 110.b  
Alphonfus Hispaniæ rex ex Manu-  
bijijs templa erigit 22
- Altare aureum thymiamatis vbi po-  
situm 33.b  
Altaris & aræ differentia & ethymo-  
logia 33.b  
Altare quis primo ædificauit 33.b  
Altare à Iacobo erectum Dei iussu  
33.b  
Altare terreum ad holocaustorum  
sacrificia 33.b  
Altare terreum cuius typus 33.b  
Altare thymiamatis cuius typus 34  
Altare thymiamatis 34  
Altare æneum vel holocaustorū 34  
Altare ligneū in Laterano Romæ 35  
Altare prætextu miraculi non eri-  
gendum 35.b  
Altare vnicuique cuiq; templo in pri-  
mitiua ecclesia 36.b  
Altare quando reconsecrandum  
110.a.b  
Altare portatile quod sit 109.b  
Altaris templi Hierosolymitani de-  
scriptio 4  
Altaria duo in tabernaculo extru-  
cta 34  
Altaria lapidea & fixa tempore A-  
postolorum ignota 34  
Altaria quis iuxta pontificios pri-  
mus instituerit 34.b  
Altaria lapidea & fixa quando &  
qua occasione cœperint 34.b  
Altaria in primitiua ecclesia qua-  
lia 35  
Altaria lapidea quando Tiguri cœ-  
perint 35.b  
Altaria in qua templorum parte a-  
pud veteres stereterit 35.b  
Altaria in medio templi 35.b  
Altaria in paparu in prima parte  
templi 36  
Altaria ob somnia extructa 36  
Altaria cœnæ Domini seruiant 36  
Altaria nulla sine reliquijs erigen-  
da 36  
Altaria non erigenda sine consecra-  
tione Episcopi 36.b  
Altaria quomodo cedant in pecca-  
tum 16.b  
Altaria in Christo abrogata 37  
Altaria sanctis erigere abusus 37  
Altaria vino & aqua lauanda, &c.  
37.b  
Altaria quādo spolanda ornamen-  
tis 37.b sapius purganda ab  
araneis, &c. ibid.  
Altaria quæ consecranda sine 109  
a quibus ibid.  
Altaria quibus ritibus consecranda  
109.b  
Altarium lapideorum auctor 34.b  
Altarium seu mensarum apud ve-  
teres vsus 35.b  
Altarium fixorum Tiguri nullum  
6 2



I N D E X.

antiquus trecentis ennis	35. b	Antra ante templorū vsū in Græ-	nibus ecclesijs ab initio recepta
Altarium abusus	36	cia	78. b
Altarium differentia	37	Anylus præfectus Cōstantini Imp.	Aquæ lustralis vsus ex Iudaismo
Altarium ornatus in quo consistat	37. b	116. b	petrus
Altarium tegumenta quis instituerit	37. b	Apis simulachrum in Aegypto cultum	79
Altarium dedicationes quando & à quibus institutæ	109	Apologerici libri patrum	80
Altarium dedicationes apud Ethnicos	110. b	Appollo cur Themistoclis dona respuerit	80
Altarium dedicationes quis solennes fecerit	110. b	Apollinis Delij templum quando ædificatum, & à quo	112
Altarium ornamenta quando consecrari cœperunt	110. b	Apollinis Daphnæi templum à Seleuco extractum	80. b
Ambo quid	30	Apollinis Auxiliaris templum	79
Ambo vnde dicitur	30	Apollinis Dindymei templum	31. b
Atrochiana Academia	99	Apollinis Alexicaci templum	Aquam aspergere ramis madefactis mos
Altarium Thuris vsū quis assecuravit	37. b	Apollinis Lycæi templum	79. b
Ambrosius Antichristo iecit fundamentum	29	Apollinis Asylum	41. b
Ambrosij factum de damnatione Theodosij & eiectione ex presbyterio examinatum	28. b	Apollinis Delij templū Asylum	Aquisgrani templū sumptuosum
Ambrosij factum iniquum	28. b	Apostoli quibus in locis suis conuentus celebrarint	Ara holocaustorum vbi fecerit
Ambrosij superbia	29	Apostoli quibus in locis baptizarent	Ara ignoti Dei apud Athenien. 37
Ambrosij factum in redimendis captiuis	76. b	Apostoli an imaginem Christi adorandam proposuerint	Ara in quem sinem erigatur
Ambrosij de anathematis templorum iudicium	76. b	Apostoli de quibus imaginibus loquantur	Ara & Jelubra Iustorum mentes
Amphiarai sepulchrum	7. b	Apostolorum tempore nulla templum magnifica	Ara an prius templis
Amphilochius Iconij Episcop.	43. b	Apostolorum paupertatis argumentum	Ara lapideæ secundum pontificios
Anathematum in templis profectus	74. b	Apostolorum successorū fastus	Ara centum Veneris
Anathematum templorum vsus in primitiua ecclesia	76	Apostolorum templum Constantinopoli Christo consecratū	Ara Ethnicorum in aulis & Curijs
Anathematis templa quando exornari cepta	74	Apostolos imagines damnasse	36. b
Anathematis templa exornare à ludæis profectum	74. b	Apostolica ecclesia Constantinopoli	Ara ansas dictas olim
Anathematis templa exornare ab Ethnicis	75	Aqua in qua fit iudicium quem intelligatur	Araucianæ Synodi de asylis decretum
Anathemata Tigurinæ ecclesiæ in quem vsū versa	77	Aqua baptismi hodie interdicta	Arbores oracula dedisse in luco Iouis Dodonæi
Anathemata & res preciosæ ecclesiarum in quem vsū vertendæ sint	77. a. b	Aqua quæ sanctificare dicitur	Ara scæderis vbi posita
Anastasiæ templum quare sic appellatum sit	20. b	Aqua qua in templis asperguntur homines	Arcades Ioui tēpla construxisse
Anastasiæ intercessionis vis	65	Aqua lustralis à quo instituta	Arelaensis Synodi decretum de homagijs
Andegauensis Academia	96. b. 99. b	Aqua lustralis aduei sus spectra	Argentinenfē templum
Andreas Schyriæ Apostolus	9. b	Aqua benedicta mixta sale	Argentoratensis academia
Angelos non adorandos	42. b	Aqua lustrali fugari demones	Argumentū à maiore inualidum
Animalia bruta in templis Christianorum	43	Aqua lustralis loco sanguinis Christi	Aristotelis doctrina verbo Dei comparata
Anna mater Mariæ	52. b	Aqua lustralis ex cineribus vacæ rusæ	Aristotelea bibliotheca
Annales & Vacantiæ	129	Aqua lustralis ex Ethnicismo	Arfacius Chrysof. successor
Ante imagines an adorandus qui in ea representatur	56. b	Aqua lustralis non ex quavis aqua sumpta apud Ethnicos	Artabanus Parthorum rex
Antichristus quando vitam & incrementa accepit	21	Aqua lustralis apud Ethnicos non incantata	Asæ regis in templi dona
Antichristi Deus Maozim	56. b	Aqua marina purgationes factas	Asinij Pollionis Bibliotheca
Antichristum contra nulla pugnantia	83	Aqua marina qua vi fit prædita	Asinus ligneus in templis
Antiochenæ ecclesiæ opes	117	Aqua lustralis se totos abluisse Ethnicos	Asiri impudentia in asserendis imaginibus
Antonia ab Herode extracta	4. b	Aqua benedicta dæmoniaco infusa cum liberat	Aspergillum ex oliua ex lauro
Antonij memorabilis sententia de corporibus mortuorum humo condendis	89	Aqua lustralis cur consecreretur	Astygæ quando deuictus
Antrum Charonium	8	Aquæ lustralis genera quatuor	Asylum ex Luco factum
		Aquæ lustralis Christianorū vis	Asylum Tyccene
		Aquæ lustralis vsū rationibus impijs probari	Asylum ad Canopicum ostiū Nili
		Aquæ lustralis aspersio non in omnibus ecclesijs ab initio recepta	Asyla in ifericordia templa
			Asyla Valentis Imp. temporibus
			Asyla apud Christianos aucta
			Asyla cur apud Imp. aucta
			Asyla quibus denegata
			Asyla ab Augusto contracta
			Asyla tot quot ædes Cardinalium Romæ
			Asylorum origo
			25. b. 26
			Asylorum



I N D E X.

Afylorum in Iudæa origo	26	Baptizari ubi oporteat nullum ex- rat præceptum	31	Bibliothecarum utilitas	100
Afylorū apud Christianos origo	26	Baptizatos in carcere conuersos	31	Bidental templum	19
Afylorum uerustas	26	in lecto	ibidem	Bidental quomodo constitutū	19
Afylorum abusus	26	Baptismo post Constantinum cer- tus in templo & extra templa lo- cus defunatus	31	Bithyni adorari quem morem ob- feruarint	1
Afylorum immunitas limitata	27	Barbæ baptismus impius	31.b	Bombardæ quando inuentæ	102
Afylorum immunitas à Pontifici- bus Romæ amplificata	27	Barbarorum de templis doctrina	1	Bonifacius afylorum auctor	26
Afylorū immunitas damnata	27.b	Barbaries in Occidentem inuecta	93.b	Bonifacij noni mercatura	25
Athalarici ad studia adhortatio	95.b	Barchochaba dux	6	Bonifacij noni mira auaritia	25
Athanasius ecclesiæ catholicæ oculo	56	Bartholomæus Indig Apostolus	9.b	Bonifacij quarti Pauchon Romæ	56.b
Athanasius contra imagines	53.b	Basilisus qui & iudex	17	Bonifacij martyris responsum de uasis sacramentorum	77
Athenis ara ignoti Dei	37	Basilica in Vaticano ædificata	11.b	Bononiensis Schola à Theodofio in- stituta	93
Athenarum Schola Academia	91.b	Basilica, unde dicta, & qualis locus	17	Bona communia in Hierosolymita na ecclesia	115.b
Athenensium gymnasium Romæ	91.b	Basilicæ in varios usus extractæ	17	Bona ecclesiastica quibus distribu- ta	116.b. & quantum
Atheniensis bibliotheca	100.b	Basilicæ cur dictæ templa	17	Bona ecclesiarum aucta post Con- stantinum M. & per quos	122
Athenienses in sacris Vulcanitam- padas excogitasse	72.b	Basilienfis episcopatus fundatus	12	Bona ecclesiarum aucta contribu- tione, emptioe, superstitione, multatione, fraude, donatione, ex iudicij, præda & rapinis, ex hæreditate, &c.	122.b
Atrium tabernaculi	3	Basilienfis Academia	97	Bona ecclesiastica in potestate epis- coporum olim	125
Atrium templi omnibus adire licen- tum	28	Basiliius Imp. cur templa extruxerit	21.b	Bona ecclesiastica in profanum u- sum non conuertenda	127
Augur diuinitis cœnobium	94	Basiliius quando sit mortuus	49.b	Bona ecclesiastica non esse abalie- nanda	127
Augustinus contra Idola & simula- chra	54.b	Belligeros	82	Bona ecclesiæ in quem usum con- uertenda	127
Augustini de templis sententia	2.b	Belli sacri historia	58	Bona ecclesiastica quam nefariè di- lapidentur	128
Augustini sententia an templa di- canda sint sanctis	20	Bella in Italia per pontifices exci- tata	119	Bonorum ecclesiasticorum origo	115.b
Augustini sententia de aris	37	Bellonæ ædes extra urbem	12.b	Bonorum ecclesiasticorū usus quis esse debeat	126
Augustini de miraculis sententia	66	Belus quando regnarit	38.b	Bonorum ecclesiasticosum inuafor- res ut puniendi	127.b
Augustinum in sua diocesi nulla habuisse simulachra	54.b	Bellifarij dona S. Petro data	74.b	Bonorum ecclesiasticorum abusus	128
Augustodunensis Schola	93	Benedictus Nurlinus monachus	93.b	Bonis Hierosol. ecclesiæ quis præ- fuerit	115.b
Augustus ubi natus	19	Benedictinorum cœnobia extru- cta	93.b	Borghesen	30.b
Aurelianus Synodi decretum de iaciendis fundamentis ecclesiæ	24	Beneficia vendita	25	Bubastis quæ & Diana	8
Aurelianensis Academia	96.b	Beneficiorum Christi memoria af- fida	83	Bubastis templum ubi	8
Aureliani Imperatoris dona Ioui Capitolino data	75.b	Berchtoldus de Zeringen dux	88.b	Buterichus præfectus Theodosij necatus	28.b
Auriga Sodomita	28.b	Berchtoldus Niger bombardarum auctor	102	Bupalus architectus	39
Aurum in sacris nullius usus	76	Bergomense templum	12.b	Brenensis episcopatus à quo fun- datus	12
Auri usus in Veteri Testamento in sacris cum fuerit, an idem in No- uo liceat habere	76	Beregarius Adegauenfis eius palinodia	97.b ibid.	Brendanus Monachus	93.b
Aulus æneus Delphis dedicatus	75.b	Bernardinus monachus Domini- canus laico	25.b	Brenni exercitus Delphicum tem- plum incendit	6
Authoris de templis sententia	2.b	Bernardini Minoritæ citatio Ro- mam	70	Britannos Deo patri & Christo de- dicasse templa	21
<b>B</b> aalis cultus ab Achabo inuectus	41.b	Bernardus contra abusum imagi- num	70.b	Brithuualdus Episcopus Anglo- rum	58.b
Babylonicū templum mirabile	13.b	Bernardus Theutonicus Musicus excellens	74	<b>C</b> aballa siue traditiones	100
Babylonici exilij tempore Synago- gas extractas	6.b	Berytu Christo synagoga consecra- ta	20	Cadavera veterum terræ man- data	89
Babylonica turris quando ædifica- ta	7.b	Bethera muro cincta ab Adriano Imp.	6	Cadmus auctor afylorum	26
Bambergensis ecclesiæ dedicatio	107.b	Bethera nuncupata Aelia	6	Cadmus Agenoris filius cur simu- lachra inuenisse dicatur	39
Bandellus quid	31.b	Biblia sacra amissa, sub rege Iosia reperta fuisse	100	Cadomensis Academia	97
Bannocorensis schola	93.b	Bibliothecæ à Iulio Cæsare erectæ	91.b	Caduceatores alylus fuisse	25.b
Baptisterium consecratum à Pio Pont.	31	Bibliothecæ apud Iudæos	100	Cadus & Scyphus	80
Baptisterium eiusq; significatio	31	Bibliothecæ Alexandrinæ custodes	101		
Baptisterium minus & maius	31.b	Bibliothecæ à Domitiano restaura- tæ	101.b		
Baptisterium totus locus areæ	31.b	Bibliothecæ Romæ incendio ab- sumptæ	101		
Baptisterium sacrosanctum	32	Bibliothecæ apud Christianos	101.b		
Baptisteriū ubi licitum sit habere	32	Bibliothecas qui nam posteris tem- poribus exornantur	101.b		
Baptisterium ad D. Petrum Tiguri 35.b					
Baptisteria turpiter defœdata	31.b				
Baptisteria magna & capacia	31.b				

Cæsar Borgia Alex 6. filius	102	frali curata	81	tum templum	70
Cæsares qui contra imagines fan-		Candelabrum aureum vbi positum	3.b	Caruilius consul cur Fortunæ tem-	
ctones confirmarint	54	Candelabrum cur dictum	19	plum struxerit	22
Cæsariensis Schola	92.b.	Candelabra ex solido auro in tem-		Callaudri de Imaginibus scriptum	42
eius doctores	ibid.	plo Pancratij Romæ	72	Callandri sententia de adorandis	
Car simulacrum Hierosolymis nõ		Candelabra miro artificio fabrica-		imaginibus	70
admissum	41.b	cta	72	Catharina à Zimeren abbatissa Ti-	
Caini Schola nequitia & scelerum	90.b	Candelabra argentea	72	guri	77
Caini studium quod fuerit	90.b	Candelam per sex menses arsiße		Catechumeniũ locus in templo	30
Caini ex Schola artes omnes	90.b	ope imaginis Mariæ	61.b	Catechumeni qui	30
Callurthæ fontis aquæ superstitio	79.b	Canes templi Vulcani custodes	7.b	Catechumeni ad communionem	
Calix quomodo consecreretur	111.b	Canes miri ingenij	7.b	non admissi	30
Calixtus B. Virgini templum stru-		Canon tertius Synodi Const. pro		Catholicum quod dogma sit	61.b
xit	10	imaginibus	64	Catholica ecclesia quæ sit	61.b
Calixtus quæ templũ edificaric	10	Canonistæ	98.b	Catonis libri de Originibus cur	
Calixtus an sub Helio gabalo tem-		Cantabrensis Schola	93	scripti	39
plum extruxerit	17	Cappa B. Martini seu capa	88	Catechistæ vnde prodierint	92.b
Calx à venis dissipata	6	Capellæ vnde dictæ	88	Cathedra quid	30
Cambyses templi structuram edi-		Capellæ à capris	88	Cathedra episcopalis quare alta	30.b
ctis inhihit	4	Capellæ cur olim extructæ	88.b	Cathedra episcopalis ne sit sume	
Camilli qui fuerint	80	Capellæ olim oratoria	88.b	ptiosa	30.b
Campana	81.b	Capellæ in priuatis ædibus ædifi-		Cathedræ in templis auctor	30.b
Campanæ pulsus meridiani vsus &		cata	88.b	Causas sanguinem concernentes	
auctor	82	Capellarum abusus	88.b	in templis non tractandas	25.b
Campanæ pulsus vespertini auctor	82	Capellarum nuicerus auctus		Cecrops inuentor templorum	7
Campanæ ad pulsus an sit oran-		Capellas extra vrbes extructus		Cecrops quando vixerit	39
dum	82.b	88.b. 89		Cecropis sepulchrum vbi	7.b
Campanæ ad pulsus orandum, ra-		Captiui redempti anathematis ec-		Cedrinum tectum templi Dianæ	
tioncs	82.b	clesiarum	76	13.b	
Capanae prope Treuirim vis	112.b	Captiui quibus pecunijs redimen-		Celei filix vbi sepultæ	7.b
Campanæ Stekbori opiduli inferi-		di	76.b	Celsus quomodo simulacra proba-	
ptio impia	113.b	Carceres episcoporum	50	rit	45
Campanæ cur baptizentur	113.b	Cardinales bresbyteri qua	17.b	Cannulphus Merciorum rex	107.b
Campanarũ vsus Turcis nullus	81	Carionis error	4	Cerei paschalis consecratio	111.b
Campanarum inuentor	81.b	Carmeli incolæ caruisse templis	1	Cerei in cœmeterijs per diem non	
Campanarum vsus nouus	81.b	Carmeli incolæ in monte adorasse	1	accendendi	88
Campanarum abusus	81.b	Carnis ratio in religione non se-		Cereas candelas à Cõstantino ac-	
Campanarum genera varia	81.b	quenda	57.b	centas	71.b
Campanarum sono vis diuina aseri-		Carnibus vesci an liberum sit	84.b	Ceremoniæ & ornamenta veteris	
pta	82	Caroli M. quos templa extruxe-		ecclesiæ in Iudaismo, necessaria-	
Campanarum ad sonum preces al-		rit	12	76	
ligatæ	82	Carolus Magnus contra imagines		Ceremoniæ veteres abrogatæ	83
Campanarum pulsus quas vires ha-		52.b. 67.b		Ceremoniæ ab Antichristo emen-	
beat, ad preces nos commuen-		Carolus M. quomodo imagines in		dicandæ	83.b
dos	83.b	templis approhant	63	Ceremoniæ Iudæorũ in ecclesiam	
Campanarum baptizatio quando		Carolus M. vt lucentutem ad stu-		introducendæ	103.b. 104.
cœperit	112.b	dia adhortatus sit	96	Ceremoniæ an possint Diabolum	
Campanarum consecratio Ethnica		Caroli M. confectio Nicænæ 2.		cogere	106.b
superstitio	114	Synodi	62.b	Ceremoniarum multitudo quas ce-	
Campanarum benedictionem, bap-		Caroli M. liber Romæ in Vaticana		roris inuexerit	83
ptismatus nomine impie insigniri		Bibliotheca	61.b	Ceremonias à superstitione pur-	
114.b		Caroli M. de miraculis imaginum		gandas	83.b
de Campanarum consecratione in-		iudicium	65	Cercorum & luminum apud veter-	
ani quærela	114.a.b	Caroli M. Anathemata	74.b	res vsus	72
Campanis quandiu caruerint Chri-		Caroli M. studii erga scholas	95.b	Cereri & Proserpinæ templa à	
stiani in sacris	81	Caroli M. Bibliotheca Aquisgran		quæ extructa	22
Campanis conuocare ad sacros cœ-		101.b		Cereri cur locus extra urbem da-	
tus quis primus instituerit	81	Caroli Molinæ contra Donationẽ		tus	12.b
Campanis quando Græci primo		Constantini sententia	117.b. 118	Cerui argentei	31
vitæ ceperint	81.b	Caroli Molinæ de donatione Con-		Chamus in Italiam	92
Campanis adscripta miracula	82	stantini iudicium	117. 118. 119	Chamus Italia excedere iussus	91
Campanis qui primo in baptismo		Carpocratianorum instituta hære-		Chamus magicarũ artium auctor	90.b
nomina dederint	112.b	tica	52.b	Chananzæ cur lucos plantarint	
Campanas baptizandi ritus	112.b	Carthanens. Synodus V. de de-		1.b	
113		clendis simulacris	56.b	Charitas ob templorum structu-	
Campanilustrum	114	Carthagenens. Synodi decretum		ram non negligenda	14.b
Campidonense monasterium	94	contra facellorum multitudi-		Charonium antrum	8
Cancro laborans ruilier aqua lu-		nem	89	Chartam ex lino confici	102.b
		Carthaginem prope Deo consecra		Cherubini	



I N D E X.

Cherubini quomodo nominentur in Ezechiele	51	Christianorum in propugnandis idolis argumenta similia Ethnorum	56	Clerus à populo cur in templo distinctus	29. b
Cherubini secundum Iosephum quid fuerint	51	Christianorum κκροζμία in suis de dicationibus	103. b	Cleri & populi seperatio Ambrosij tempore	28. b
Cherubini formam in sacris literis non exprimi	51	Christianis loca certa esse debere ad Deum cultum	2. b	Clerici ad secularem iudicem non vocandi	29. b
Cherubini quare à Hebræis facies hominis tribuatur	51	Christianis cœmeteria interdicta	9	Clerici quomodo erga magistratum affecti esse debeant	127. b
Cherubini angelos significare	51	Christianis synodos colligere interdictum	9. b	Clericorum sedes & loca distributa	29. b
Chlorarius & Childebertus templum extruunt	12	Christianis interdicta balnea in Gallijs	10	Clodoveus rex Christianus	15
Chorus vnde dicitur	28	Christianis primis templa fuisse verosimile non esse	10. b	Clodoveus à quo baptizatus	20. b
Chorus secundum Serulum quid significet	28	Christianis non habuisse templa exprobratum	10. b	Clodoveus à coniuge ad hunc uersus	20. b
Chorus orientem versus apud Christianos cur	28	Christianis aliquando in priuatis aedibus conuenire licere	15	Clodoveus per Gallias sanctis erigere templa	20. b
Chorus in medio templi cancellis septus	36	Christianis ubi orare liceat	15	Clodoveus superstitiosus	20. b
Chrisostomus contra imagines	54. b	Christianos in primitiua ecclesia in cœmeterijs conuenisse	9	Clotarij regis exercitus campanarum pulsus fugatus	81. b
Chrisostomus de sepulchris ubi sine	87. b	Christianos templum Dei esse	15	Coaspis fluuius aqua	79. b
Chrisostomi nom. sit Liturgia quæ eius nomine circumferretur	54. b	Christianos veros ex malis malorum moribus non vituperandos	54	Cœmeterium quid	87
Christus quomodo tractandus sit	14	Christiana religio cur Turcis & Iudeis deridenda exposita	56	Cœmeteria quæ loca fuerint	9
Christus an sumptuosus aedificiorum plorum gaudeat	14. b	Christiana doctrina qualis esse debeat	61. b	Cœmeteria Christianorum templa	9
Christus cur in synagogis & templis docuerit	16. b	Christophorus Neptunus	84. b	Cœmeteria loca sacra	9. b
Christus vicijs publicis	ibid.	Chronologia Henrici Vuolphij	5 b	Cœmeteria apud Cretenses	87
Christus fidelis & verax martyr.	19. b	Ciboria quando instituta	33	Cœmeteria apud veteres templa	87
Christus an in ciborijs includatur	33	Ciboria non ab omnibus approbata	33	Cœmeteria extra vrbes	87
Christus ingressus in cœlos, ubi etiam querendus	33. b	Ciboriorum inscriptio	33. b	Cœmeteria extra vrbes quare	87. b
Christus quomodo nostrum altare	35. b	Cicero quales interdum epistolas scripserit	53	Cœmeteria quæ intra vrbes præsertim	87. b
Christus an imaginem Abagaro miserit	45	Ciceronis locus contra sumptuosas aedificia	15	Cœmeteria sacra	86. b 88
Christus an Abagaro suam imaginem miserit	45. b	Ciceronis Basilica	17	Cœmeteria clausa & munia custodienda	88
Christus quo genere cultus delectetur	76	Cimmerensis academia	99. b	Cœmeteria olim aliquibus in locis quæ munia	88
Christus quomodo alatur	77. b	Circulorum origo	24	Cœmeteria quis primus consecravit	115
Christus ubi docuerit	92. b	Circumferre & prostrare	72. b	Cœmeteria quomodo consecratur	115
Christus an Encæniour causa Hierosolimam venerit	108. a. b	Ciuitatis refugij asyla	26	Cœmeteriorum auctor Abraham	87
Christi pecunias cur habuerit	115. b	Clancularij conuentus Christianorum excusandi	15. b	Cæna sumptuosissima veri Imperatorum	101. b
Christi admonitio contra aedificulas sacramentarias	33	Clancularij cœtus, 1. or habendi nisi vergeat necessitate	15. b	Cœlum dictum templum	17
Christi imago crucifixi quando primum fieri & in templo collocari cœperit	57	Claudiani locus de templo Cybelles	7. b. 8	Cœnaculum quid sit	16
Christi imago medetur morbo	65	Claudius Taurinensis contra Imagines scribit	63. b	Cœnacula Romæ inquilinis locata	16
Christi corpus etiã in sepulchro conditum	89	Claudio sub Cæsare quot Iudæi ceciderint	5 b	Collegiate ecclesie	17. b
Christi academia sanctissima	92	Claustrum	17. b	in Cœmeterijs quid veteres facere soliti	96
Christum in claustris ostendere quid sit	33. b	Clemens auctor cathedræ in ecclesia	30. b	Coloniense templum quando struatum & a quo	13
Christum pecunias habuisse	115. b	Clemens Alexandrinus contra Imagines	43. b	Coloniense Conciliũ de asylis	27. b
Christiani sub Antonino Pio cur inuoluntati	10	Clemens Romanus de imaginibus	43	Coloniensis Academia	96. b
Christiani an alligati esse debeant templis	15	Clemens Scorus præceptor Parisiensis Scholæ	96	Coloquia in templis nulla habenda	25. b
Christiani cur simulachra euitarint	45	Clementis primi decretum	3. b	Columbanus monachus	93. b
Christianorum exercitia non talia qualia illis Eusebius tribuit	9	Clementis tempore de Eucharistia quid factum sit	33	Columbas responsa dedisse	8
Christianorum idola ab Ethnicis non differre	44	Clementis Alexandrini studium	92. b	Colymbethra Baptisterij quid	31. b
		Clementinæ à quo publicatæ	98. b	Colymbethra natatorij	31. b
		Clerus à populo quando & a quo in templis discretus	28	Colymbethra nomen ecclesie	31. b
				Columnæ dux ab Adami posteris erectæ	90. b
				Comestris glossæ infulæ	98. b
				Comestri	59. b



- Communio honorū** quandiu in ecclesia duravit 116  
**Complutensis academia** 99.b  
**Concilia** à quo sint convocanda 62  
**Concio** quid interdū latinis sit 16.b  
**Confessio** idem quod crypta 30  
**Copiarj** qui sint 18  
**Conradus Besslerer Vlmensis** 24.b  
**Cōsecratio olim facta oratione** 105  
**Consecratio frugum & primitiarū** 111 b  
**Consecrationes gratiarum actiōnes esse** 103  
**Consecrationes Imaginum & crucis** quando ceptæ 111  
**Consecrariā** quibus templa debeāt 104  
**Consecrandi templa ritus** 105  
**Consecrandi ritus ex Sleidano** 106  
**Consecrati lustricam aquam apud Ethnicos mos** 112  
**Consecranda tēpla per Missam** 105  
**Constitij mirabiles qui dicitur** 100  
**Constantinus M. ubi sepulcus** 87.b  
**Constantinus M.** quæ dona ecclesie Romanæ contulerit secundū Gratianum 17.b  
**Constantinus** quomodo regna sua distribuerit 118  
**Constantinus Imp.** iubet Christianos templa condere 11  
**Constantinus cæsar** ædificat templa 11  
**Constantinus an angelo Michaeli templum struxerit** 20  
**Constantinus an in templis imagines posuerit** 47  
**Constantinus cur Rom. Imperij vexillum in Christi signum mutavit** 47.b  
**Constantinus an in crucem vel in Christum fiduciā habuerit** 47.b  
**Constantinus pp.** pedes sibi osculari sinxit 58.b  
**Constantinus pp.** imaginum cultū primus instituit 58.b  
**Constantinus Copronymus** 59 b  
**Constantinus à matre oculis priuatus** 62  
**Constantineus Irenes filius contra Imagines** 63  
**Constantini matrem duo extruxisse templa** 11.b  
**Constantini M. studium in colligendis libris** 101.b  
**Constantini studium in promouendo cultu Christi** 117.b  
**Constantini decretum de ædificandis templis** 11  
**Constantinū donatio Impudenter facta** 122  
**Constantini Copronymi corpus exhumatum & crematum** 62  
**Constantinū nulla sanctis dedicasse templa** 11 b  
**Constantinum Deo non sanctis tēpla struxisse** 19.b  
**Constantinum non fuisse Idololatram** 121  
**Constantinopolis** dedicata 104  
**Constantinopolis Christo dicata** 19.b  
**Constantinopoli à Constantino M. ædificata templa** 11  
**Constantinopolitanæ septimæ synodi de Imaginibus decretū** 51.b  
**Constantinop. generalis synodus septima** 59.b  
**Constantinopolitana synodus sub Irene** 60.b  
**Constantinopolitana sub Mich. Imp. synodus pro imaginibus** 64  
**Constantinopolitana ad sophiæ tēplum bibliotheca** 101. b  
**Constantinianum lauacrum** 15.b  
**Constantis interfektor Theodosij fratris** 58  
**Constantius constantiæ episcopus** imaginum adorator 69  
**Constantij Scholæ in Gallia** 93  
**Consuetudo** postponenda veritati 71.b  
**Consuetudinem malam abijciendā** 71.a.b  
**Contributio Israelitarum ad extruccionem tabernaculi** 3.b  
**Conuenticula Christianorum oratoria appellata** 17  
**Conuiuia in templis nō institueda** 48.b  
**Conuiuia & comestiones in dedicationibus** 106 b  
**Cor nostrum** quomodo altare 35.b  
**Corinthi ubi baptizatum sit** 31  
**Corinthij Idolorum cultores** 42  
**Corona Mauritio Imp. facta, in ecclesia Deo oblata** 74.b  
**Corporis Christi altare Tiguri in summo templo quando extructū** 35.b  
**Corporis Christi festum** quādo institutum 81.b  
**Corpora sanctorū** discernpta cur 36  
**Corporalia & albas** quis instituerit 37.b  
**Cortinæ altaris lateribus addendæ** 38  
**Cosmas capite** plectitur ob seditionem 59  
**Cosinæ & Damiant imaginum vis** 65  
**Cracouiensis Academia** 96.b  
**Creaturam à creatura non seruari** 53.b  
**Cræcus quæ dona templo Delphico dederit** 75  
**Crucor ex imagine Christi preflues agrotantibus** remedio est 65.b  
**Crux Christi au per Helenam inuenta** 11.b  
**Crux Christi ubi seruata sit locus ex Socrate** 11.b  
**Crux latias cultu adoranda** 69  
**Crux quomodo veneranda** 69  
**Crux ab initio non effigies sculpeilis** 47  
**Crux non ad cultum posita** 47  
**Crux materialis fabricari cepta Constantini M. tempore** 47  
**Crux Christi in foro posita non in templo** 47.b  
**S. Crucis templum à quo extructū** 11.b  
**Crucis cultus à multis pontificiorū damnatus** 69.b  
**Crucis lignum** quomodo benedicatur 111  
**Crucis signū in cælo apparuisse** 6  
**Crucis signum Tertulliani tempore nil fuit subsistens** 47  
**Crucis signo cur semunierint Christiani** 47  
**Crucis signū à Christianis nec colli nec adorari** 47  
**Crucis signum Constantino in sole visum** 47  
**Crucis signum** quare in pretio haberi cœperit 47.b  
**Crucis signum** vt primum in occidentalius ecclesijs pictū sit 48.b  
**Crucis signum in templa Orientallium illatum** 48.b  
**Crucis signum sugari cacodæmonas** 48.b  
**Crucis vis & potestas in quo sita sit** 49  
**Crucis adoratio à Gregorio instituta** 49  
**Crucis plus tribui quam Christi resurrectioni** 69  
**Cruce** quomodo purificari dicatur 78.b  
**Cruces in vestibus Iudæorum** 6  
**Cruces ex ære Cōstantinopoli** 47.b  
**Cruces in templis Cōstantini tempore nullæ, neq; illis cultus diuinus exhibitus** 47.b  
**Crypta** alias confessio 30  
**Cryptæ** quando cœperint 30  
**Cryptæ** vnde dicantur 30  
**Cryptæ** quare in templis ædificatæ 30  
**Cresiphonis architecti somnium** 23.b.24  
**Cubiculum** quid 16  
**Culus** imaginum an traditio apostolica 42.b  
**Curia Hostilia templum** 17  
**Curia Ciceroni** templum dictū 17  
**Cuspiniani Iudicium de Cōstantini Donatione & lepra** 121  
**Cybeles templum in Ida luco circumdactum** 7.b  
**Cyrenensium synagoga** 7  
**Cymbalum** 81  
**Cypriani error** 58  
**Cyrellus contra imagines** 55  
**Cyrelli in fide & confessione inconstantia** 48.b  
**Cyrelli Hierosolymitani episcopi pietas** 76.b  
**Cyrelli carmelitæ Evangelium nouum** 98  
**Cyrus Patriarcha ab officio remotus** 58  
**Cyrus rex** 4  
**Cyrus** quandiu regnauit 5

## D

**D** Agoberti temporibus sanctis in Gallia templa extructa 20.b  
**Damascenus patronus Imaginum** 42.b  
**Damascene**

I N D E X.

Damaſcenus quomodo abſciſſam manum recuperarit	65.b	annuerſariæ factæ	108	tuam	50.b
Daniel ſuaſor vt tēp. reſtauretur	4	Dedicationes quando Iudæis auerſariæ	108.b	Deum per ſolum iurandum	68
Daphne Lucæ nequitæ officina	1.b	Dedicationes imaginum apud Ethnicos	111	Dij quinam intra mœnia collocati	12.b
Daphne lucus vbi ſitus & cur ſic appellatus	1.b	Dedicationum ritus apud Iudæos	103	Dij qui exui bibus excluſi	12.b
Daphne ſuburbium Antiochiæ	8	Dedicationum ſuperſtitioſarum abufus	106	Dij quinam in medio vrbis & arcibus poſiti	12.b
Daphne locus amœniſſimus	8	Dedicationibus addita donaria	105.b	Dij Romæ abſq; ſimulachris culti	40.b
Daphnei Apollinis imago i. b. templum	ibid	b. fumigationes ibid. Reliquiæ additæ	ibid	Dij tutelares vrbitum, opificū, morborum	85
Darius Hyſtaſpis 4. a. b. quandiu regnauit	ibid.	Dedicationibus peccatorum remiſſio aſcripta	106.b	Deorum multitudo quando attentata	6
Darius Longimanus quis	4	pro Dedicationibus nihil accipiendum	107.b	Deorum gentilium triginta millia	6.b
Data ſeu inſcripſio Donationis C6 ſtantini falſa & mentita	121	Dedicanda templa per vnctionem Chriſmatis	105.b	Diaconi officii porrare altare	35.b
Dauidis dona in templum Hieroſolymitanum	76	Dedicatæ etiam priuatæ domus	103	Diaconi cardinales vnde denominati	18.
Decalogi præceptum ſecundum à paſiſtis expunctum	49.b	Dedicandi templa ſuperſtitioſi ritus quando orti	101	Diaconi regionarij	18
Decimæ à Moſe inſtitutæ	123	Deij Apollinis templi aqua	79	Diaconorum officium	18
Decimæ de quibus rebus dandæ	123.b. 124.	Delphicum templum quando euerſum	6	Diaconia Romæ quid	18
Decimæ an abrogatæ	124.	Delphicum templum ſæpius euerſum	6	Diaconias Romæ quis inſtituerit	18
Decimæ in quem vſum ſoluendæ	125.b	Delphicum templum à Phoceniſ. euerſum	6	Diaconias à veteribus paſis non inſtitutas	18
Decimæ vnde peruenerint in manus laicorum	125.b	Delphicum templum à Phoceniſ. euerſum	6	Diaboli ſe deos mentiri, Idololatricum inſtituerunt	38
Decimarum vſus ante legem	123	Delphos quæ dona à varijs fuerint miſſa & dicata Apollini	75.b	Diaboli aſtutia in introducendis te nebris	54
Decimarum vſus & vtilitas	123	Delubrum vnde dictum	19	Diabolos magnis termis auolaſſe ex templo Euſemii	106.b
Decimarum genera tria	123	Delubrum Seruio quid	19	Dianæ Epheliæ templum admirandum	13.b
Decimarum oblationum & primitiarum differentia	124.b	Delubra Ethnicorum templa vocata	19	Dianæ ſuadellæ templum Argis	21.b
Decimas apud Chriſtianos quis inſtituerit	123	Democratæ liber de templi Dianæ magnificentia	13.b	Dianæ Soſpitæ templum	21.b
Decimas fideliter eſſe ſoluendas	123.b. 124.	Demofthenes quid per eccleſiæ nomen intelligat	16.b	Diburæ de Sycionius ſigulus	39
à Decimis qui ſunt immunes	124.	Deſiderij Caſſinenſis candelabra in trabe ex ære	72	Dido lunoni templum extruit	8
Decretum Conſtantiini de ædificandis templis	11	Determinationes & alia huius ſariæ monſtra	99	Dilingana academia	99.b
Decretum contra Chriſtianos ſenatus Romani	18.b	Deuotionem primò templa ſtruxiſſe	7	Dindymæ Apollinis templum	13.b
Decretum pro imaginibus	59.b	Deus cur noluerit iuxta templum plantare lucos	1.b	Dindymenæ templum Magneliæ	22
Decretum Gratiani	97.b	De quid captiuus in Babylone pro miſerit	15	Dioſcariæ rebellant Iudæi	6
Decreti Gratiani vnde excerpti canonis	97.b	Deus panaceus aſyllum	27.b	Dioctetianus decimus nonus Chriſtiani turbulētus	10.b
Decreta varia de ornamentis & valis templorum	77.b	Deus de ſuo cultu quomodo iudicet	37	Dioctetiani edictum de deſtruedis Chriſtianorum templis	10.b
Decretales Gregorij à quo conſcriptæ	98.b	Deus quomodo per ſymulachra noſeatur	53.b	Diogenis opinio de templis	1
Decretales Gregorij quales	98.b	Deus ſemper præſens	44	Diomedes cur Palladi Sacellū ſtruxerit	21.b
Decretalium ſextus Bonifacij octauui	78.b	Deus & Apoſtoli Manichæi ſecundum Sanderum	55.b	Dionyſius Deuocationis filius inuictor vini	3
Dedicationes templorum in honorem Diuorum vnde probent poſticij	19.b	Deus cur miracula permiferit	67	Dionyſius templorum inuictor	7
Dedicationes licitæ quæ	103	Deus & ſimulachra ſimul coli non poſſunt	68	Dionyſij hiantis templum	22
Dedicationes apud Ethnicos	103	Dei ſpecies nec ſiſta nec piſta Romæ	41	S. Dionyſij fabula	23
Dedicationes templorum à quibus inſtitutæ	104	Dei gloria quomodo imminuatur	44	Dionyſij templum Luteciæ à quo conſecratum	108.b
Dedicationes ad politicum magiſtratum pertinere	104.b	Dei forma an poſſit exprimi	56	Diſputationes inutiles & intricatæ	97.b
Dedicationes quomodo factæ in Anglia	105.b	Dei patris forma quomodo in patru exprimitur	56	Diuarum imagines laſciuæ	43
Dedicandi templa ritus ex veteri agenda	105.b. 106	Dei cognitio an ab imaginibus petenda	56	Diuina viſ & ſanctitas templis aſcripta	24
Dedicationes incantationes & ſuperſtitiones	106	Deo vero an liceat conſecrare ſta-	125	Diui imago alia alijs præſtantior & dignior	69
Dedicationes primæ eccleſiæ quales fuerint	108			Diuitiarij ſimulachrum aſſectum	70.b
Dedicationes templorum quando				Diuinum figurare impietatis eſſe	70.b
				Diuitiæ quid ia eccleſia pepererint	125





I N D E X.

Eucharistia an sit includenda 32  
 Eucharistia tempore Cypriani ar-  
 cis inclusa 32  
 Eucharistia nō in templis olim ser-  
 uata 32  
 Eucharistia ad moribundum missa  
 32  
 Eucharistia ad absentes & ægroto-  
 missa 32  
 Eucharistia quando publicè sub al-  
 tari cœperit asseruari 32.b  
 Eucharistia in pixide seruata 32.b  
 Eucharistia sub altari asseruata  
 32.b  
 Eucharistia Sacramentum ubi in-  
 stitutum 15.b  
 Eucharistia cū reliquijs olim quid  
 factum 32.b  
 Eucharistia reliquiæ igni absum-  
 ptæ 32.b  
 Eucharistia reliquiæ à pueris ab-  
 sumptæ 32.b  
 Eucharistia priuata inclusio repræ-  
 senta 32.b  
 Eucharistia residuum à clericis  
 consumendum 32.b  
 Euethionis dona Apollini data  
 75.b  
 Euxaria 16.b  
 Euleus fluuius 79.b  
 Euripedes aquæ marinæ ablutione  
 à morbo curatus 80  
 Eusebius sibi ipsi contradicit 9  
 Eusebij & aliorum error 5  
 Eusebij & Philonis de Essenis lo-  
 cus 8.b  
 Eusebij locus de primis christiano-  
 rum templis 10.b  
 Eusebij epistola de Christi imagi-  
 ne 46  
 Eusebij Pamphili bibliotheca 102.b  
 Euteracius Albanus 60  
 Euthymius Sardijs in exilium e-  
 lectus 67.b  
 Eutropius cubicularius Imp. sup-  
 plex ad mensam Domini 35.b  
 Eutropij cuiusdam historia de iure  
 asylorum 26  
 Exarchus & Exarchatus 118  
 Excelsa & luci cur Dijs destinari 1  
 Excelsa vnde 6.b  
 Extraurgantes 98.b  
 Exuperij Episcopi pietas & libera-  
 litas 76.b

F.

Abiani Martyrii quid fuerit 20  
 Fabula de erigendis templis Ve-  
 nerijs 23.b  
 Fana vnde appellata 7.18.b  
 Fana quæ & Faruella 7  
 Fana ethnicorum templa appella-  
 ta 18.b  
 Fanatici qui 18.b  
 Fanuæ & Fanæ dijsyluestres 18.b  
 Fatuella quæ & Fana 7  
 Fatuæ Deæ syluestres Larinis 18.b  
 Fauus secundum aliquos templo

rum structor primus 7  
 Fauisæ apud Ethnicos quid 31.b  
 Fauisæ Capitolinæ quid 31.b  
 Febricitantibus cur templa noxia  
 87.b  
 Felicianæ hæresis damnata 62  
 Felicianæ hæresis quæ sit 26.b  
 Felicianus Scalensis episcopus 77  
 Feliciani Scalensis odium in reli-  
 gionem 77  
 Felix primus dedicationum auctor  
 104  
 Fessæ in Africa quot templa 13.b  
 Festa & ritus gentilium in ecclesiâ  
 inuicta 83.b  
 Fidei ingenium 89  
 Fide mentes hominum purificari  
 78.b  
 Flauia gentis templum vnde ori-  
 ginem habuerit 12.b  
 Flauisæ quid veteribus 32  
 Florentinum templum 13  
 Florentina Academia 97  
 Florus vt Maurum monachum ex-  
 cepit 94  
 Fons sacæ Romæ 31  
 Fons baptismi Romæ extructus à  
 Constantino magno 31  
 Fons baptismi à Constantino ex-  
 tructi descriptio 31  
 Formosum papam ab imaginibus  
 salutatum 65.b  
 Fortis Fortunæ templum ex spolijs  
 extructum 12  
 Fortunæ simulachrum loquutum  
 bis 65.b  
 Fortunæ simulachrum æneū cuius-  
 que miraculum 67  
 Franciscus Valesij studium in pro-  
 mouendis literis & literatis  
 95.b  
 Francfortensis synodus contra Ni-  
 cœnam conuocata 62  
 Francfortensis synodus ab Adria-  
 no papa approbata 63  
 Francfordiensis ad Viadrum aca-  
 demia 99  
 Friburgensis Academia 97  
 Frolychnastag quale festum 37  
 Fronaster idem quod præcipuum  
 37  
 Frons signum pudoris 47  
 Frugum & primitiarum consecra-  
 tio 111.b  
 Fuldense cœnobium 94.b  
 Fundamentis templorum iacien-  
 dis supersticio 24  
 Futilis homo vnde dicatur 80  
 Futile vas apud Romanos quale  
 80

G.

Gabriel Biel contra imagines 69.  
 b.70.a.b  
 Gabrielis Biel sententia de Eucha-  
 ristia 32.b  
 Galerium Maximinum Christianis  
 cœmeteria adimere conatum

esse 9.b  
 Galerij Imp. sanctitas in Cbritia-  
 nos 11  
 Galieni edictū de cœmeterijs Chri-  
 stianis restituendis 9.b  
 Gallicana persecutio sub Antoni-  
 no Vero. 10  
 Gallus Cæsar, Iudæos trucidat mi-  
 sere 6  
 Gallus monachus 93.b  
 Gallienus Imp. pacem dedit eccle-  
 sijs 10.b  
 Galus papa 18  
 Gamahel cuius discipulus 92  
 Gargani Sipontini fabula 23.b  
 Gelonis Syracusani dona Apollini  
 data 75  
 Gelonem ex manubijs templum  
 struxisse 22  
 Gandiana Iesuitarum academia  
 99.b  
 Geneuensis schola 99.b  
 Genouephæ virginis Parisiensis mi-  
 raculum falsum 23  
 Gentes qua opinione adorauerint  
 Itacuas 40  
 Gentiles quid in lucis peperarint  
 1.b  
 Geniliacouillana Synodus 60  
 Germanus patriarcha Imaginum  
 restaurator 59. eius falsum vas  
 ritium 59  
 Germanus Constantinop. episco-  
 pus 72.b  
 Germani cur sacros equos alue-  
 rint 1.b  
 Germani veteres qualia templa ha-  
 buerint 14.b  
 Germanis quereu nil sacratius 1  
 Germanos veteres templis caruis-  
 se 1  
 Germanos loco templorum nemo-  
 ra & lucos habuisse 1  
 Germanos prisicos idola venerari  
 lege interdixisse 40.b  
 Germanos non Barbaros esse 91  
 Germanicæ Academiæ vetustissi-  
 mæ 91  
 Georgius cataphractus 43  
 Georgius Mars 84.b  
 Georgius Venetus organi fabrica-  
 tor 73.b  
 Geyfa Vngarorum rex B. Virgini  
 cur templum ædificarit 21.b  
 Geyfæ regis Vngariæ fabula  
 23.b  
 Gnosticos vsos imaginibus 45  
 Gorgonia Nazianzeni foror 32  
 Gothorum in Europam irruptio  
 63.b  
 Gracian omnium artium inuen-  
 tores 92  
 Græcorum templa quot altaria ha-  
 bebant 56.b  
 Græcorum insolentia 39  
 Græcorum dona post pugnam ad Sa-  
 laminem, Delphos missa 75.b  
 Græcorum philosophia quando in  
 Italiam illata 91  
 Gratia montis cœnobium 24.b

Gratiani error	57	Heinricus VII. Imp. hostia veneno infecta necatus	25.b	I	
Gratiani Imp. liberalitas in scholas	93	Heinrici Vuolphij Chronologia ecclesiastica	5.b	Abal Lamechi filius pastor	90.b
Gratiani decretum	97.b	Helias & Helisæus præfunt scholis	92.	Jacobus Hierosolymitanus apobolus	9.b
de Gratiani decreto Iudicium	105	Helias prophetae altare	33.b	Jacobo Apostolo cur templum erectum Venetijs	23.b
Gratiani exemplaria vetustiora donationem Constantini non habere	117	Heliam non adorandum nec loanem	52	Jacobum altare iusu Dei primum erexisse	33.b
Gratiarum templum	22	Helpis cur Dionysio templum extruxerit	22	Jacobum Patriarcham fugientem vouisse decimas	123
Gregorius Magnus superstitionū patronus	24	Heracleam circa Louis statui arguit	1	Ianus vbi positus	12.b
Gregorius VII in templo Imp. interficiendum curat	25.b	Heraclius Monothelita	58	Ianus qui & Noah	91
Gregorius Nyssenus imaginum admirator	48	Heraclij Imperatoris fabula	49	Ianum in Italia primo templum struxisse	7
Gregorius M. superstitionum patronus	53	Heracles Alemannus victor	1	Iberi ex qua causa ad fidem conuersi	24
Gregorius Nazianzeus contra imagines	53.b	Hercules simulachrorū author	39	Iconolatriæ patroni	18
Gregorius M. palam imagines prorepugauit	55.b	Hercules ligneus à Diagona exultus	40.b	Iconomachia cui accepta serenda	55.b
Gregorius quibus rationibus imagines in templis defenderit	55.b	Herculis simulachri miraculum	66.b	Idolum & simulachrum vnum & idem	42.b
Gregorius Magn⁹ promouit duos maximos errores	56.b	Herculis claua Mercurio dicata	75	Idola ex qua materia facta	40
Gregorius tertius pp. Imaginum defensor	59.a.b	Hersfeldense cœnobium	94	Idola non erudire	56.b
Gregorius de Candida Sylua	60	Hermetis vrbis præfecti supplicium	10	Idolorum non Dei templum culpanda	2.b
Gregorij Papæ labor	14.b	Herodes Magnus templi restaurator	4.b	Idolorum auctor Nimroth	38.b
Gregorij M. sententia de imaginibus	44.b	Heroum animos in lucis habitare	2.b	Idolorum auctor apud Romanos	39.b
Gregorij dialogi ridiculi	49	Hetruscorum disciplina vbi ponenda templa	12.b	Idolorum gentium descriptio	42.b
Gregorij Neocesariensis Episcopi liber contra imagines	59.b	Hieronymus an sumptuosa templa damnarit	14.b	Idolorum Christianorum descriptio	43
Gregorij Theologi statuta cuiusque vis	65.b	Hieronymus contra idola & imagines	53.b	Idolorū vanæ religionis causæ	44
Gregorij M. de miraculis sententia	66	Hieronymi sententia de templis	14	Idolis quamdiu Iisraelitæ caruerint	41
Gregorij noni imposturæ	82	Hierosolyma nunquam restaurata	6	Idololatria ad quercum Mambrae	2.a.b
Gregoriū M. paternas ædes in monasterium redeegisse	12.b	Hierosolymam sabatho conceidisse	5.b	Idololatria Constantini M. tempore in Pæstina	1
Gremium locus qui sit	28	Hierosolymitani templi distinctio	28	Idololatria ante diluuium nulla	38
Grifualdenſis Academia	97	Hippocrene fons in Boetia	79.b	Idololatria in populo Dei quando cœperit	41
Guilielmus Ferrebach Normanus	119	Hirſgauense cœnobium	95	Idololatria sub Solomone	41
Gygis Dascyli F. dona Delphico Apolini data	75	Holkor contra adorationem imaginum	69.b	Idololatria nulla inter Iudæos post reditum ex Babylone	41.b
		Holocauftorum altare cuius typus	34	Idololatria quando primo in ecclesia approbata	67.b
		Homeri imagines	45	Idololatriæ progressus & causæ in Iſraele	41
		Hominis imago in ecclesia pendere contra scripturam	53	Idololatriæ apud Christianos et Ethnicos vna eademque ratio	42.b
		Hominibus non erigenda templa	20	Idololatriæ ab Iſraelitis ad Iudæos translata	41.b
		Honorius Imp. vbi sepultus	87.b	Ieroboami Idololatria	41.b
		Honorij tertij decretum de Eucharistia	33	Iesu imagines	32.b
		Hugo de sancto viſitare	98	Ignatius bestijs dilaniandus obiectus	10
		Hydriæ in cana Galiliæ in quem vsus positæ	79	Ignis de cœlo lapsus	6
		Hyginus papa sub Antonino Pio	18.b	Ignis in terra crumpens Hierosolymis	6
		Hygini institutum vel decretum de templis	9.b	Ignis perpetuus à Visalibus cultorū	72.b
		Hypermetra cur Dianæ templum construxerit	21.b	Ilex Romæ, vrbe vetustior	1.b
		Hyperesiensium templum Dianæ	21.b	Ilex Romæ sacra	1.b
		Hypodiacoſi Romani à quo instituti	18	Imago Christi à Nicodemo facta	45.b
				Imago à D. Luca picta	45.b
				Imago Christi apud veteres	48.b
				Imago hominis in ecclesia pendere contra	contra

I N D E X.

- contra scripturam 53  
 Imago quedam omnes morbos fan-  
 nat 65  
 Imago non per se, sed quod repre-  
 sentatur imagine adorari 68  
 Imaginis & primi exemplaris vna  
 adoratio 69  
 Imaginem Dei in hominibus esse  
 43.  
 Imaginem Christi Edessam liberaf-  
 se 64.b  
 Imaginem Christi effudisse sangui-  
 nem 65  
 de Imagine Christi crucifixi con-  
 tentio inter monachos 70.b  
 Imagines & aras veterib. non suis-  
 se 34.b  
 Imagines ab apostolis damnatas  
 42  
 Imagines damnatas ab Apostolo-  
 lum successores 43  
 Imagines Severi Imp. temporibus  
 Christianos non habuisse 43.b  
 Imagines carere sensu 44  
 Imagines nullæ in primitiua eccle-  
 sia 45  
 Imagines Christianorum agentib.  
 46  
 Imagines Eusebij tempore nõdum  
 in oratoria receptæ 46.b  
 Imagines quædo & cur primum in  
 templis relectæ 48  
 Imagines quando in ecclesiis occi-  
 dentales irrepererint 48  
 Imagines hominum an in templis  
 habendæ 50  
 Imagines Christianos in templis  
 habere non debere 50.b  
 Imagines per Cherubim nõ defen-  
 di 51  
 Imagines cur in templis habendæ  
 non sint rationes 51.b  
 Imagines facere Deos 51.b  
 Imagines à Carolo magno refuta-  
 tæ 52.b  
 Imagines gentilis error & vanitas  
 53.b  
 Imagines in altari ponere res abo-  
 minanda veteribus 53.b  
 Imagines in templis quando auctæ  
 54  
 Imagines in aris locare quanti sit  
 periculi 55  
 Imagines diabolicæ deceptionis in-  
 ventum 55  
 Imagines ab Ethnicis quibus ratio-  
 nibus defense 56  
 Imagines laicorum libri 56  
 Imagines an libri laicorum 56  
 Imagines libri mendaces 56  
 Imagines mendacij doctores 56  
 Imagines obliuionem Dei induce-  
 re 56.b  
 Imagines Constantinopoli in So-  
 phiæ porticu abrase 58.b  
 Imagines in ecclesiis Anglicanas  
 quando receptæ 58.b & qua oc-  
 casione ibid  
 Imagines & Statuæ Constantinop.  
 combusta 59  
 Imagines damnatæ in Constanti-  
 nop. synodo septima 56.b  
 Imagines colendas in Lateranensi  
 synodo sancitum 60  
 Imagines quando in omnes eccle-  
 sias receptæ 64.b  
 Imagines verbis papistæ negant re-  
 ipsa adorant 68.b  
 Imagines quomodo orientur 63.b  
 Imagines non solum sanctorum in  
 templis sed & ferarum 70.b  
 Imagines cur primum positæ in tè-  
 plis 86.b  
 Imagines sanctorum quomodo cõ-  
 secerentur 111  
 Imaginum cultus an traditio apo-  
 stolica 42.b  
 Imaginũ cultus an traditio aposto-  
 lica 42.b  
 Imaginum auctores hæretici 45  
 Imaginum vsus abijs qui è gentili-  
 bus Christiani facti 46  
 Imaginum vsus politicus non dam-  
 nandus 56.b  
 Imaginum in templis quis primis  
 mentionem faciat 48  
 Imaginum vsus historicus in tèplis  
 damnatus 49  
 Imaginum vsum ab Epiphano da-  
 natum 49  
 Imaginum extra templa vsum ha-  
 bere 51  
 Imaginum inuenio de malo 53.b  
 Imaginum vsus historicus ne intè-  
 plis quidem 54  
 Imaginum cultus & Mahometif-  
 mus simul sparfus 57.b  
 Imaginum ex adoratione quæ cer-  
 tamina orta 57.b  
 Imaginum cultui duodecim Imp-  
 restitisse 58  
 Imaginum vsum quis in ecclesiam  
 reuocari 62  
 Imaginum cultus Francoforti dā-  
 natus 62.b  
 Imaginum adoratio qua authorita-  
 te stabilita 64.b  
 Imaginum contra cultum, Caroli  
 magni iudicium 66  
 Imaginum cultus promotus à mo-  
 nachis 67  
 Imaginum cultus à multis pontifi-  
 ciorum damnatus 69.b  
 Imaginum multitudo damnata 71  
 Imaginum multitudo cur à colo-  
 nicensi Concilio damnata 71  
 Imaginum in vsu & adoratione cõ-  
 suetudinem sequendam 71  
 Imaginibus in tèplis quandiu Chri-  
 stiani caruerint 42  
 Imaginibus quandiu Christiani in  
 templis caruerint 43  
 Imaginibus adolenda thura 60  
 Immolare qui primi inuenerint 7  
 Imp- qui Christianis pacem dede-  
 rint 10.b  
 Imperatorum dignitas 29  
 Immunitatis quorundam studium  
 123.b  
 Incantatorum fraudes 23  
 Incorporationum origo 129.b  
 Indifferentia quæ sint 84.b  
 Indulgentias quis primo concessit  
 24  
 Inferis cura litandum aspersione  
 sufficere 80  
 Ingolstadtensis Academia 96.b  
 Ingeuon Academies in Germania  
 instituit 91  
 Innocentius tertius ciboriorum au-  
 thor & approbator 53  
 Intencio bona 84.b  
 Inter montius locus Asylum 26  
 Inscripcio Donationis Const. falsa  
 121  
 Insula Sacra 59  
 Ioachim Mariz pater 52.b  
 Ioannes Baptista à Longobardis in-  
 uocatus 22  
 Iohannes Ehingerus Vimēsis 24.b  
 Icañes Palatinus Dux Bauarię 24.b  
 Ioannes XXII. quot miliones auri  
 in thesauris reliquerit 25  
 Ioannes XXII. Papa Trinitatis pi-  
 ctos condemnat 70.b  
 Ioannes XXII. papa ditissimus 70.b  
 Ioannes vigesimus secundus pau-  
 pertatis irrisor 70.b  
 Ioannes ab angelo reprehensus cur  
 42.b  
 Ioannes Damascenus 59.b  
 Ioannes Vuenkius abbas Heilbrun-  
 nensis 94  
 Ioannes Gatenberg typographicae  
 artis inuentor 102  
 Ioannes Mentel typographus 102  
 Ioannes Monachus & vates 53  
 sit patriarcha ibid.  
 Ioannis Baptistæ templum Modoe-  
 cia 22  
 Ioannis patriarchæ pœna 63.b  
 Ioannis Baptistæ Imaginis conse-  
 cratio 111  
 Ionas Aurelianus pro imaginib.  
 63.b  
 Ionathas Pontifex à latronibus car-  
 sus 58  
 Iosephi error in supputatione an-  
 norum 6  
 Iosephi ossa cur in terram sanctam  
 exportata 89  
 Iosephum quendam in Iudæa pluri-  
 ma extruxisse templa 11.b  
 Iosueus quot lapides erexerit 33.b  
 Irae Dei restimonium 6  
 Irene propterea Imaginibus 60.b  
 Irene qualis fuerit mulier 62  
 Irene proprium filium oculis pri-  
 uat 62  
 Irene coniugiũ Caroli M. amicit 62  
 Irene crudelitas in filium 63  
 Irene in Monasterium detrusa 63  
 Irenes templum Constantinopoli  
 à quo ædificatum 11  
 Irenes templum Constantinopoli  
 cur sic appellatum 19.b  
 Irenes astucia & fraus 61  
 Irenezus Chiliastra 57.b  
 Isaias quid de fabricatoribus ima-  
 ginum dicat 50.a.b  
 Isidorum Donationis Constantini  
 non mentionem facere 117.b  
 Ipsi instituisse templa 7





Lucernæ ante imagines collocatæ 72.b	Mahomet quando coronatus 56.b	lymitanum appellarum 19.b
Lucernæ antæ Idola quo fuco de- fensa 72.b	Mahomet quando natus 57.b	Martyrium Fabiani quid fuerit 20
Lucernæ in templis ad imitationē Iudaismi collocatæ 72.b	Mahometismus & imaginum cul- tura simul sparsum 57.b	Martyrij vocabulum pro ceteris 16.b
Lucernæ ardentes in veteri resta- mento typi Christi 72.b	Mambre ad quercum qualis insti- tuta idololatria 2.a. & b	Martyria quid veteribus 20
Lucernæ in vsu Messalianis hære- ticis 73	Manes vbi habitent 2.b	Martyria quando cœperint 20.b
Lucernarum vsus post apostolorū tempora 71.b	Manichæi cur simulachris fauerint 55	Martyres quibus pecunijs gaudeat 14.b
Lucernarum vsus nocturnus 71.b	Manna vbi seruatum 3.b	Martyribus quomodo fabricanda templa 20
Lucernarum vsus diurnus Hero- nymiatate 72	Manus ante sacrificia abluendi 19	Marthæum Aethiopicibus prædica- uisse 9.b
Lucernarum progressus in templis superstitiosus 72	Maozim Deus nouus 33	Matthias Iudæ substitutus 15.b
Lucernarum vsus Hercules institu- tum 72.b	Maozim Deus loco cœnæ substitui- tus 35	Mauros aqua marina in lustratio- nibus vti 79.b
Lucernarum diurnus vsus dama- tus à patribus 73	Marcellum titulos Romæ limitaf- se 18	Maximianus Christianorum perse- cutor 9.b
Lucernas cur Apostoli in suis cœri- bus habuerint 71.b	M. Marcellus dedicaturus ædē cur sit prohibitus 21	Maximi Tyrij argumenta pro si- mulachris 56
Lucij III decretum de causis fan- guinem concernentes 25.b	M. Marcelli votum 21.b	Maximinus cur templa Christiano- rum restaurare præcepit 11
Lucij Munij dona in Græciam mis- sa 75.b	Marcellina quibus imaginibus sit vsa 45	Maximini de restaurandis templis edictum 11
Luculli Bibliotheca 101	Marci cuiusdæ æræ argentea etc 65.b	Maximini edictum pro Christianis 16 b. 17
Lucus Marius 1. q	Marci Euangelistæ templum Vene- tijs, eiusq; descriptio 23	Melissæum primo templa statuisse 7
Lucus Sclauorum, Senonum, Min- turnensium 1. b	Mardochei gratias secundum fabulas Iudæorum 4. b	Memononis statua miraculum 66. b
Lucus in Daphnæ officina nequitie 1. b	Mardonius dux deletus 22	Memphitica Schola 91. b
Lucus extra Crotodem 7. b	Mardonij præsepe equorum æræ Mineræ dicatum 75. b	Mendicantes monachi & Francisca- ni confutantur 115. b
Lucus ad rēplum Bubastis ingēs 8	Mare templi vas æneum 4	Mensa aurea vbi posita 3. b
Lucus Romæ in Equilijs 8	Margaretha Lucina 48. b	Mensa Domini loco altaris 34
Lucus in Bœotia 40	Maria an gaudeat sumptuosos tem- plorum ædificijs 14. b	Mensa apud Augustinum altare ap- pellatum 35. b
Lucum à Romano asyllum factum 8	Maria virgo an adoranda 52. a. b. 68. b	Mensæ Domini Paulum mentiorē facere non aræ 35
Lucum non esse cædium 8. b	Mariæ an Helena templum conse- crarit 19. b	Mensas ligneas apud veteres fuisse in vsu in ecclesijs 35. b
Luci quomodo consiti 1. b	B Mariæ à Luca pictæ imago illu- minasse cæcos 64. b	Mensæ Domini cur altaria vocata 35. b
Luci & excelsa cur dijs destinata 2	Mariæ imaginem Saracenos mer- sisse 64. b	Merces non vendendas in templis 24. b
Luci iuxta templa consiti 7. b	Mariæ imago quam vltionem sum- pserit ab inimico 65	Mercurialis aquæ vis 80. b
Luci vbi positi 8. b	Mariæ imaginis cultus contra fa- tanam 65	Mercurij statuas ab Atheniensibus efformatas 34
Lucos & nemora qui primi sacra fecerint 1	Mariæ imaginem obscuratam ma- gno splendore efuisse 65. b	Meriti humani opinio causa mul- titudinis templorum 21
Lucos cur De <sup>o</sup> preperit excindre 2	Mariæ sanum in Ereto Heluetio- rum à quo consecratum 108. b	Merops templorum inuentor 7
Lucos inhabitare herou animas 2. b	Mariæ Virginis imago quibus ver- bis consecratur 111	Messalianis in vsu lucernas fuisse 73
Ludouicus Crato consul Vlmensis 24. b	Mariam non esse Deum 52. 68. b	Methodius in carcerem inclusus 63. b
Ludouicus Pius cōtra imagines 71	Martinus religionis nomine accu- satus 16	Methodius patriarcha superstitio- sus 63. b
Ludouici Pij confirmatio donatio- nis 118. b. 119	Marij & Catuli votum 21. b	Michael imperator patronus ina- ginum sic monachus 63
Ludouici Imp. instrumenta de do- natione a Pipino & c. diuersa 119	Marpurgensis academia 99	Michael Balbus latro 63
Luitprandus Longobard. rex Pa- piæ templa ædificauit 12	Malsilienium schola 93	Michael Balbus iconolatrarum hos- tis 63
Lumina in templis quis prius ap- probarit 72	Martinus pp. vincētus Const. missus 58	Michael Imp. Iconolatriam prohi- bet 63. b
Lumina in templis quando extin- guantur 73	Martinus pp. in exilio mortuus 58	Metaphysica Aristotelis sacris li- teris prælata 97
Luminum in vsu prouentus con- stituti 71. b	Martinus Flachus typograph <sup>o</sup> 102	Michaelis archangeli templa cur extructa 71. b
Lunæ defectus 59. b	D. Martini templum Parisijs 21. b	Michaeli archangelo an Constan- tinus templum struxerit 20
Lupum Episcopū diabolum in va- sculo inclusum habuisse 81. b	Martini papæ tempore ex Francia quantum auri Romam deporta- turo 25	Midæ regia sella Apollini dono da- ta 75
Lycurgi de idolis sententia 40. b	Marti templa extructa à Schytis 1	Mindenensis episcopatus à quo sum- datus 12
	Marsburgensis episcopatus à quo fundatus 12	Mineræ Alexæ templum vbi stru- ctum 13. b
	Martyrium Hierosolymismagnum in loco cranij 17	
	Martyrium cur templum Hieroso- lymitanum appellarum 19. b	

M

Magnæ Dianæ templum 13. b  
Magorū in Aegypto miracula  
qualia 22. b





I N D E X.

Oraculum Dodonæum vetustissimum	8	Flor	92. b	Peregrinationum infania	69
Oracula quando cessarint	6. b	Panninij locus de cœmeterijs	9	Perelij sententia de adoracione im- maginum	69. b
Oracula fulerum religionis Ethni- cæ	6. b	Panninij error de cardinalium ori- gine antiqua	18. b	Pergamenfis bibliotheca	100. b
Oratorium inera palatium regium	12	Papæ Caroli M. tẽpore nullum ius in vrbem Romam	118. b	Perfarum regum sepultura	87
Oratorium vnde dictum	16. b	Papeus Iupiter à Schyris adoratus fol. 1		Perfis mundum vniuersum templi Solis	1
Oratoria olim nunc Sacella	88	Papistæ quas veritates negat	49. b	Perfas immolasse in montibus Io- ui	1
Orationis domus	16. b	Papistarum mira impudentia	50	Perfas templa non extruxisse	1
Orbis partes tres	90. b	Papisticis superstitionibus interese quid multos cogat	24. b	Perfas icruisse simulachra	45
Orestes furijs agitatus quomodo lustratus	80	Papatus vnde confarctatus	87. b	Persecutio Valeriani	9. b
Organum Pipino missum è Græcia	73. b	Papientis Schola	95. b	Persecutio Christianorum sub Ne- rore, Domitiano, Traiano, A- driano, Antonino Pio, Antoni- no vero, Seuero, Decio &c.	10. a. b
Organum ex auro confectum	73. b	Parisiæ templum à quo extractum	12	Persecuciones sub quibus Imp. ces- sarint	10. b
Organum in Basilica Salernitana	73	Parisiæ scholæ principia	95. b	Petri de Aliaco Card. sententia	14. b
Organu inuentor ignotus	73. b	Parocia siue parochia quid	18	Petri de Bruis querela, de ecclesia- rum & altarium multitudinc	36. b
Organorum Dauidicorum species	73. b	Parochia vnde deducta	58	Petri vmbra	46. b
Organorum vsus in templis illici- tus	74	Parochiæ instar templum Hieroso- lymitanum	6. b	Petri imago aurea à Sergio pp. sa- cta	50. b
Organis apostolorum tempore nõ lulsisse sed cecinisse	75. b	Parochi qui	18	Petri Lombardi sententiarum li- bri	98
Organis loca de aris & templis	34. a. b	Parocci acolæ	18	Petro aurum non fuisse	14
Organis temporibus altaria igno- ta	34	Parocclias à veteribus papis non in- stitutas	18. b	Perulina Academia	96. b
Organis contra Imagines scripta	43. b	Parocclias olim amplas fuisse	88. b	Pfortstirchen	30. b
Origenem interdum crasse	58	Pasce oues meas à Bonifacio vt ex- ponatur	121	Phana à qua tẽpore	19
Ornamenta templorum multis ve- terum ecclesijs incognita	76. b	Pascha quando celebrandum gra- uisque ea de re conentio	83. b	Phlegiæ sapitiæ Delphicum tem- plum euerunt	6
Orthodoxi cur Constantinopoli in priuatis ædibus conuenerint	15. b	Paschalis die templa destructa	10. b	Phiala aurea quinquaginta libra- rum	31
Oscilla Diti oblata	39	Patauna schola	95. b	Philonis & Eusebij locus de Essè- nis	8. b
Osnaburgensis Schola	95. b	Pateræ aureæ & phile in templo Hierosolymitano decem milia	4	Philonem de Christianis nihil scri- psisse	8. b
Ostis asylum	26	Parriarchæ vbi sacra sua peregre- runt	1	Philippicus Imp. an primus imagi- nes damarit	57. b. monotheli- ta
Ossa Iosephi cur in terram sanctã exportata	89	Patriarchæ cur tam multis vix- erint annis	4. b	Philippicus Imp. hæreseos dam- natus	58. b
Ossa mortuorum non effodienda	89	Patriarchas nulla habuisse templa vel loca sacris destinata	1	Philosophia à quo primo tradita	90. b
Ossa circa mortuorum supersticio	89. b	Patricius Hybernæ episcopus quor templa ædificauit	12	Philosophorum imagines	51. b
Ossa mortuorum effossa	89. b	Pacrum iudicium de templis inex- haustis opibus ædificatis	13. b	Phocæ Imp. auxilio Antichristum in lucem editum	21
Ostia quæ probent rationes	89. b	Paulinum Nolæ episcopum camp- nis primum esse vsura	81. b	Phocæ & Leonis statue	56. b
Ostia quando instituta & à quo	89. b	Paulini peccatum pingendis eccle- sijs	48. b	Phorozenus Musicus cur Dulona appellatus	67. b
Ostia ferenda nou esse	89. b. ra- tiones cur.	Paulus quomodo tabernaculum ap- pellarit	3. b	Phoroncus templorum inuentor	7
Ostunensis academia	99. b	Paulus Diaconus imaginum cul- tuli additus	59. b	Phylacterium quid sic	37. b
Oswaldus Anglorum rex	94	Paulus Cyprius quis & qualis	60. b	Pictura pro lectione	55. b
Ouidij carmina de aqua Mercuria li	80. b	Paulus cur se totonderit	85	Pictura quando inuenta	39
Oxonienfis schola	96	Pauli loca de vitandis simulachris	42	Pietas à veteribus Germanis culta	14. b
		Pauli Cyprij præposterea penitẽ- tia	60. b	Pieratis deposita	116
		Pauo aureus Iunoni ab Adriano Imp. dicatus	75. b	Pilatus Iudææ præses	41. b
		Pax nulla tempore templi Hero- diani	5. b	Pilati facultes	5. b
		Peccatorum remissio pretio uendi	24. b	Pipinus contra Aistulphum in Ita- liam	118. b
		Pelafgi authores simulachrorum	39	Pipini non Cõstantini donatio	118.
		Peluis vnde dicta	31	Pisana academia	96. b
		Peluis baprisimo adhibita	31	Piscina circa templa quid	31. b
		Peluum vsus in multis ecclesijs ho- die	31	Pius primus Prudentiæ templi consecrauit	9. b
		Penarium quid	16	Platiæ error	11. b. 17. b

P

Paganorum templa cur reijctan-  
tur 2. b  
Palladius Galata 53  
Palladis ædificatio facellum 21. b  
Palladis simulachrum de cælo la-  
psum 66. b  
Palma ænea Delphis dicata ab A-  
theniensibus 75. b  
Pannis altaris mortuos non operie-  
dos 37. b  
Pantænus Scholæ Alexdrinæ do-

I N D E X.

Plato cur lege veteris simulachra fieri ex alia materia quam ligno ac. b	91. b	Platonis studium	101	Plinij secundi bibliotheca	8	Plutonis & Iunonis delubrum	8	Plurimum loco circumdatum	80. b	Poenitentia purgatio sufficiens	38. b	Poetae an semper mentiantur	9. b	Polydori Verg. querela de asylyis	57	Polydori Vergilij error	70	Polydori Vergilij querela de imaginibus	75	Polydori Vergilij de donarijs templorum locus	29. b	Pontifices quinam clerum à populo discreteverint in templo	27. b	Pontificum libido in Imp. & Principes	29. b	Pontificij Clerici quantum ab Apostolo Petro dissent	49	Pontificiorum inores	35	Pontificiorum scriptorum error	119	Pontificibus à Carolo & Pipino quedam donata	4. b	Porta speciosa	12. b	Portarum XXXI templum Fesse	4. b	Porticus Solomonis	6	Porticus corruè Hierosolymis operuisse multos	1. b	Potus fecunditatis & contra venena	25. b	Prætorum fraudes & technæ	13	Pragensis templum	96. b	Pragensis Academia	34	Præces soli Deo offerendas	83. b	Præces nec loco nec temporis alligatas	86	Præces privatarum vt habendæ	84	Præces coniunctæ cum hypocritis	48	Precum genera quot sint	86	Præcædi horas veteres habuisse	17. b	Presbyteri Cardinales vnde dicti	28	Presbyterium quis locus sit	28	Presbyterium idem quod Choir?	29. b	Presbyterium à reliqua templi parte distinctum cancellis	4.4	Præcipuum idolum	35	Præcipuum episcopi Romani ante Syllæstrum qualis	124. b	Præcipuum an hodie exigendæ	124. b	Præcipuum origo	124. b	Præcipuum oblationum & decimarum differentia	121	Præcipuum decalogi præcepti mens	2	Præcipuum sacerdotum nullus vocari debet	120. b	Præcipuum mores subiectos corrumpere	120. b	Præcipuum Romanæ sedis refellitur	106	Præcipuum ad templa in fabbat	24	Præcipuum quis instituerit	6	Præcipuum in extrucone templi Hierosolymis	58. b, 59. b	Præcipuum quid	18. b	Præcipuum quid	20. b	Præcipuum in ecclesia	116	Præcipuum extra urbem sepultus	1. b	Præcipuum in lucis instituta	1. b	Præcipuum ubi cultus	7. b	Præcipuum locus	48. b	Præcipuum de imagine martyris carmen	91. b	Præcipuum reges	100. b	Præcipuum Philadelphi studium in acquirendis libris	21. b	Præcipuum Sempronij vorum	47	Præcipuum pudoris signum frons	83	Præcipuum nulla nimia aduersus Antichristum	30	Præcipuum quid	24. b, 25	Præcipuum purgatorij aucupium	72. b	Præcipuum Pythagoræ domus templum factum	91	Præcipuum Pythagoræ symbolum	7. b	Præcipuum Pythagoræ profectio ad Hetruscos	7. b	Præcipuum Pythius architectus primus Minervæ ædem fecit	21	Præcipuum olim sacra	1	Præcipuum Quercus duas magnitudinis miræ consecratas	1	Præcipuum Quercus consecrata Ioui	1	Præcipuum Quercus Dodonæa	1	Præcipuum Quercus ab Hercule sacra	1	Præcipuum Quercu Germanis sacratius nihil	9	Præcipuum Quintini eror	99	Præcipuum Quothbeta & quolibetariæ quaestiones	94. b	Præcipuum Rabani Mauri doctrina	30. b	Præcipuum Ratholdi Frisonum ducis hist.	82. b, 83	Præcipuum Rationes eorum qui ad campanæ pulsam orandum cesent	22	Præcipuum Rediculi templum	126. a, b	Præcipuum Redditi ecclesiastici in quot partes diuidi debeant	26	Præcipuum Refugij ciuitates sex	99	Præcipuum Regimontana academia	95. b	Præcipuum Reginoburgensis schola	89. b	Præcipuum Reliquia superstitionis an illis	89. b	Præcipuum Reliquiarum superstitionis	15	Præcipuum Religio quibus sit contenta	93. b	Præcipuum Religio quando secerit in Israel	41	Præcipuum Religio vera quo tempore in Israel maximè floruerit	4.4. b	Præcipuum Religio nulla vbi simulachrum	24	Præcipuum Religio an certis astricta sit locis	24	Præcipuum Reliquiæ sanctorum causa templo	20. b	Præcipuum Renoualia seu dies renouales	103	Præcipuum Res per quas aut in quibus miracula edita adorari num debeant	102. b	Præcipuum Res bonæ propter abusum non tollendæ	99. b	Præcipuum Rheimensis academia	53	Præcipuum Roboam instaurator Idololatriæ	113	Præcipuum Roma spoliata	118	Præcipuum Roma capta ab Alarico & Genferico	118	Præcipuum Roma in potestate Imperatorum non papæ	118	Præcipuum Roma in potestate Gotorum	119. b	Præcipuum Roma & Italia sub Carolo quarto denum pontificibus cõcella	11. b	Præcipuum Romæ templa extructa	25	Præcipuum Romæ omnia venalia	89. b	Præcipuum Romæ codicera terræ mandata vsq; ad Syllam dictatorum	91	Præcipuum Romæ Academicæ	64	Præcipuum Romani pontificis astucia	116	Præcipuum Romana ecclesia semper diues	18. b, 59	Præcipuum Romana synodus pro imaginibus	25	Præcipuum Romanæ nondinæ	92. b	Præcipuum Romanæ scholæ diatribæ	86. a, b	Præcipuum Romani vt suas horas distinxerint	10	Præcipuum Romani Episcopi primi martyres	7	Præcipuum Romanorum cura circa templa	75. b	Præcipuum Romanorum dona Delphos missa	47	Præcipuum Romanorum pontificum placita Dei verbo prælata	35	Præcipuum Romanos episcopos non habuisse ante Syllæstrum Curiam	21. b	Præcipuum Romuli vorum bello Sabino	97	Præcipuum Rosochiana Academia	34	Præcipuum Rubenæ cur debellandi	66	Præcipuum Rubus ex quo Mosi deus locutus adorandus	21. b	Præcipuum Rûthlingenses cur B. virginis facillim vouerint	43. b	Præcipuum Rubinga per Mariæ obfisione liberata, si dijs placeat	8	Præcipuum S. Abbathi dies cur mutatus sit	81	Præcipuum Sabiniani pp. mors	49	Præcipuum Sabiniani papæ iudicium de scriptis Gregorij M.	18	Præcipuum Sabiniani pp. odium in Gregorij M.	9. b	Præcipuum Sacellum quid	19	Præcipuum Sacella Christianorum	83	Præcipuum Sacella templa Ethnica vocata	88. b	Præcipuum Sacella à templis distincta	88. b	Præcipuum Sacella cur olim extructa	88. b	Præcipuum Sacella in priuatis ædibus ædificata	88. b	Præcipuum Sacella Romæ populo patuisse	88	Præcipuum Sacellorum author Hilarij pp.	89	Præcipuum Sacellorum numerus inhihitus	88. b	Præcipuum Sacellorum abusus	34	Præcipuum Sacerdos typus mediatoris	34	Præcipuum Sacerdos ad altare astant cur conuertatur
--	-------	------------------	-----	----------------------------	---	-----------------------------	---	---------------------------	-------	---------------------------------	-------	-----------------------------	------	-----------------------------------	----	-------------------------	----	---	----	---	-------	--	-------	---------------------------------------	-------	--	----	----------------------	----	--------------------------------	-----	--	------	----------------	-------	-----------------------------	------	--------------------	---	---	------	------------------------------------	-------	---------------------------	----	-------------------	-------	--------------------	----	----------------------------	-------	--	----	------------------------------	----	---------------------------------	----	-------------------------	----	--------------------------------	-------	----------------------------------	----	-----------------------------	----	-------------------------------	-------	--	-----	------------------	----	--	--------	-----------------------------	--------	-----------------	--------	--	-----	----------------------------------	---	--	--------	--------------------------------------	--------	-----------------------------------	-----	-------------------------------	----	----------------------------	---	--	--------------	----------------	-------	----------------	-------	-----------------------	-----	--------------------------------	------	------------------------------	------	----------------------	------	-----------------	-------	--------------------------------------	-------	-----------------	--------	---	-------	---------------------------	----	--------------------------------	----	---	----	----------------	-----------	-------------------------------	-------	--	----	------------------------------	------	--	------	---	----	----------------------	---	--	---	-----------------------------------	---	---------------------------	---	------------------------------------	---	---	---	-------------------------	----	--	-------	---------------------------------	-------	---	-----------	---	----	----------------------------	-----------	---	----	---------------------------------	----	--------------------------------	-------	----------------------------------	-------	--	-------	--------------------------------------	----	---------------------------------------	-------	--	----	---	--------	---	----	--	----	---	-------	--	-----	---	--------	--	-------	-------------------------------	----	--	-----	-------------------------	-----	---	-----	--	-----	-------------------------------------	--------	--	-------	--------------------------------	----	------------------------------	-------	---	----	--------------------------	----	-------------------------------------	-----	--	-----------	---	----	--------------------------	-------	----------------------------------	----------	---	----	--	---	---------------------------------------	-------	--	----	--	----	---	-------	-------------------------------------	----	-------------------------------	----	---------------------------------	----	--	-------	---	-------	---	---	---	----	------------------------------	----	---	----	--	------	-------------------------	----	---------------------------------	----	---	-------	---------------------------------------	-------	-------------------------------------	-------	--	-------	--	----	---	----	--	-------	-----------------------------	----	-------------------------------------	----	---

I N D E X.

conuertat	36	Sanderi argumentum secundū de	Seditiones passim in orbē terra-
Sacerdos diuina faciens quibus in		Cherubim	rum
locis ad Occidentem spectet	36	Sanderi argumentum tertium sal-	Seleucus scortum Simonis magi
Sacerdotum arrogantia	29. b	sum	45
Sacerdotes oraculum edituri furo-		Sanderi argumentum quintum re-	Seleucum Apollinis Daphneitem
re correpti	18	futatum	plum extruxisse
Sacra apostoli & primi fideles ubi		Sanderi argumenti sexti infirmitas	Semele compressa
celebrantur	15. b	53	17. b
Sacra ubi veteres tractantur	35	Sanderi argumentatio octaua pue-	Synagoga locus sacer seu sanctus
Sacra Insula	59	illis	17. b
Sacri bellistoria	58	Sanderū appendicem Epiph. Epist.	Synagoga apud Schyras qualis locus
Sacramentarium adicularum ve-		ad lo. Hierosol. impudenter nega-	17. b
lutas	33	re	17. b
Sacrarium qualis locus	19	Sanhedrim Hierosolymit. lib.	Synagoga septis curas
Sacrarium Bonæ Dæ	19	Satyrum Ambrosij frater	17. b
Sacrarium prolarario Cic.	19	Sauianus an Petro templum extru-	Senecæ locus de Sacrario
Sacraria Ethnicorum templa dicta	19	xerit	49
Sacrificia cur in vno loca instituire		Saxones nemora Deorum nomini-	Senonum locus
voluerit Deus	2	bus appellasse	1. b
Sacrificare quare non in vno loco		Saxona quomodo multi compensa-	Septentiarium libri quales
licitum	3	ta putent	98
Sacrificare Iudæis ubi licuerit	6. b	Sacerati non abstrahendi ab asy-	Septuaginta numerus apud religio-
Salamantina Academia	96. b	lis	ni
Salernitanum cenobium viginti		Sclauorum locus	80
octo altaria habuisse	36. b	Schola Antisten vnde dicta	Septuaginta interpretes
Salla vocabulum	17	Schola Alexandria	102. b
Salis vfas aspersus papistis	78. b	Schola Hierosolymitana	Septulchri violationem infamiam
Salis aduratio in papatu	112	Scholæ ante diluuium ædes patriar-	irrogare
Salem ita se continere ignis parti-		charum	83
culum	79. b	Scholæ post diluuium	Septulchra Templis dedisse origi-
Saluatoris templum Hierosolymis		Scholæ Larij	nem
à quo conditum	11	Scholæ Asiaticæ	7. b
Salue regina quis ad Campanæ pul-		Scholæ Aegypti	Septulchra sanctorum cœmeteria
sum cantare instituerit	82	Scholæ Israelitarum	vocata
Salutationem Angelicam quis in-		Scholæ sectariorum inter Iudæos	9
stituerit	82	92	Septulchra sanctorum causa tem-
Samaritas se locio purgasse	80	Scholæ in monasterijs institutæ.	plurimum
Samaritani templi structuram im-		93	21
pediunt 4 & cur ibid.	101	Scholæ Apostolorum	Septulchra in domibus
Samonici Sereni bibliotheca	101	Scholæ Ethnicorum in Christia-	87
Samuel Scholæ præfectus	92	nas versæ	Septulchra Romæ in vrbe inhibita
Sanctum sanctorum	3	92. b	87
Sanctum tabernaculi	3	Scholæ à Constantino erectæ	87. b
Sanctum quibus paruerit	3. b	Scholæ Christianorum cur à Iulia-	Seraphici Theologi
Sanctum quibus adire licitum	28	no clausas	97. b
Sanctum Sanctorem Occidentem		Scholæ Basilij & Augustini	Serapis theotaces abraasi, & crucis
verfus	3. b	Scholæ Dissiparæ & Bibliothecæ	signum appictum Alexand. 47. b
Sanctum Sanctorum cui adire lici-		excessæ	Serenus Episcopus Masiliensis
tem licitum	28	Scholæ in monasterijs euerisæ	con-
Sancti quomodo honorandi	20	Scholæ instauratæ	stregit
Sanctorum corpora à veteribus ubi		Scholæ particulares plurimæ	35
condita	11. b	Scholæ iuxta tēpla esse debere	Serenus à Gregorio reprehensus
Sanctorum venerationes vnde na-		Scholastica Theologia prima	55. b
tæ	20. b	Scholastica theologia vltima	Seres simulachra venerari lege pro-
Sanctorum vitæ à Simone Meta-		Scholastica theologia tenebræ dif-	hibuisse
phraste conscriptæ	46	fusæ quando & per quos	40. b
Sanctorum intercessio fabula	59	Schyrtarum de ædificandis templis	Sergius Papa Petri imaginem au-
Sanctorum in exemplis, discernen-		doctrina	ream facit
dum	85. b	Schyrtæ soli Marti templa extru-	56. b
Sanctificatio vera in Christo	78. b	xisse	Sergius pp. Constantinopolim cap-
Sanguinem Filij Dei nos emunda-		Scotia regis filius aqua benedicta	tius abducere iussus
re ab omni peccato	78. b	sanatus	57
Sanderi Paralogismi pro imagini-		Scyphus & cadus	Sergij templum Antiochiæ aureis
bus	44. b	Sebastianus pestis medicus vnde	crucibus oruatum à Cosroe Per-
Sanderi signum	46	38	sa
Sanderi inepitiæ	49. b	Seditæ Iudæorum	74. b
Sanderi mira impudentia	49. b	Sedes doctrinæ, templum	Seruatoris supplicium vt in memo-
Sanderi astutia vulpina	49. b	17. b	riam reuocetur
Sanderi argumentum primum, pro		Seditio contra Leonem Isaurum	86. b
imaginibus	50	Imp.	Serui armati in Asyla non recipien-
		Seditiones puniendas	di
			27
			Seruos confugentes ad ecclesias
			non abstrahendos
			26. b
			Sesostri Aegyptius cur templa ere-
			xerit
			21. b
			Sethi studium
			90
			Seuerus Imp. non in corpora solum
			sed etiam facultates Christiano-
			rum fariuit
			10. b
			Sibylla Vergiliana
			18. b
			Sibylla de idolis quid senserit
			40. b
			Synagoga templum Græcis
			19
			Sigillum altaris sepulchri quid
			109. b
			81. b
			Signum
			6. b
			Sigonij de origine synagogarum
			sententia



I N D E X.

Simonis magi imago adoranda da- ra 45	Solomonici templi descriptio 4	lis pro Imaginibus 64
Simonis magi & Helenæ scœriima- gines adorandæ propositæ 52.b	Sophiæ templum Constantinopoli à quo ædificatum 12	Syrophanes Ægyptius 39.b
Simulatio religionis Mimus 44.b	Sorbona quando instituta 98.b	Syrorum templum inuersum si- tum habere 28
Simulachrum æreum Cereris 42.b	Sozomenis locus de Idololatria ad quercum Mambre 2.a.b	T.
Simulachrum Deo in templo pone- re nefas 55	Spiritus sanctus vbi datus 15.b	T Abernacuſū locus sacrificiorū 3
Simulachra ante diluuium 38.b	Squilla quid & eius vsus 81.b	Tabernacuſū à Mose extructū 3
Simulachrorum inuentor Prome- thæus 38.b	Starienes quid 9	quando ibidem
Simulachra ex ære Romæ facta 39.b	Statius de Àsyolorum origine 25.b	Tabernaculum portatile 3
Simulachra gentilium ex qua ma- teria facta 40	Statua saluatoris argentea 31	Tabernaculum cur appellatum 3
Simulachra ad faciendæ quas arbo- res sumi foliis gentiles 40	Statua Ioannis Baptistæ argentea 31	Tabernacuſū quando iſterit 3.b
Simulachra & earū cultus ab Ebi- nicis sapientioribus damnatus 40.b	Statua Iouis loquuta 66.b	Tabernaculum Moſis quando ab- rogatum 3.b
Simulachra à Seneca irrita 41	Statuæ plorantes 23	Tabernacuſū forma templi à Con- ſtantino extructum, 11
Simulachra à Deo prohibita 42	Statuæ qua opinione ab Ethnicis adoratæ 40	Tabernacuſum conſecratum 103
Simulachra inter & idola quæ dif- ferentia 42.b	Statuæ cur adorandæ à gentibus propositæ 40.b	Tabernacuſi ſtruçtura & forma 3
Simulachra opus manuum 42.b	Statuæ quæ flammis non abſump- tæ 66.b	partes ibid.
Simulachra quæ ab apoſtoliſ pro- hibita 43	Statuas fingendi author quis 38.b	Tabule decalogi vbi repositæ 3.b
Simulachra à Perſis irrita 45	Statuas mentes hominum à cœle- ſtibus auocare 51.b	Taddæus ad Abagarū miſſus 45.b
Simulachra an loqui poſſint 66.b	Stephanus Vugarus ex præda tem- plum erigit 22	Tarſiſ episcopus miles & ſcriba, patronus Imaginum 60.b.62
Simulachrorum vsus ante Moſem 38	Stephanus PP. quando vixerit 37.b	Tarſiſ Prifcus idolorum apud Romanos author 39
Simulachrorum inuentor Ninus 38	Stephanus ſeditioſus capite plexus 59	Tauſſien. 31
Simulachrorum author ſecundum Epiphanium 38.b	Stephanus papa imaginum fautor 60	Tauri candidi in ſacris admoti 1.b
Simulachrorum authores apud Æthiops Ægyptios Græcos 38.b	Struthionum ova cur templis ap- pendi ſoleant 77.b	S. Tecla templum cur ab Iſaacio Comneno extructum 21.b
Simulachrorum vsus apud gentes poſitici 39.b	Sturmitus Abbas Fuldenſis 94	Tegeæ in Arcadia Mineruæ tem- plum 13.b
Simulachrorum poſitici vsus, in ſuperſtitioſum verſus 39.b	Suadela templum 22	Telichnes ſtatnas Deorū primum ſciſſe 39
Simulachrorum gentilium descri- ptio 41.b.43	Sudaria & ſemicincta Pauli 46.b	Tem- plum Græcis templum 19
Simulachrorum impietas 54	Suffimentum quid adumbrarit 34	Templum Ternini Romæ 2
Simulachris ſacrificant Paſiſtæ 68.b	Sufficio quale genus purgatioſis 70.b	à quo extructum ibid.
Sittim quæ & ſpina alba 3	Suggestus quid 30.b	Templum quando à Salomone ex- tructum 3.b
Sixtus Kuſinger typographus 102	Summa auri & argenti ad Taber- naculi ſtruçturam donati 3.b	Templum Solomonicum quando & à quo deſtruçtum 4
Sixtus quando vixerit 34	Summiſtæ theologo 98	Templum Hieroſolymitanum primum quam diu durarit 4
Sixtum papam primum aras inſtri- ctiſſe 34.b	Superſtitio conſecrationis Campa- narum 11.b	à quo & quando reparatū ibid.
Sleidani de conſecrandis aris lo- cus 110	Superſtitioſiſ ſemina quando ſpar- ſa 56.b	Templum ſecundum Hieroſolymi- tanum quando abſolutum ſit 4
Socratis error de templo Hieroſo- lymitano 11	Superſtitioſiſ proprietates 72.a.b	& quot annis ibid.
Socratis locus de cõſecrandis tem- plis 104.b	Superſtitioſiſ cur Iuſtiniani tem- pore cœperint 20.b	Templum poſt exilium quale repa- ratum 4.b
Sol pro Deo cultus 36	Superſtitioſiſ in periculis diuis tem- pla vouent 21.b	Templum poſterioriſ quibus poſi- ſſimū in rebus prioribus inſerui 4.b
Sol pro ſeptemdecim dies radios amittit 62	Sus marmorea portæ impoſita 6	Templum per Herodem reſtaura- tum 4.b
Sol non adorandus & ſi miranda per illum ſunt 46.b	Suſiana Bibliotheca 100.b	Templum abſolutum 5
Solis eccliplis 59.b	Synagoga à Cencurione erecta 7	Templum Herodianum quando incentum 5.b
Solis templū vnuerſus mundus 1	Synagoga cur inſtituitur 6.b	Templum poſterioriſ quandiu ſete- rit 5.b
Solem verſus Einnicos tractaſſe ſa- era 36	Synagoga peregrinorum Ieroſo- lymis 7	Templum Hieroſ. non amplius re- ſtauratum 6
Soldani decima 129.b	Synagoga Iudæorum 92	Templum Delphicum fulmine de- lectum 6
Solomonicum templum conſecra- tum 103	Synagogarum cauſa 6.b	Templum vnicum habuiſſe Iudæos 6.b
	Synagogarum origo ſecundum Ber- trami ſententiam 6.b	Templum in Aulide ante bellum Troianum 7
	Sylueſtri primi de aſyſis decretum 26	Templum Vulcani apud Aetnâ 7.b
	Synodus Constantinop. contra ima- gines 59	Templum Veneris in Libano 8
	Synodus ſeptima à Carolo M reſu- cata 61.b	Templum Romæ à Conſtantino extructum 11
	Synodus Romana pro Idolis 64	Templum ad Aquas Græneas ſum- ptuoſum 12
	Synodus Constantinop. 8. genera- lis	Templum

I N D E X.

Templum Argentinense	12. b	sanum studium	13. b	ribus	35. b
Templum Venetijs sumptuosissimum	13	Templa ad fastum extruere non licere	14	Templis qui populi caruerint	1
Templum Diocæs Magnesiæ	13. b	Templa qualia esse debeant	14	Templarj unde dicti	16. b
Templum militarij vniuersi Felix	11. b	Templa an ad veram religionem pertineant	14	Tentorium cur appellatum	3
Templum Domini verum quod sit	14	Templa sumptuosa inter idololatram numerari	14	Terminus pacis & iustitiæ Deus	2
Templum Hierosolymitanum cur aurea vasa habuerit	14	Templa Dei viua quomodo ornata esse debeant	14. b	Termini templum Romæ	2
Templum Dei ædificare verum quid sit	14. b	Templa ex iustè partis ædificanda	14. b	Terra effossa in pristinum locum reuerfa	6
Templum Hierosolymitanum cur funditus existum	15	Templa cur à multis extruantur	15	Terra mirè concessa	62
Templum typus Christi	15	Templa & eorum vsus an damnandus	15. b	Terra filijs Noachi diuisa	90. b
Templum quid & vnde dictum	17	Templa in què vsus habenda	15. b	Terræ motus Constantinopoli	62
Templum pro æde sacra apud Ciceronem	17	Templa in què vsus habenda	15. b	Terræ motus Hierosolymis	6
Templum Hierosolymis in loco caluarie	19. b	Templa cur appellantur Basilicæ	17	Tertullianus quando claruerit	9
Templum in memoria assumptio nis Christi in cœlum	19. b	Templa maiores ecclesiæ	17	Tertullianus contra idola	43. b
Templum Hierosolymit. à Iuda Machabæo dedicatum	103	Templa in primitiua ecclesia in honorem Dei erecta	19. b	Tertullianus Montanista	58
Templi operariorum numerus	4	Templa veterum nullius sancti nomine appellata	19. b	Tertulliani de templis iudicij	14
Templi Solomonici descriptio	4	Templa Augustini ætate Christo soli dicata	20	Tertulliani tempore an publico sēpō preces denunciare	85
Templi structura per crucem im pedita	49	Templa Sanctis extruere idolatriæ esse	20	Tesca loca agrestia alucius Dei	19
Templi Hierosolymitani anachemata	74	Templa non erigenda hominibus	20	Tesca vnde dicta	19
Templi posterioris vasa qualia	4. b	Templa quomodo fabricanda mar tyribus	20	Tesqua quæ loca sint	19. b
Templa quam diu caruerint Iudæi	4. b	Templa Sanctorum nominibus appellata, sed non in honorem eorum ædificata	20. b	Thales Milesius quo præceptore vsus	91. b
Templa nulla apud veteres	2	Templa cur sanctorum nominibus appellata sint	20. b	Tharasis patriarcha Constante	55
Templi exusti dies Ingubris	5. b	Templa Christianorum pluribus sanctis quandoque dedicata	21	Themistoclis dona Delphos allata	75
Templi Dianæ Epheliæ descriptio	13. b	Templa quandoq; absq; votis extructa	21. b	Theodelsinga Longobardorum regina cur templum extruxerit	22
Templa cur sine tectis ædificata	2	Templa ex spolijs & manubijs extructa	22	Theodo qualia sacra instruerit	1
Templa Ioui, Soli, Lunæ & Iohannis que qualia extructa	2	Templa cur primo extructa	24	Theodo Boiorum regulus	1
Templa qui primi struxerint	7	Templa in papatu domus negotiationis esse	24. b	Theodo quercus consecrassè	1
Templa antiquissima vbi sint	7	Templa non propter imagines sed preces extructa	51. b	Theodorus Episcopus Ancyre contra imagines	55
Templa tot Romæ quot sepulchra	7. b	Templa cur fabricantibus noxia	87. b	Theodorus Calliopa Exarchus	58
Templa rara sine memoribus in Græcia	7. b	Templa quæ sint consecranda	105	Theodora imperatrix idololatra	63. b
Templa Ethenorum qualia	9	Templa polloi per adulterium in ipsis commissum	107	Theodora imp. imaginum cultum promouet	63. b
Templa Christianorum qualia Tertulliani temporibus	9	Templa reconciliandi quæ optima ratio	107	Thodoricus rex Ostrogotorū templa plurima exstit	12
Templa Christianorum primorum qualia	10	Templa papistarum forum rerum vanalium	107. b	Theodosius cur ab Ambrosio exclusus	28. b
Templa primis Christianis fuisse non vero simile	10. b	Templorum origo à sepulchris	7. b	Theodosius cur Thessalonice cædem perpetrare	28. b
Templa à Christianis quando primum condita	10. b	Templorum initij & progressus	11. b	Theodosij supersticio	29
Templa Christianorū reparata	11	Templorum extructiones superstitiosæ apud Christianos	12. b	Theodosij & Valentis edictum contra crucis signum & imagines	33. b. 54.
Templa Gentilium in vsus Christianorum conuersa	11	Templorum in ædificijs an fiducia ponenda	14	Theodosij Abbæ simulachri vis	66. b
Templa à Constantino Romæ ædificata	11. b	Templorum ornatus verus quis	14	Theodosij sanctio de studijs liberabilibus	93
Templa Ethnicorum in Christianorum vsus conuersa	11. b	Templorum apud Ethnicos nomina	18. b	Theologiensis cœnobium	94
Templa quibus ædificare concessum	11. b	Templorum nomina Græca	19	Teologia vera quando frigere cœperit	97
Templa per Gallias & Germaniam qui primi struxerint	12	Templorum condendorum nullus finis	22. b	Teologiz studium neglectū	97. b
Templa in locis solitarijs extructa	12	Templorum fundamentis iacendis supersticio	24	Theophaniz templū a quo extructum	11
Templa & monasteria ex priuaris ædibus facta	12. b	Templorum distinctio quando cœperit	28	Theophaniz seruatoris templum	19. b
Templa post Caroli M. tempora cœratim ædificata	12. b	Templorum forma Eusebij tempo		Theophilus imp. imaginum acerrimus hostis	63. b
Templa ædificandi Ethnicorū in-				Thefaurus verus domini quis sit	76. b

- Theocritus incantator** 23  
**Θεοκρίτος** Iesus Christus 19.b  
**Θεοτόκος**, Maria mater Christi 19.b  
**Thomæ Hardingi impudentia** 40  
**Thomæ Naogeorgi carmina de ruitubaptizandi campanas** 112.b.113  
**Thomæ Rorarij de Campanis concio** 114  
**Thracæ ceremoniarum inuentores** 7  
**Thus quomodo consecratur** 111  
**Thuris vsum altaribus quis assignavit** 37.b  
**Thura adolere imaginibus idelclatris** 40  
**Thuribulum vbi seruatum** 3.b  
**Thuribuli vsum quis fuerit** 3.b  
**Tiberius privilegia asylius abrogat & cur** 27  
**Ticinum peste depopulatum** 83  
**Tigurū anathemate percussum** 82  
**Tiguri monasterium Vestalium in quem vsum conuictum** 77  
**Tiguri quando altaria lapidea conperint** 35.b  
**Tigurina schola eiusq; doctores** 99.b  
**Timoleon Corinthius paternam domum in templū conuertisse** 12.b  
**Tinnabulorum origo vetus** 81  
**Tinnabulorum genera** 81.b  
**Tinnabulolustrium** 114  
**Titulus idem quod patetia** 18  
**Tituli Romæ quid** 17.b  
**Tituli Romæ cur instituti** 17.b  
**Tituli Romæ presbiteris diuisi** 18  
**Tituli Romæ viginti octo** 18  
**Tituli vnde nomina sortisunt** 18  
**Titulorum numerus à Hygino auctus Romæ** 17.b  
**Titulorum & presbyterorum numerus auctus** 18  
**Titulus Romæ quis instituit** 17.b  
**Titus Imperator templi structurā prohibuit** 5.b  
**Tolerantus vel tolerantia concubinarum** 129  
**Teletana synodus de asylius** 27  
**Traditionum quarum Epiphanius fuerit obseruator** 51.b  
**Traianus cur persecutionem mouerit in Christianos** 10  
**Traianus Christianorum acerri-mus persecutor** 18.b  
**Traiani persecutio in Asia & Africa** 10  
**Traiani studium in scholas** 91.b  
**Transubstantiationis dogma quando approbatum** 33  
**Transubstantiationis commentū sors errorum** 79.b  
**Treuirensis academia** 99.b  
**Tria tempora quibus Deo genua flectenda** 83  
**Tribunal ecclesie, idem quod ambrosianum Cyprianum** 30  
**S. S. Trinitatis imago** 70.b  
**Trithemius de monachorū studijs** 94.b.95  
**Tubalcain artē ferriam inuenisse** 90.b  
**Tubingenis Academia** 97  
**Tubilustria** 114  
**Tubis conuocati Iudæi ad certū di-tiesca** 19  
**Tuiscon primus Germanorū rex** 1  
**Tuiscon Germanorum primus nomen & lucos consecrat** 1  
**Turcos imagines detestari** 71  
**Turcas aqua lustrari vti** 79  
**Turcæ quomodo ad certus conuocentur** 81  
**Turris templi Argentinensis à quibus structus** 12.b  
**Tyberis exundatio** 59  
**Typographia è celo missa** 102.b  
**Tyrthemi statuarum inuentores** 39  
**V.**  
**Valentinianus cur ædituo pugni inflixerit** 78.b.79  
**Valentis Imperatoris temporibus asyla fuisse** 26  
**Valeriani persecutio** 9.b  
**Valux ex cupresso in templo Dianæ** 13.b  
**Vasa propria ad tegumenta altaris lauanda** 37.b  
**Vasa altaris à mulieribus non artin-genda** 37.b  
**Vasa sacra quibus permisa portare** 37.b  
**Vasa fœra à quo tractanda** 77.b  
**Vasa aurea quando primum in ecclesiam illata** 116.b  
**Vdalicus Han typographus** 102  
**Velum tabernaculi** 3  
**Venalia omnia in Papatu** 24.b  
**Venerationes sanctorum vnde nant** 20.b  
**Veneratio sanctorum causa multitudinis templorum** 21  
**Veneratio imaginum & Sanctorū prois prohibita** 68  
**Veneris templum in fruticetis Labani** 812.b  
**Veneris Vulcani & Martis sana cur extra urbem posita** 12.b  
**Veneris templū cur ab Attico adole-scente conditū** 21.b centū 36.b  
**Venetijs templum D. Marci sum-mosissimum** 13 LXII. templa insignia 13 XXIII. domus incendio absumptæ 23 b  
**Veneti cur diuo Iacobo ædem vo-uerint** 21.b  
**Verbum Dei quid contineat** 56.b  
**Verbi Dei vtilitas** 56.b  
**Vergerij descriptio ritus baptizandi campanas** 113.b  
**Vergilij locus de Iuco & tēplo Car-thagini extructo** 8  
**Veritas vbi debeat inquiri** 66  
**Veronica fabula** 47.b  
**Vespasiani Imp. dona in templis Ca-pitolij & Pacis dicata** 75.b  
**Vesta vxor Noachi** 72.b  
**Vestales ignem perpetuum custo-diuiffe** 72.b  
**Vetuloziæ Gymnasium vetustissimum** 91  
**Vetustas à Pontificijs quomodo ac-cipiat** 49.b  
**Victoria inaurata cui dedicata** 75.b  
**Victores quomodo coronati** 7.b  
**Viduas ex bonis ecclesiasticis sustentatas esse** 117  
**Vicentensis Schola** 96  
**Vigilantius contra vsum lucernarum diurnarum** 73  
**Vigilie in cœmeterijs prohibite** 88  
**D. Vicentij templum à quo extructum** 21.b  
**Virga Aaron vbi seruata** 3.b  
**Virginum Vestalium templa Venerijs viginti septem & totidem monachorum** 13  
**Viri & mulieres cur olim vna orarint** 29  
**Viri à mulieribus in templo separati & cur** 29.b  
**Virtutem ex Christo egressam non ex velle** 46.b  
**Viscum vnde nascatur** 1  
**vnde in admiratione** 1  
**Viscis apud Christianos admiratio vnde** 1.b  
**Vitellianus Musicus insignis** 73.b  
**Vites à quo & quando inuentæ** 3  
**Vimentis templum magnificentissimum** 13  
**Vimensis templi maximi fundamenta maxima superpositione facta** 24.b quotaris decorata fuerit 36.b  
**Vlydij quare templum Dianæ ædificasset** 21.b  
**Vniuersitas à quo cognominetur** 61.b  
**Voere tēpla Ethnicos folios** 216  
**Vox in aere audita** 125  
**Vrbes aqua lustratas** 80  
**Vrbeni primo simulachra & templa posuisse** 7  
**Vualafridus quando floruerit** 14.b  
**contra sumptuosa templa** 14.b  
**Vuandalorū in Europā irruptio** 93.b  
**X.**  
**Xerxes contra adorationem imaginum** 54.b  
**Xeniaz Perse hæresis** 55.b  
**Xerxes cur templa exusserit** 2  
**Xerxes quot annos regnarit** 4.b  
**Xerxis milites partem Delphici templi euerisse** 6  
**Z.**  
**Zeno Stoicorum disciplina au-thor** 1  
**Zenonis dogma de templis** 1  
**Zenonis Schola in Scia Athenis** 92  
**Zorobabel Iechonæ nepos** 4  
**Zyccenij episcopatus à quo fundatus** 12




I N D E X.

INDEX LOCORVM SACRAE SCRIP-  
TURAE, TAM VETERIS QVAM NOVI TESTA-

menti, qui ab Authore in his libris succincta me-  
thodo exponuntur.

EX GENESI. 20.	EZECHIELE.	4	Veniet hora & nunc est, quan- do veri adoratores, non in mōte hoc, nec Hierosolymis adorabunt patrem, &c. 15	
Vod si altare lapideum feceris mihi, non aedi- ficabis illud de fectis lapidibus 34.b	11 Ero eis in sanctuariū paruum 15	13	Quod facis fac cito 115.b	
Quare Deos meos furatus es? 54.b	HOSEA.	20	Sicut misit me pater ita ego mittet vos. Cumq; hæc di- xisset, &c. 120	
EXODO.	2	MAIOR ERIT GLORIA DOMUS HU- MIUS POSTERIORIS QUAM Prio- ris 5	ACTIS.	
Non habebis Deos alienos co- ram me 50.b	BARVCHO.	6	10 Similis tui sum & fratru tuor- um qui testimonium habet Iesu Christi 42.b	
DEUTERONOMIO.	2	Te Domine oportet adorare 84	I. CORINTHIOS.	
Non plantabis tibi lucum ex villis arboribus iuxta aram Domini Dei tui, quam fa- cies tibi 1.b	MATTHAEO.	20	7 Precio empiti estis, nolite serui hominum 83.b	
IUDICVM.	20	Quicumque voluerit inter vos magnus fieri sit vester mini- ster, &c. 120	COLOSSENSES.	
Fecerunt filij Israel malum in oculis Iehouæ, oblitq; sunt Iehouæ Dei sui, & seruie- runt Baalim & lucis 2	24	Si quis vobis dixerit: Ecce hic Christus aut illic, nolite cre- dere. Surgent enim pseudo- christi & pseudoprophetae, & dabunt signa magna & prodigia, &c. 33	1	Nemo vos iudicet in cibo aut in potu aut in parte dici fe- sti 83.b
II. REGVM.	L V C A.	22	HEBRAEOS.	
Locus de Naaman Syro expli- catur 85	22	Reges gentium dominantur eis & qui potestatem habet in eas, benefici vocantur, vos autem non sic 120	9	Sanctum sanctorū Arcam ha- bet fœderis vndiq; circum- fertam auro, &c. 3.b
P S A L M I S.	I O A N N E.	2	I. IOANNIS.	
15 Simulachra gentium argentū & aurum, opera manuum hominum, Os habent & non loquuntur, &c. 44.b	2	Quadragesima & sex annis ædi- ficatum est templum istud, & tu in tribus diebus eriges illud? 5	5	Filloli caute vobis à simula- chris 42. 43.b
LIB. SAPIENTIAE.	I. P E T R I.	2	4 Sufficit enim præteritum tem- pus ad voluntatem gentium consummandam, &c. & illi- citis idolorum cultibus, &c. 42	APOCALYPSI.
4 Inani hominum gloria seu am- bitione in mundum intro- ducta sunt Idola 38.b	9	Reliqui quoque homines pe- ribunt & damnabuntur qui non sunt occisi his plagis, sed non resipuerunt ab ope- ribus manuum suarum, vt ne adorarent Dæmonia, & simulachra aurea, &c. 43		
I S A I A.				
66 Cælum sedes mea, terra autē scabellum pedum meorum, vbi stabitigitur, &c. 2.b				

F I N I S.



# DE ORIGINE ET PROGRESSV TEMPLORVM

LIBER PRIMVS.

C A P V T I.

De loco in quo Patriarchæ ante extructum tabernaculum familias suas instituerunt: Vbi & de LVICIS, in quibus Gentiles primò conuenerunt, & sacra sua tractarunt.



**A**D AMO primo homine ad Moſis prophetæ ſanctiſſimi tempora uſque, Patriarchæ nulla templa. ſeu loca certa & fixa exercendæ religioni peculiari-  
ter deſtinata habuerunt. ſed vt credendum eſt, in domibus ſuis priuatis, & ad re religioni ex  
altaria, quæ hinc inde erexerunt, familias ſuas inſtituerunt. Apud Ethnicos ercendæ deſti-  
quoque Zenonis Philoſophi & Stoicorum diſciplinæ authoris dogma fuiſſe le- natus.

gimus, ſepã Θεῶν μὴ οἶκος οὐκ εἶναι. hoc eſt, Templâ Deorum non ædificanda: Per. Crinito re-  
ferente libro 14. cap. 12. de honeſt. diſcip. Et barbaros quosdam dicere ſolicos accepimus, eos  
impie facere, qui Dijs templa extruedent. In qua ſententiâ Schyrtas fuiſſe Herodotus lib. 4.  
teſtatur, qui nulli Deorum Templâ ædificarunt, præterquàm Marti. Perſæ etiam, eodem  
auctore, Templâ nulla extruxerunt, ſed montes editiſſimos conſcenderunt, ibiq; Ioui immo-  
larunt. lib. 1. Præterea, cum Solem potiſſimum venerati ſint, mundum hunc vniuerſum tem-  
plum illius eſſe dixerunt. Alexand. lib. 2. cap. 22. Et à Bithyniſ uſurpatum ſimiliter legimus,  
vt adoraturi, cacumina montium conſcenderint, & ſine templis Iouem Pappam ſalutarint,  
ſicut Schyrtæ Papeum: quæ etiã Diogenis opinio fuit, qui mundum pbarum Dei ſanctiſſimum  
exiſtimauit. Alexand. lib. 2. cap. 22. Carmeli quoque incala nullum Dei ſui templum habuere,  
nec Germani illi antiquiores: ſed illi in monte tantummodo aras habuerunt, hi verò arbores  
altas, lucos & nemora Deorum ſuorum nominibus appellata: ſicut referunt Gyraldus de  
Dijs gentium Syntagmate 17. alijsq; multi: de Germanis verò Cornelius Tacitus, & luculen-  
ter in primis lib. 1. Annalium Boiorum Auentinus, qui dicit Tuiſconem, primum Germano-  
rum Regem, lucos & nemora, in quibus res diuina perpetraretur, conſecraſſe. Theodo quoq;  
primus Boiorum regulus, lucum & montem Danubio imminentem, more maiorum ſuorum,  
Alemano Herculi Victori, & bellorum præſidi dedicauit, cuiusq; nomine appellari iuſſit, &  
ſacris ibi, ritu patrio, Diuis operari præcepit. Duas præterea in ripa Danubij & ora Ger-  
manie, vetuſtiſſimas Quercus, prodigioſæ magnitudinis, millibuſq; paſſuum 20. diſtantes, gen-  
tium Ceremonia idem Theodo conſecrauit, eoq; frequens populus corij & victimas immolauit.  
Nam nihil ſacratius Quercu Germani etiam veteres habuere: nulla ſacra ſine huius arboris  
fronde conſecrare: & ſacrificijs epuliſq; ritè ſub hac arbore perpetratis, Deos ſuos inuocarunt.  
Apud alias quoque gentes Quercus Ioui conſecrata fuit, & ſub ea ſacra eius celebrarunt:  
Vnde Vergilius lib. 2. Georgic. canit:

Sicubi magna Iouis antiquo robore quercus  
Ingentes tendat ramos, &c.

Et Plinius li. 16. refert, in Ponto circa Heracleam aras fuiſſe Iouis Scatini cognomine, ibiq;  
quercus duas ab Hercule ſatas. Apud illas etiam Oracula petierunt. De quercu Dodoneâ,  
quæ ob oraculorum multitudinem ποδὸν ἕλωσ & diſta fuit, multa hinc inde apud poetas le-  
guntur: nos quoque in ſequentibus aliquid de ea dicturi ſumus. Haſq; ob cauſas etiam (vt obi  
ter hoc annorem) Viſcum eius, quod tamen non niſi ex palumborum & curdorum ſæce naſci-  
tur, è calo miſſum putarunt, ſignumq; eſſe à Deo electæ arboris. Sacrificijs epuliſq; ritè ſub ar-  
miratione.

Locus patriar-  
charum tempo-  
re religioni ex-  
ercendæ deſti-  
natus.  
Templis mul-  
te gentes olim  
caruerunt.

Germani vete-  
res alijsq; popu-  
li templorum  
loco habuerunt  
lucos, nemora  
& alias arbo-  
res.

Quercus ſacra  
olim.



bore preparatis, duos admonerunt candidi coloris tauros; quorum coruua tunc primam vinciantur. Sacerdos candida ornatus veste arborem scandit, falceq; aurea resectum, candido exceptum fuit sago. Tum demum victimas immolarunt, precantes ut suum donum Deus ijs prosperum faciat, quibus dederint. Fertilitatem eo potio dari cuicunq; animalium sterili arbitrati sunt, & contra venena esse remedio. Tanta gentium in rebus friuolis plorunq; religio fuit. Plinius de Naturali hist. lib. 16. cap. 44. & Auentinus lib. 3. Annalium. Quae religio, seu potius superstitio gentilium condonanda fortasse ipsis fuisse, ni inde vsq; ad Christianos mansisset, quibus adhuc hodie Viscum admirationi est, ideoq; ab ipsis non minus religiose obseruatur, & curiosè inquiritur, pretiumq; auri, ob priscam illam stultitiam, apud multos habere dicitur. Alexander Sarduus lib. 3. indicat, Germanos in hisce lucis & nemoribus Sacros equos aluisse, ex quorum hinnitu obseruarint, quae futura sint. Fuit Romae quoque Ilex vetustior vrbe, in qua titulus æris literis, Hetruscis religione arborem illam iam tunc dignam fuisse significauit, Plinio auctore lib. 16. cap. 44. Nat. hist. Meminit verò & Lucii Marci Plutarchus in vita C. Marij, quem Minturnenses religione Deorum venerati sint atq; obseruarint. Habuit & Sclauorum gens lucum quendam sacrum firmissima sepe cinctum, ob Deorum multitudinem maximè in delitijs; in cuius medio ruinose steterunt quercus, Prouen deo dicata, ad quas varios sacrificiorum ritus peregerunt, adstantibus populo cum regulo. Atrium ingredi fas nemini erat, praeter sacerdotes ac sacrificare volentes, aut quem mortis periculum vrgebat, cui tutum ibi fuit datum asylum, vt Helmodus indicat cap. 53. Senones etiam lucum sacrum venerati sunt, quem nisi vinculo ligatus ingredi nemo ausus fuit, vt testatur Ammianus lib. 34.

In Lucis cur  
gentes suos  
Deos coluerint

1.

2.

Lucus in Da-  
phne officina  
nequitiae.

Ex historia etiam sacra liquet, Chanaanos quoque Lucos templorum loco plantasse, quos Dijs suis consecrarint, in ijsq; cultum Deorum suorum exercuerint. Nicolaus Gerbelius in sua Graecia hoc idè à gentilibus obseruatum scribit, quòd scilicet aduentibus huiusmodi sacra loca religiofam quendam diuinumq; horrorem incurrerent sylue. Alij loca illa instinctu mali spiritus idè ad cultum Deorum delicta esse existimant, vt ibi latere melius scelerati possent, & suas nequitias occultius perpetrare. Nam Munsterus in suis ad lib. . Regum cap. 15. Annotat. testatur. gentiles in lucis res abominandas perpetrasse, prostibula scilicet passim in ijs vtiusque sexus influentes, aliòq; nefanda exercentes. Confirmant hæc, quæ Sozomenus lib. 5. cap. 19. de ludo illo an. ænissimo, in Daphne Antiocheno suburbio, sicut, commemorat: Cùm enim amenitatem eius perstrinxisset, & vnde nomen habeat retulisset, à Daphne nimirum, quæ cùm Apollinem amatorem fugeret, in arborem eiusdem nominis conuersa est, hæc tandem subiungit: Hoc (inquit) suburbium cùm tale esset, accedere, turpe iudicabatur probis hominibus. Ipse siquidem situs, & natura loci ad ignauitiam & voluptatem inuitabat, & fabulæ hypothesis, amatoria existens, modica occasione accepta morbum amantium iuuenibus alioqui corruptis duplicabat, qui fabularum praetextu grauius incendebantur, & absq; pudore libidinosa secta aggrediebantur, nec castitatem complecti valentes, neque castos eo loco videre sustinentes. Etenim si quis sine amata in Daphne morabatur, stupidus & expers gratiæ, ac quasi scelus quoddam & abominabile auersandusq; iudicabatur. Et aliàs is locus Ethnicis venerabilis ac in multo pretio erat. Erat enim illic elegans Daphne Apollinis imago, & templum magnificè ac pretiosè elaboratum, quod Seleucum Antiochi patrem extirxisset. Et quid in peregrinationibus in nemora & alia loca sacra olim religionis ergò susceptis, perpetratum sit, multæ historia locupletissimè docent. Atque hæc fortasse causa fuit, quòd Deus noluit populum suum iuxta templum & aras Lucos plantare, inquitus: Non plantabis tibi lucum ex vllis arboribus iuxta aram Domini Dei tui, quam facies tibi. Deut. 17. Nonnulli hoc factum ab Ethnicis putant, vt cultus Dei esset ornatiore, eoq; acceptior: erant enim Luci manu consui, ideoq; sine dubio arbores omnis generis in ordinem aptè & concinnè dispositæ: Vt nihil dicam de vmbra qua in lucis homines sivebantur, Vnde Vergilius lib. 1. Æneid. Lucus in vrbe fuit media læuissimus vmbra. Vnde etiam Hoseas propheta 4. cap. Israelitis exprobrans quòd in collibus suffitum adole-

rent sub

rent sub quercu, & vt Ieremias dicit, sub omni ligno frondoso immolarent, hanc eius rei causam addit, quod scilicet bona sit umbra eorum. Ego multos gentilium, qui rectius de Deo senserunt templorum usum ideo damnaſſe, & cului diuino Lucos, excelsa & huiusmodi loca designaſſe exiſtimo, quod putarint immensam illam summi Dei maiestatem tam angustis templorum parietibus ceu septis concludi non posse: quod etiam sacra litera docent, 2. Paral. 2. Hinc factum etiam opinor, vt multis in locis quibusdam Dijs sine tectis templa edificarint. Roma enim templum Termini, a Numa extructum, desuper patens foramen habuit, nefas etenim duxit, Terminum Deum pacis & Iusticia custodem sub tecto conspici. Sic Ioui, Soli, Luna & Diosidio, in aperto mundo templa ὑπερθεα & sub diuo eandem ob causam veteres extruxere. Quod a Græcis in primis sæpè factitatum legimus, vt his Dijs ὑπερθεα templa extruxerint: sicut ædes Iouis puluerij in Attica semper sine tecto erigebatur: vt ex Plut. Numa Alexand. libro 2. cap. 13. refert. Xerxes rex a Magis, Persarum persuasus Græcia templa eò propensum inflammasse dicitur, quod parietibus includerent Deos, quibus omnia paterent. Vel etiam ex ἑκατοῦνλια patriarchas Veteris Testamenti gentiles imitari voluerunt, qui ante extructionem Tabernaculi templa nulla habuere, sed vbiuis locorum Altaria erexerunt, ibiq; suas familias instituerunt sacrificiaq; obtulerunt. Hoc verò postea propter typum vnico tantum in loco fieri voluit Deus: ob eamq; causam excindere præcepit Israelitis eiusmodi Lucos Exod. 24. Deut. 7. 12. & 17. His tamen mandatis, licet seuerissimis, a deo nihil obtinuit apud Israelitas suos, quam vt ipsi quoque ad gentilium imitationem Lucos re præcipit plantarint, in quibus Dijs alienis seruiuerunt. Hoc inde factum puto, quod prisca simplicitas cœpisset eis displicere: Adam, Abel, Iacob & reliqui patriarche aris erant contenti: his illi ensebant addendos lucos, quo Dei cultus esset ornatiore. Cœpit hæc idololatria primo in populo Dei sub iudicibus Othoniele & Ehud: quod Iudic. 3. indicatur his verbis: Fecerunt filij Israel malum in oculis Iehouæ, oblitiq; sunt Iehouæ Dei sui, & seruiuerunt Baalim & lucis. Vt hæc siquidem locum nullus alius in sacra historia extat, qui tale quid de Israelitis referat. Notandum autem obiter in Hebræo legi אַשְׁתָּוֹת & Aseroth, hoc est, lucus: quod nomen vetus interpres non rectè legit pro אַשְׁתָּוֹת אַשְׁתָּוֹת Astaroth, quod proprium nomen Dei Sidoniorum fuit: quæ corrupta lectio etiam in nonnullis Germanicis versionibus inuenitur. Instaurauit hanc Idololatriam in Iudæorum gente primus Regum Roboam. Etsi enim 3. Regum 14. in genere de Iudæis referatur, quod peccatis suis longè maiores suos superarint, eò quod extruxerint sibi ipsi excelsa, statuas, & lucos, &c. tamen Iosephus Antiquit. lib. 8. cap. 10. peccati huius authorem Roboamum facit, quando dicit: Roboam ad impias & iniustas conuersus est actiones, & spreuit Dei religionem, ita vt & populus eius imitaretur iniquitatem. Cum moribus namq; principum corrumpitur conuersatio subiectorum: cum viderint illorum luxurias, suæ castitatis merita respicientes, quasi virtutem eorum imitari nituntur illecebras. Non enim opera principum approbare videntur, nisi etiam similiter hæc agantur, Hactenus Iosephus. In quam sententiam etiam a Platone scriptum est, Quales in Repub. principes essent, tales etiam reliquos solere esse ciues. Inter Reges autem Israelis impius ille Achab primus Lucos plantauit. 3. Regum. 16.

Hæc inquam est Origo eius idololatriæ, quæ grauissimè sæpissimeq; à Deo per Prophe-  
 tas damnatur, & qua sibi Iudæi simul ac Israelitæ omnis generis mala accersuerunt: quod  
 nimirum in collibus aras extruerent ibique suffitum adolerent sub quercubus, & sub omni  
 ligno frondoso immolarent. Quæ supersticio tam altas in hominum animis radices egerat,  
 vt ea adhuc Constantini Magni tempore in Palæstina in usu fuerit. Sozomenus enim de I-  
 dololatria ad Quercum Mambre lib. 2. cap. 4. ita scribit: Locus quem nunc Terebintum  
 vocant, quindecim stadijs ab Hebron, quam à meridie vicinam habet, ab Hierosolymis verò  
 circiter 250. stadijs distat, de quo verax sermo est, Abrahamo ibi filium Dei vna cum an-  
 gelis contra Sodomitas missis apparuisse, illique filij generationem prædixisse. Annuam  
 verò illic Panegyryn eamque splendidam regionis illius incolæ & vltiores Palæstini, &

4.

7.

5.

Lucos excinde  
 re præcipit  
 Deus.  
 In Lucis quan-  
 do Israelitæ  
 seruire cœpe-  
 rint Deo.

X

Idololatria ad  
 Quercum Mam-  
 bre.

\*



Phanices & Arabes, etiam dum mensis tempore celebrant. Conueniunt autem illic plurimi etiam nundinarum gratia, tam empturi quam vendituri. Est enim id festum cunctis frequentissimum, Iudæis tanquam de Patriarcha Abrahamo gloriantibus, Græcis propter angelorum apparitionem, Christianis verò quoniam etiam tum temporis pio viro is apparuit, qui posterioribus temporibus ad salutem humani generis per virginem sese manifestè exhibuit. Honorant autem eum locum pro sua quique religione, alij ad vnum omnium Deum orantes, alij angelos inuocantes & vinum libantes, ac thure, vel boue, vel birco, vel oue aut gallo sacrificantes. Quod enim quisque eorum & bonum toto anno accuratè nutritum secundum voium cum sibipsum cum domesticis suis ad eiusdem festi conuiuium asseruabat. Honorantes autem eum locum cuncti, siue ad canendum iram Dei, ne quid mali paterentur, ne cum vxoribus quidem, cum in eo agerent, commiscebantur, quamuis illæ eo festo ornato, & mundiciæ muliebri plus solito vacarent, & temerè in conspectum progredierentur, neque aliàs lasciuiebant, tamen si tabernacula communiter & promiscue haberent. Est enim locus ille serenus & indiscretus, nec ulla habens ædificia, nisi sola quæ circa ipsam quercum ab Abrahamo olim structa fuerant, vna cum puteo ab ipso parato. Tempore verò Panegyrico nemo ex eo hauriebat. Etenim secundum legem gentilium alij lychnos accensos in illum iaciebant, alij vinum infundebant, alij pæcenulas, alij numismata, rugienta, vel thymiamata iniiciebant, eamque ob causam, sicut fieri solet, aqua illa commixtione iniectionum corrupta & inutilis videbatur. Cum autem Imperator de his certior factus esset, admodum Palestine Episcopus successit, quod competentem rei istius curam neglexissent, ac locum sacellum existentem in prophetarum libationibus ac sacrificijs conspurcari permisissent. Præcepit igitur Phœnicie Episcopus, vt in vnum congregati, ara qua ibi erat ex fundamentis diuina, ac statuis igni traditis, ecclesiam ibidem struerent, &c.

Antra ante templorum usum apud Græcos consecrata Dijs. In lucis habitant heroum anime. Nostra de Templis sententia.

Alexander Sardus lib. 3. de Moribus & ritibus Gentium testatur, in Græcia, ante quam condita templa capium sit, Antra consecrassè Dijs.

Notat & Seruius, Manes & heroum animas, qui Lares vitales dicerentur, lucos tenere: hinc & apud Vergilium in 6. dicunt:

Nulli cerra domus, lucis habitamus opacis.

Me verò Originem templorum & rerum ad templa pertinentium investigantem, in eadem esse sententia nemo existimèt. Esi enim minime cum illis faciam, qui Deum eiusque maiestatem, potentiam & gratiam adium sacrarum & parietum septis includunt ac certo loco alligant, cum illi omnia pateant, mundusque ipse & omne hoc totum illi quasi pro templo sit, dicente ipso Domino apud prophetam: Cælum sedes mea, terra autem scabellum pedum meorum: vbi stabit igitur domus illa quam adificabitis mihi, & vbi est locus ille in quo quiescere possum? Isaiæ sexagesimo sexto. Et Stephano attestante, excelsum non in manufactis templis habitare: Actorum septimo & decimo septimo. Nihilominus tamen scio, certa debere inter Christianos esse loca, quocumque ea nomine appellare velis, ad res sacras tractandas, hoc est ad audiendum Verbum Dei, ad orandum & ad Sacramenta celebranda. Et quia ab omnibus non omnino barbaris gentibus templa sacrorum causa extructa sunt, vt mox indicabitur, non repudiamus id nomen, neque etiam abhorremus à templis, vel à gentilibus, vel etiam à papistis extructis, modo ab omni superstitione idolorum aliorumque abusuum sint expurgata. Vnde D. Augustinus quoque epistola 49. ad Deogracias, Templum per se non damnat, sed vult vt vni & soli Deo seruiant. Templum, inquit, sacrificia, & alia quæcunque ad hæc pertinentia, cum exhibentur Deo, secundum eius inspirationem atq; doctrinam, vera religio est, cum autem demonibus, secundum eorum impiam superbiam, noxia superstitio. Quapropter qui Christianas literas vtriusq; Testamenti sciunt, non hoc culpant in sacrilegis ritibus paganorum, quòd construant Templa, & instituant Sacerdotia, & faciant Sacrificia, sed quòd hæc Idolis & demonijs exhibeant.

Quo tem-



Quo tempore autem, quo auctore quâue occasione eiusmodi sacrorum congressuum loca, & reliqua ad ea pertinentia, apud Iudæos, Gentios & Christianos extrui cœperint, qualia item ea fuerint Apostolorum temporibus, & illos proximè consequutis, qualia deinde posterioribus seculis exiterint, & in quem non dissimulandum abusum ea res tandem degenerarit, ex probatis auctoribus in sequentibus referemus.

C A P V T II.

De Tabernaculo Iudæorum.



Voniam post legem latam non licebat nisi in vno loco sacrificare, propter typum Christi, qui vno in loco oblati est, ad peccatorum mundi expiationem, ideo etiam certus fuit locus populo Dei designatus, in quo ceu in sacra quadam officina, sacerdotes sacrificarent. Is autem locus erat initio quidem Tabernaculum Moysi, postea verò templum Solomonis.

Tabernaculum siue Tentorium priuus omnium Moyses in deserto edificauit & extruxit, die prima Mensis primi secundi anni exitus ex Egypto, qui fuit post datam Abrahamæ promissionem 430. & conditi mundi 2455. iussu & mandato Dei expresso, vt indicatur. Exod. 40. quo tempore quoq; Apollinis Delij Templum ab Eristhone Cecropis filio edificatum: Vites etiam à Dionysio Deucalionis filio in Græcia inuenta fuerunt, iuxta Eusebium, Berosum & Funccium. Quia verò per annos 40. per desertum oberrabat populus cum Mose, non conueniebat eis fixum aliquod templum, sed portatile. Eius autem structura erat sermè huiusmodi. Principiò infigebantur terræ foramina habentes argenteas bases, pro asseribus in parietem compingendis erigendisq; singulis videlicet asseribus aut tabulis bases binæ. Nam singula tabulæ habebant inferius duos dentes, quibus inferebantur basibus. Tabula in retroq; tabernaculi latere vicinæ, & ad occidentem in capite decem erant, omnes obductæ auro, altæ cubitos decem. Hæ inquam erectæ imponebantur aut infigebantur basibus: à tergo habebant circulos aut annulos aureos, per quos veltes ex ligno Sittim (putatur esse spina alba) inferebantur, vt asseres inter sese astrictæ, sibi constarent, nec hiaret structura siue paries, tabulæ aut antrorsum vel retrorsum inclinarent. Ab oriente claudebatur velo sanctum. Porò contextæ erant corinæ seu aulea decem opere phrygio, quæ ansulis seu fibulis inter se conferebantur. Hæ autem ceu contignatio aut laquearium quoddam summicati tabularum erectarum imponebantur: quibus rursus inducebatur tectum triplicatum, quorum supremum erat taxinum imbribus arcendis idoneum. Habebat autem tabernaculum in longitudine cubitos 30. in latitudine 10. Id quod colligi potest ex mensura asserum. Diuidebaturq; in partes tres: prima appellabatur Sanctum sanctorum, & Adytum ædis, vel oraculum templi. Secunda sanctum longum cubitos viginti, vt illud decem. Tertia vocabatur Atrium, cuius longitudo erat centum, latitudo quinquaginta cubitorum. Inclusum hoc erat columnis quinquaginta tribus, defixis in æneas bases, & altas 5. cubitis, ex quibus dependebant tapetia reticulata ac perspicua: in ingressu suspensum erat ad columnas quatuor velum viginti cubitorum. Sanctum Sanctorum dirimebatur à sancto per velum pretiosissimum in quatuor columnis argenteis suspensum: sed & Sanctum ab Atrio claudebatur velo secundo, & ipso pretioso, quod quinque auro obductis columnis sustentabatur. In medio atrij stabat erecta domus interior, ipsum inquam Tabernaculum, distinctum vt modo diximus. Hanc descriptionem Tabernaculi colligunt & perunt omnes serè ex cap. 35. & 36. Exodi. Ex ea simul nominis ratio haud obscure colligi posse videtur, cur nimirum οὐκὸν Græcè, Tabernaculum verò seu Tentorium Latine locus hic sacer dicatur, à forma scilicet & similitudine quam habuit cum tabernaculis vel tentorijs, quæ in castris eriguntur aduersus solis tempestatisq; iniuriam, quæq; modo huc modo illuc transferuntur. Apud Hebræos quoque dicuntur *מִשְׁכָּן* à tendendo, sicut Tentoria apud Latinos: nam *דָּנָה* extendit vel expandit significat. Paulus ad

Tabernaculum à quo & quando erectum.

Tabernaculi structura & forma.

Partes Tabernaculi.

Cur Tabernaculum hoc edificium dicatur.

Hebræos vocat ἁγιος ἱερουσαλμ, Sanctum vel Sanctuarium terrenum, seculare, vel mundanum, ut celesti & eterno opponat: non utique Atrium exterius innuens, iuxta aliquos, quod promiscue plebi patebat: de eo enim nullus ibi Apostolo est sermo.

Que in singulis partibus Tabernaculi reposita.

In Sanctum Sanctorum nemo ingrediebatur, nisi semel in anno summus Pontifex. In ipso collocata erat Arca fœderis inter Cherubim, quæ à nullo mortalium, nisi solo summo sacerdotè semel in anno incensum inferente cernebatur. In hac Arca reconditæ fuerunt tabula lapideæ, quibus decalogus inscriptus erat manu Dei. In eadem aliqui asseruatum fuisse volunt Manna, & virgam Aaron. Monentur illi Pauli loco qui Hebræorum 9. cap. extat, ubi Apostolus dicit, Sanctum Sanctorum Arcam habet fœderis vndiq; circumferatam auro: in qua & aurum & zovon, hoc est, vna aurea habens manna, & virga Aaron quæ germinavit, & tabula fœderis. In 2. autem lib. Paralip. 5. cap. dicitur, Non fuisse in Arca nisi duas tabulas. Respondent aliqui, Regum temporibus nihil in Arca, nisi tabulas tantum fuisse, reliqua verò sequentibus temporibus imposta fuisse. Alij dicunt exclusivâ particulam καὶ, quæ extat apud Septuaginta, in Hebræo non legi: cum tam expressè extet ἡ Ῥαχ. Quidam per synecdochē alia includi volunt. Lud. Lauaterus, sacer meus, hunc locum ita intelligit, ut putet spiritum sanctum innuere velle, nulla alia scripta, quàm duas tabulas, in Arca fuisse. Cum verò non legatur Dominum iussisse, ut Manna & virga Aaron in Arca includerentur: è contra autem Aaron Exod. 16. ex mandato Moysi εἰς τὸν ἅρον, cui immisit gomor plenum Mann, repræsente coram testimonio in custodiam: Similiter Moses legatur Num. 17. Virgam Aaronis posuisse coram testimonio in custodiam. Ita ex quo interpretantur alij verba Apostoli, non quòd Manna & virga intra Arcam ipsam fuerint, sed propè Arcam, ipsiq; ad eò commoda aliqua ratione adiuncta.

Seruabatur præterea in Sancto Sanctorum Thuribulum aureum, idq; ex autoritate Pauli Hebr. 9. Moses alioquin eius non meminit. Eo Pontifex vsus videtur in Sancta Sanctorum ingrediens, & in adyto ad hunc vsu peculiarem seruabatur.

Sanctum quotidie patebat Sacerdotibus per vices sacra facientibus. In ipso posita erat ante velum Mensa aurea panibus propositionis instructa, in parte in quâ australi: ex aduerso autem in latere meridionali conspicebatur Candelabrum aureum. In medio autem intra virgâ, illa ante velum & arcam stabat Altare aureum thymiamatis vocatum, quòd suffimenta sacra in eo adolerentur.

In Arca autem non procul à velo securus sancti, Ara holocaustorum stabat, ac inter arâ & velum collocatū erat labrum, è quo se abluebant sacerdotes sacrificaturi. Ad hanc Aram omni ex parte populus, qui huc factorum contemplandorum causa conuenerat, prospicere poterat, ut Exo. ca. 26. 27. 28. 38. & 40. copiosius legitur: Vide etiam Nacler. vol. 1. Gener. 27.

Contributio facta ad extructionem Tabernaculi.

Ad construendum Tabernaculum hoc, & ad reliquum cultum religionis, Israelitæ sponte sua contulerunt quæcumque habebant, aurum, argentum, æs, gemmas, vestes, operam denique suam, tanta alacritate, ut cum offerendi finis non esset, operum præfeci Mosem admonere fuerint coacti, ediceret, Ne quis ultra conferret aliquid. Impensa autem sunt in sacrum opus auri oblati talenta 29, sili sacri 730. Argenti ex ceru sicium reddacti talenta centum, Sicli sacri 1775. Exod. 35. & 38.

Tabernaculum quando consecravit.

Secris hoc Tabernaculum in Israello, cuius Moses iussu Dei author fuerat, annis 478. sub Solomone autem abrogatum est, & Templum, ex mandato Domini, in eius locum repositum: de quo nunc agemus.

C A P V T III.

De Templo Hierosolymitano.

Templum Hierosolymitanum à Solomone quando adificatum.

**D**Eiustis enim & debellatis à Davide hostibus, & pace per ipsum Israeli reddita, Salomon eius filius magnificentissimum, splendidissimum atq; pulcherrimum Templum Domino edificauit, annis 478. ab initio erecti tabernaculi in deserto à Moise, anno autem imperij Solomonici quarto iam incipientē 2. Regum. 6. ab ortu Adami primi hominis tribus millibus centum & duobus post annis, secundum Polyd. Vergilium lib. 3. cap. 9. alij tamen annum imperij Solom. numerant. Neq; aliud vllum magnificen-



ria operis & impensarum regalium certius inditium fuerit, quam quòd sacrae litera testantur, plus ducentorum millium hominum opere, septimo demum anno mense 8. ad finem perductum absolutumq; esse. Habebat enim Rex in templo hoc aedificando hominum 30000. quos in Libanum denos milles in mensem per vices mittebat, ita vt cum in Libano singulos menses materiam pineam & cedrinam cecidissent, domi binos menses essent. Iis praerat Adoniramus. Vectorum 70000. Lapidarum 80000. habebat: Operis praefectos 3300. Latitudo Templi huius fuit vicenium cubitorum, sexagenium longitudo: altitudo fornice distincta tenentium & vicenium Inferioris structurae materia erat ex candenti saxo. Amplitudo vestibuli denum cubitorum. Cellae erant vicena peruiso inter se vsu, & aliae his suppositae. Trabes erant Cedrinae, Cedrina concameratio auro illita, vt parietes omnes. Sanctior locus a reliquo templi corpore distinguebatur muro, in quo erant ianuae sculptae, vela duodua, varijs mandris & floribus intexta. Duo Cherubini ex puro auro pavementum petalis aureis instructum. Ianuae vicenium cubitum altitudine auro coruscantes. Ante vestibulum erant duae columnae aeneae 18. cubitorum altitudine, ambicuq; duodenum. Erat & vas aeneum tanta magnitudinis, vt ab re nominatum sit Mare, quod vituli 12. diuersas mundi plagas terni singulas prospicientes circumstant. Fuit vas illud trium millium barorum capax. Erant & aliae figurae quas longum esset recensere. Altare fuit aeneum pedum altitudine, longitudine duplo maiore. Item mensa vna aenea, phiale & patera aenea decem millia. Argenteae quadruplo maiore numero. Candelabra plurima ex auro & argento fabricata. Circa templum aula capacissima, in qua profanus populus confisteret. Ravius ex li. 3. Reg. cap. 6. & 7. item 2. paralip. 3. cap. vt mirum non sit famam illius toto terrarum orbe increbuisse. Summa vero sumptuum in Templum hoc collatorum habetur ex sacris literis apud Bucerum in psal. 24.

Numerus operariorum templi.

Templi Solomonicae descriptio.

Augustissimum autem hoc Templum Solomonis Nabuchodonosor, sic merentibus peccatis Iudeorum, spoliavit & incendit, ac reliquam ciuitatis partem solo aquauit per Nabuzardan miliciae principem, abductis inde reliquijs Babylonem in seruitutem Iosephus lib. 10. cap. 10. Antiquitatum ait, templum hoc concrematum post annos 470. menses 6. & dies 10. ex quo aedificatum sit. Ab egressu vero populi ex Aegypto tunc annos fuisse dicit 1062. menses 5. diesq; 10. A Diluio autem vsq; ad vascationem templi omne tempus fuisse annorum 1957. mensum sex. dierum decem: Ab Adamo 3513. men. 6. dierum 10. Ita quidem ille. Funcius vero in Chron. numerat annos tantum 473. Mach. Beroaldus 426. alij 430. nonnulli 440. Eusebius in Chronico 442. Perum interfecto Nabuchodonosoris filio Balthasare, & delecto Babylonica monarchia, Cyroq; imperium tenente Daniel regi persuasit vt captiuis Iudaeis libertatem edictis publicis restaurandi templum & urbem concederet. Inchoatur igitur Cyri beneficio templi exstructio anno eius secundo Zorobabele nepote regis Iechoniae Ducem annis 15. ante templum Delphicum secunda vice incensum fuisse, Eusebio & Funcio testibus. Sed faecessunt aedificantibus negotium, opusq; impediunt Samaritani, alijq; in vicinia populi, veritine si eo loco rursus ciuitas aedificaretur, sibi de dignitate & commodis plurimum decederet, religio etiam quam habebant pra Iudaica vilesceret. Cyro autem bellis varijsq; negotijs implicito, ac demum etiam a Schyris seu Massagetis occiso, defensore destituti, aliquandiu opus intermittere coacti sunt Iudaei, praesertim Cambyse suaapte malitia, & peruersis etiam instigatoribus accenso, edita promulgante, ne aedificatio templi continuaretur. Tandem sub Dario Hystaspae, opus templi, publica auctoritate regis, impensis etiam additis, consummatum est. Atqui a secundo anno Monarchiae Cyri, quo prima templi huius fundamenta a Iudaeis iacta sunt, vsq; ad Darij Hystaspis imperij annum sextum quo aedificium templi perfectum absolutumq; fuit, colliguntur anni 21.

Templum Solomonicum quomodo & a quo aedificatum.

Templum Hierosolymiticum a quo & quando reparatum.

Hic vero praetereundum non videret, quod Ioannes Carion in suo Chronico, alijq; nonnulli templi huius posterioris absolutionem ad annum 6. Darij Longimani referunt, intelligentes vtiq; per Darium eum, de quo Esdrae 6. cap. scribitur, quod anno imperij eius 6. templum absolutum sit, non Hystaspis filium, sicut nos Iosephum secuti, sed eum qui Longimanus, ab eo quod dextra eius longior quam sinistra fuit, dictus est. Facile autem erroris conuincuntur

Error Ioan. Carionis & aliorum.



illi temporum diligenti supputatione, quam longius extrahunt, quam templi absoluti historia ferat. Constat enim ex Haggæo & Esdra, cuius rei paulo infra quoque mentionem faciemus, post absolutum posterius templum adhuc superstites fuisse aliquos, qui templum Solomonicum viderant. Si verò tempora à reditu ex Babylone vsq; ad annum Longimani 6. supputes, quo illi demum absolutum fuisse templū aiunt, colligentur anni non pauciores 80. Regnavit enim Cyrus post captam Babylonem annis 7. Cambyses 8. quibus menses 7. quoq; includuntur quibus Magi regnarunt. Secutus est Darius Hystaspis filius, quem 36. annis regnasse historiici referunt. Post hunc Xerxes annos 20. imperavit, quibus adnumerandi menses 7. Artabani qui Xerxem occiderat. Successit tandem Longimanus, cuius anni priores 6. cum ijs quos modo enumeravimus, conficiunt annos 80. His si annos 70. Captivitatē addas, proveniunt anni 150. quibus Iudæi templo caruissent: quod ut absurdum est affirmare velle, ita nullis scripturæ sacræ aut historiarum fide dignarum testimonijs nititur: neq; etiam illo tempore homines tam longævos fuisse legimus, ut de priori templo testimonium certum ferre poterint. Neque enim hic mihi Iudæorum fabulas quisquā obijciat, qui Mardocheum, cum Iechonia in exilium abductum, Isaci patriarchæ ætatem annis octodecim excessisse, & ducentis fere annis vixisse aiunt. Nota est enim illorum inscitia atque audacia, qua quidvis committuntur, & commenta sua pro oculis authenticis obrudunt. Scimus etiam, quæ iam tunc fuerit cōditio hominum, & quod multis seculis antè cessauerit prisca illa viridis longævitas, qua patres donavit Deus, ut creationis mundi historia & promissionum ipsius veritas atq; fides testibus pluribus confirmaretur.

Templum reparatum quale.

Fuit autem hoc templum à Iudæis post reditum à Babylone ædificatum Solomonicæ nequaquam simile, etiamsi ipsum quoque pulcherrimum fuerit. Refert enim Esdras, seniores quosdam ex Iudæis cum in lauratum ab exilio intuiti essent templum, plorare cepisse, prioris templi memoria, quippe cui secundaria illa structura non responderet. Fratres enim fuerat exilio opes Iudæorum, & remoram subinde Samaritani iniecerant. Fuit autem hoc posterius Templum priori non comparandum, non solum quod ad externam formam attinet, sed etiam in alijs quibusdam. Thalmudistæ in duabus præcipue rebus id ostendunt. Primo dicunt, vasa fere omnia, quæ in primo templo aurea fuerint, in secundo facta fuisse ænea. Deinde aiunt, sanctitatis primi templi indicia, in secundo defuisse. Neque enim ignis, qui in primo templo de celo descendens, holocausta comburebat, in secundo unquam descendere visus est. Nec gloria Dei, quæ in primo templo in Sancta Sanctorum inter Cherubim apparere solebat, in secundo unquam apparuit. Nec Spiritus sanctus, qui in primo templo ad loquendum cum prophetis sæpissimè veniebat, in secundo venire solitus fuit. Quæ omnia in Thalmud probari videntur. Nam in libro Sanhedrim Hierosolymitano in cap. Ellu ben haggolin, ait Rabbi Samuel: Quinque res defuerunt in ultimo templo, quæ in primo fuerunt. Ex eo quod dictum est Haggæi cap. 1. Ascendite in montem, & asserite lignum, & ædificate domum, & contentabor in ea, & honorabor, dixit Deus: Veecabada, id est, & honorabor vel honorabo, scilicet eam, diminutè scriptum est, sine litera He finali, quæ quinque designat, ad significandum quinque res, in quibus Sanctuarium ultimum fuit à primo diminutum: videlicet Ignem, Arcam, Vrim, Vethumim, id est, lumina & simplicitates, hoc est, Rationale iudicij, oleum vntionis, & Spiritum sanctum. Glossa etiam Rabbi Solomonis super verbo Veecabada, sic dicit: Dec est hic litera He, quæ quinque significat, ob quinque res quæ in secundo templo defuerunt, videlicet Vrim Vethumim, Arca, Ignis, Diuinitas & Spiritus, ut refert Pet. Galatinus lib. 4. contra Iudæos. Vide etiam Genebrardum in Chron.

Templum hic Herodem re-nouatum.

Postea verò Herodes cognomento Magnus anno regni sui 18. ad templum hoc exornandum conuersus, incredibili ipsum magnificentia, spatio 8. annorum erexit, addita turri, quæ in honorem Antonij appellavit Antoniam, porticibus etiam adiunctis vario opere visendis, sed & portis templi magnitudine & artificio tam præstantibus, ut vnam ex illis vulgo speciosam appellarent, & Porticum quandam propter operis elegantiam primi conditoris nomine dignarentur, neque enim aliter à Iudæis quam Solomonis porticus est vocata. Extat prolixè

prolixa descriptio huius templi, sed ab Herode exornati, apud Iosephum lib. 15. cap. ultimo igitur Herodis opus fuit, quod Apostoli admirati Christo visendum commonstrarunt Ma. 24.

De hoc Herodiano Templo D. Chrysofomus hom. 22. in Ioannem alijq; nonnulli rectè mihi intelligere videntur verba illa Iudæorem, quæ Ioan. 2. cap. extant: *Quadragesima & sex annis edificatum est (inquunt) templum istud, & tu in trib. diebus eriges illud?* Nam si numeraverimus annos à 18. anno imperij Herodis, quo Templi hoc renouare cœpit, Iosepho teste, qui que fuit annus mundi iuxta Functionis supputationem 3947. vsq; ad annu mundi 3992. quo Christus à Ioanne baptizatus est, quoq; hæc, quæ ab Euangelista Ioanne hic referuntur, acciderunt, exhibunt præcisè anni 46. At inquis, Opus templi ab Herode fuisse inchoatum & absolutu non annis 46. sed 8. tantu, si Iosepho credimus. Respondeo, veru quidè hoc esse: Scimus aut maiora illa ædificia, cuiusmodi sunt Templi Herodiani etiam, non ita primo conatu absolui & perfici, quin subinde quædam ad ornatum potius & commoditatè, imò luxu quoq; & ostentatione, quam ad necessitatem pertinentia, addatur: id quod hodie in templorum cathedralium extruccionem ita vulgare est, ut certi quoque redditus huic vsui assignentur. Sensus ergo verborum istorum hic est, Jam anni 46. evoluti sunt, ex quo templum hoc extruui cœpit, & vix nunc demu absolutum est. Neq; dubium est quod si multi similia omniem suam operam in vnum conferrent, vix annis 46. tantum ædificium absoluerent, quæ ergo ista hæc tua est confidentia, quod in tra triduum te illud confecturum esse gloriaris? Hinc errare mihi videntur, qui verba hæc de Templo, post reditum mox ex Babylone extructo, intelligunt. Primò enim constat, templum hoc non amplius eo tempore stetit, quo hæc à Iudæis dicta fuere, sed aliud & quidem nouum ex ipsis fundamentis ædificatum ab Herode, hoc enim clarè testatur Iosephus libro 15. Antiq. cap. ultimo. Cui ergo non verosimile videatur eos de hoc ipso quoque locutos? Deinde quoad vetus templum, neque illud etiam totis annis continuè 46. fuit extructum: sed cum eius fundamenta anno à reditu ex Babylone 2. magna cum alacritate & gaudio reedificasset, mox vicinorum insidijs & comminationibus, ab opere incepto cessarunt, vsque ad annum 2. Darij Hystaspis, quo ad opus redierunt, idq; absoluerunt, quo toto temporis spatio, non plures quam 21. anni elapsi sunt. Neq; verò me latet Eusebij in Chronico, & recentiorum quorundam sententia, qui Cyri Monarchiæ annos 30. tribuunt, quo ipso multis sese erroribus implicant. Primò confundunt tempus deuicti Astyagis Medorum Regis, & expugnatae Babylonis, & putant vno & eodem tempore hæc accidisse, sed errant. Regnavit quidem in vniuersum Cyrus annis 30. Deuicit autem Astyagem annis amplius 20. antequam cœpisset Babylonem, quod ex historijs facile colligitur, & probatissimi quique authores testantur, ipsum annis tantum 7. post captam Babylonem regnasse. Deinde eo ipso quod dicunt Cyrum post constitutam Persicam Monarchiam & dimissos Iudæos annos 30. imperasse, tempus multò longius quam debebant extendere. Nam si Cyri annis 30. addis Cambylis 8. & Darij Hystaspis 6. erunt anni 44. Quod si istos annos 70. captiuitatis adnumeret, efficiuntur 114. Ac verosimile non est, sicut & paulo ante demonstrauimus, superstites aliquos, absoluto tēplo, fuisse qui de templi Solomonici, ante tot annos exusti, forma, situ, splendore & magnificentia testari potuerint: quando ista puelli pauculorū annorū minimè obseruāt. Præterea iuxta Eusebij supputationem ab anno incensi tēpli, & captiuitatis Babylonice vsq; ad annu quo prima eius fundamenta sunt iacta colliguntur tātū 32. anni, quibus Iudæi in Babylone fuissent: quod etiā Hermanus Contractus in suo Chron. sol. 72. annotat. Et si maximè demus illis vera esse quæ dicunt, nihilominus tamè inde quod volūt non euincunt: nā anni Cyri 30. Cambylis 8. & Darij Hystaspis 6. non 46. sed tātū 44. annos cōficiunt. Nec est quod nobis auctoritatè Eusebij, hanc sententiā defendentis, obijciant: Nā Ioannes Funccius acuratus historicus libro 2. Cōment. in Chronol. testatur, quod is aliquib. in locis, præsertim verò in Persarum regno, ab historia veritate, quoad temporum rationem discesserit: & doctissimus vir Iosephus Scaliger lib. 6. de emendatione temporum, plus iudicij, quam studij ac diligentie in Eusebij historijs requirit.

De hoc quoq; Herodiano templo Iudæi, quos etiam nonnulli ex nostris sequuntur, Haggai Prophetæ locum, qui cap. 2. extat intelligunt, vbi dicit, *Maior erit gloria domus huius posterioris, quam prioris. Sed errant, non aduertentes quid ibidem sequatur, nimirum, Et*

Explicatio loci  
Ioann. 2.

Locus Haggai  
cap. 2. explicatur.



dabo pacem in loco isto: quæ verba nullo modo ad templum Herodianum pertinent, in quo pax nulla vnquam fuit, si historijs credimus. Primò enim ab Hero de adificatum fuit, qui præcipuus Iudaicæ libertatis oppressor fuit. Deinde seditionum & cædium causas perpetuas misera genti præbuit. Pilatus enim, cum ex templi pecunijs aqueductum extruere insituitisset, Iudeos non sine conuictijs contradicentes ingenti clade multauit. Sub Claudio autem Iudeorum 20000. in die arymorum per seditionem occisa esse, Orofius testatur. Ionathas vero pontifex in ipso templo à latronibus per Felicem præsidem submissis cæsus est: & ab eo tempore illud latrocinijs assidujs infestatum fuisse Iosephus scribit. Cum verò bellum illud fatale immineret, in templo maximè eluxit Dei ira, cum circa illud prodigia creberrima viserentur, & in illo postea omnium maxima clades populi fieret, adeoq; ante ipsam aram multi crudeliter trucidati occumberent. Ad Ecclesiam ergo hæc prophætæ verba referri debent, cuius gloria tantò maior est, quàm vel Solomonici vel Herodiani templi vnquam fuerit, quanto meliores sunt lapides viui, quibus credentibus renouatisq; constructur, vt Augustinus ait lib. de Ciuit. Dei 8. cap. 48. adeoq; prophætæ Iudeos à typo ad rem ipsam, nempe Ecclesiam, spectandam reuocare voluit: quod D. Augustinus modo citato loco per pulchrè perq; diligenter exponit.

Templum Herodianum quantò incensum.

Incensum autem & vastatum est etiam Herodianum hoc templum sub Tito Imperatore, ipso quidem reclamante & prohibente, structura, vt arbitror, admiratione capto, anno Christi 69. iuxta alios 71. vel, secundum aliquos 72. vel etiam 73. Henricus Vuolphus, qui mihi instar fratris germani est, ob parentis eius in me præclaræ merita, in Chronologia Ecclesiastica, quam magno iudicio scripsisse videtur, anno Domini 71. concrematum fuisse templum hoc hæc ratione se deprehendisse scribit. Iosephus, inquit, & Egesippus tradunt ea ipsa die templum incensum esse, quæ fuit antea vastatum & in cineres missum à Chaldeis: & nominatim Iosephus exprimit diem 10. mēsis 2. q. 2., hoc est, quinti, qui Hebræis dicitur Ab, alibi enim mensem Nisan Xanticum vocant. Templum autem primum 9. & 10. diebus eiusdem quinti mensis à Babylonijs vastatum fuit, vnde nona dies, qua primum iniectus est ignis, postea semper lugubris & ieiunio deplorata fuit. Deinde Dion Nicæus in Vespasiano refert, Hierosolymam die Saturni Iudæis sacro, sabbato scilicet, concidisse. Quod si verò in prædictis annis feriam decimi aut noni dierum quinti mensis quæras, in solo ex prædictis 71. anno feriam 7. deprehendes. Fuit annus ille consummata de solationis vrbs, templi & gentis mundi 4028. æra 3830. Domini 71. Noui Testamenti 37. Cycli 202. vndecimus, annus intercalaris. Neomenia huius anni fuit 3. 2. 258. Adde huic menses vndecim, vnum scilicet pro intercalari mense, & decem, vt prodeat neomenia mensis vndecimi, inuenies neomeniam mensis Ab, vndecimi à Tisri, vel adiecto intercalari duodecimi, quinti verò à Nisan 5. 22. 341. Si retineas feriam 5. (vt anni consuetæ formæ ferr; Nam translatio fit raturum in capite anni, si fit annus ordinatus, vt hic est) habebis septimam in die decima, qua Iosephus urbem & templum vastata & combusta tradit.

Arst igitur inuito Tito Templum, quod (vt Iosephus ait) sententia Dei dudum damnauerat, aderatq; euolutis temporibus fatalis dies. Mirum autem, quod idem Iosephus asserit, eodem die sub Tito incensum, quo etiam antea Babylonij incendissent, hoc est, decima Augusti die, non. 8. vt Funccius habet, quo tantum expugnari cæpit, Iosepho teste lib. 7. cap. 9. de bello Iudaico.

Templum postertius quantò steterit.

Genebrardus in Chronograph. dicit, stertisse hoc templum posterius annos 521. vbi etiam addit, errare Kimhi, qui in Haggæi cap. 2. tantum 420. numeret, itemq; Rabbi Leni in Daniele, qui 437. & dimidium. Beroaldus in Chron. habet annos 525. Funccius in sua Chronol. ab anno 6. Darij, quo edificium templi absolutum fuit, vsque ad eius vastationem numerat annos 585. Iosephus autem lib. 7. de Bello Iudaico cap. 10. hæc de re ita scribit: A prima (inquit) structione Templi, quam Solomon rex inchoauerat, vsque ad hoc excidium, quod euenit secundo anno principis Vespasiani, mille centum triginta colliguntur anni, menses 7. ac dies 15. A posteriore verò, quam secundo anno Cyri regis Haggæus fecerat, vsq; ad excidium quod



quod *Vespasiano imperante sustinuit ciuitas, anni sexcenti triginta nonem, & dies 45. Hæc verò Iosephi annorum supplicatio sibi minimè constat: si enim annos 470. quibus Solomonicum templum à prima structione stetit, vt supra ex Iosepho indicauimus, cum 70. annis quibus Iudei in Babylone fuerunt detenti, addas his 639. annis, quos hic euolutos dicit Iosephus ab initio posterioris templi, vsque ad eius excidium, faciunt annos 1179. non (vt Iosephus colligit) 1130.*

Duo præcerea hic obseruanda veniunt. Primum, quod post hoc vltimum excidium vrbis & templi Hierosolymitani, illud nemo amplius instaurare aut rursus extruere potuerit: iuxta Seruatoris nostri vaticinium, *Non relinquetur hic lapis super lapidem.* Cum enim sub *Aelio Adriano Imperatore circa annos nati Christi 134. duce Barchochaba patrium solum occupare & instaurare conaretur Iudæi ad Bertheram vicinum veteri Hierosolymæ oppidum, miserabiliter cæsi, & omnes simul à patrio solo migrare coacti sunt.* Inde verò Bertheram *Adrianus muro cinxit, vrbemq; à seipso Aeliam nominauit, & portæ, qua Bethleems itur, suam marmoream posuit, in Iudæicæ gentis & religionis contemptum.* Et hæc illa Hierosolyma est, quam hodie stulti & supersticiosi homines per longa terrarum et marium itinera inuisunt: cum tamè veterem illam ab aliquo instauratâ esse, nisi iam legatur: & proinde quæ de locis Hierosolymis sacris dicuntur, nihil quam peridissimam Monachorum & hominum supersticiosorum commenta sunt. Deinde cum *Constantio regnante apud Diocæsaream iterum rebellarent, à Gallo Casjare horribili clade delecti vnâ cum vrbe sua perierunt, circa annos salutis 358. Cum primis tamen memorabile est, quod mox vix nouem annis ab eo tempore euolutis accidit, quando Iuliano Apostata, in Christi contumeliâ ipsos excitante & sumptus conferente templum magno conatu reparare ausi, vlticem Dei manum agnouerunt ex portentosis & horrendis prodigijs que acciderunt, quæq; Socrates Ecclesiast. historia libro 2. ca. 33. commemorat. Primò enim terræ motus veterum fundamentorum lapides, qui ab excidijs tempore in terra adhuc reliqui fuerant, eiecit adeoq; vt Gregorius Nazianzenus in orat. 1. Infamatrice in Iulianum loquitur, euomuit, & non sine vicinarum adiuu detrimento dissipauit. Deinde ignis cælo delapsus opificum instrumenta excussit & multos Christi diuinitatè inuitos fateri cœgit. Tertio cellus quam interdum aliquot millia effodiebant, noctu vel succreuit iterum, vel in pristinum locum reuersa est. Quarto, gypsi & calcis modios ad futuri edificij strus turam ingenti multitudinè cõgestos subitò exorti venti validissimi disiecerunt. Quintò, illis nihilominus pergentibus ignis ex fundamentis erumpens fossiles aliquos adussit, reliquos verò dissipauit. Sextò porticus operi vicina noctu ab ipso fastigio corruens multos sub ea dormientes oppressit. Septimò, lapides aliquos coniungi conglutinariq; non potuerunt. Et ne ignorare possent, quo auctore & quibus de causis ista omnia herent, eadem nocte & sequenti die Crucis signum rutilo splendore coruscans in cælo apparuit, Iudæorum autem vestibus cruces luride vel nigrae aspersæ sunt: vt nimirum Christum sibi in seipsum esse scirent, qui nostræ salutis ergò à Iudæis in cruce morte affectus fuit: refert etiam Nicephorus lib. 10. cap. 1.*

Templum non amplius reparatum.

Multa præterita ac præterita ad accedunt circa templi Hierosolymitani extinctione ac instaurati.

Alterum quod hoc loco obseruandum dixi, est, quod eodem tempore in alia orbis terrarum parte Delphicum templum, quod Ethnicis præcipuum fuit, non hominum manibus, sed diuinitus terræ motu & fulmine deletum est, cum Iulianus legatos eò misisset de Persici bellientu rogatum, vt indicant Theodoretus li. 3. cap. 11. Sozomenus lib. 5. cap. 19. 20. & 21. Sæpè antea direptum & aliquoties deletum est Delphicum hoc templum, sed rursus extructum & ornatum, sicut & Hierosolymitanum. Primi narrantur Phlegææ, qui fuerunt in Thessalia Iapite, combussisse. Deinde partes aliquas Xerxis milites. Postea Phocenses ipsi, & iterum Brenni exercitus incendi. Toties & restorationes factæ sunt. At post hanc euerisionem diuinitus factam Iuliani tempore, nunquam deinde instauratum fuit, sicut indicat Melancthon in Chron. lib. 3. in Iuliano.

Delphicum templum eodem tempore euerisum nec amplius restauratum.

His duobus illustribus miraculis eodem tempore editis, Deus testari voluit suam iram aduersus Iudeos & Ethnicos, & simul significare tempus adesse, quo Iudaismus & Ethnicismus perire, filij autem sui regnum surgere & crescere debeat. Et sanè constat ab hoc tempore confusam illam Deorum multitudinem attenuatâ, & ceu phthisi quædam, quod futurum esse

Sophonias cap. 2. prædixerat, paulatim consumptam fuisse, ad eò, vt ex triginta millibus Deorum (quos inter Genes cultos fuisse, ex Varrone D. Augustinus annotauit) vix paucorum quorundam nomina reliqua manserint. Constat præterea ab hoc tempore cessasse etiam Oracula, quæ Ethnicæ religionis præcipua fulcra fuerant, eò quòd his Deorum fictitiarum potestas, & eorundem nefarij cultus confirmarentur apud rudes & imperitos homines, qui veri Dei cognitione destituti, imposturas sathanicas non poterant agnoscere. Testantur certè sanctorum patrum libri Apologerici, Christianis inter alia crimina hoc ceu præcipuum ab hostibus obiectum fuisse, quòd neq; Dijs suam virtutem, vt prius exerant, neq; per Oracula respondeant, ex quo Christus prædicari cæperit.

De Synagogis Iudæorum, earumq; Origine.

Synagogarum  
causa.

**E**mplum omnes Iudæi vnicum habuerunt, cuius locum Hierosolymis Deus constituerat. Erat hoc instar parochiæ, ad quam tota gens in tribus festis sollemnibus, paschate nimirum, pentecoste & Tabernaculorum sollemnitate conueniebat vt fidei & cultus vnitatem seruarent, nec alibi quàm illic licebat sacrificare. Cæterum ne in eera temporis religionis exercitium negligereetur, & legis diuina cognitio apud vulgus omnino intercidere, per omnes tribus in vrbibus & castellis, vicis alijsq; locis frequentioribus certæ domus cætib; sacris destinatæ erant apud Iudæos, quas Synagogas appellabant, eò quòd in illis populus diebus Sabbati conueniret ad audiendum Legem, & ad preces publicas. Quæ etiam causa fuit, quòd Leuitæ non certam aliquam terræ partem tenerent, sed in vrbibus omnes dispersi essent, vt omnibus instituendus sufficerent.

Synagogarum  
initium.

Quando autem & à quo huiusmodi Synagoga instituta fuerint, nihil expressi in sacris literis extat: credibile autem id factum post occupatam ab Israelitis terram sanctam, eamq; in tribus diuisam, vel à Iosua, aut alio Duce seu Iudice, non enim credibile ipsos in vrbibus & vicis diu caruisse locis exercitio religionis destinatis.

B. C. Betrami  
de Origine Synagogarum  
sententia.

In hac sententia videtur esse Bonauentura Cornelius Betramus in lib. de politica Iudaica vbi cap. 15. ita inquit: In omnibus vrbibus, in quibus habitauerunt Leuitæ, verisimile est eos cõfessum quandam habuisse, ad quem referrentur causa Ecclesiastica: docuisse certè verum esse, non solum in illis vrbibus, sed & in alijs, in quibus & verisimile est fuisse loca quædam destinata precibus sollemnibus, cætib; sacris audiendo Dei verbo & sacrificijs quibusdam faciens ex genere prosperitatum. Et forte hinc effluxerunt quæ postea vocata sunt Excelsa (nisi malis ea ex Chananæorum reliquijs conseruata.) Verisimile enim est loca illa fuisse in editiore cinitatis situ, vel ad ciuitatem ipsam. Imò & ista videntur fuisse Synagogarum initia. Hac aliquomodo confirmantur ex Iud. 6. 11. 17. & 20. & 13. 19. & 1. Sam. 9. 12. & 16. & 2. & 10. 5. & 10.

C. Sigonij de  
Origine Synagogarum  
sententia.

De Origine autem Synagogarum Carolus Sigonius Mutinen. hæc scribit lib. 2. cap. 8. de Repub. Hebræorum. Origo, inquit, Synagogarum non fuit vetusta, neq; enim in historia Iudæi cum, aut Regum vlla earum memoria celebratur. Ego verò se quid in eiusmodi antiquitate concipienda coniecturæ est concedendum, eas in Babylonico exilio primùm constructas putarim, vt qui Templo carerent, in quo aut orarent, aut docerent, locum aliquem similem Templo haberent, in quem eiusmodi officij gratia conuenirent: atq; hoc idem fecisse reliquos dispersionis Iudæos in Asia, Aegypto & Europa censuerim. Itaq; in prouincijs, vbi Templum non fuit frequentissima Synagogarum consuetudo. Postquam autem Iudæi ex Babylonia redierunt, ac Templum in vrbe Hierosolymorum restituerunt, simul etiam institutum iam Synagogarum usum retinuerunt, vt Iudæi Hierosolymitani in Templo legem audierent, prouinciales verò cum ad urbem veniebāt, in Synagogis. In commentarijs certè Hebræorum scriptis est, vltimis tēporibus in vrbe Hierosolyma 580. (Genebradus in Chron. ita: um 480. ex R. Me-  
nabem



nabem numerat) Synagogas constitutas fuisse, quòd Iudæi eò ex omnibus regionibus conuenirent. Erant ergo Hierosolymis Synagogæ peregrinorum, Templi ciuili; In reliqua uerò Iudæa & Galilæa, & in cæteris prouincijs, in quibus Iudæi post dispersionem uersabantur, erant ipsorum etiam incolarum, quibus Hierosolyma adire, non erat commodū. De Hierosolymitana una Synagoga mentio fit Act. 6. Surrexerunt quidam de Synagoga, quæ appellatur Libertinorum, & Cyrenensium & Alexandrinorū, ac eorum, qui erant e Cilicia et Asia, disputantes cum Stephano. Hi enim omnes erant Iudæi, uerum in prouincijs habitantes, qui cum Hierosolymam negotiorum suorum causa adibant, non ad Templū, sed ad Synagogā, quam ipsi sibi parauerant, cōuenire instituerant: Itē apud Ioan. 18. Ego semper docui in Synagoga, & in tēplo, quo omnes Iudæi conueniunt. De cæteris Act. 17. Moses à temporib. antiquis habet in singulis ciuitatibus, qui eū prædicant in Synagogis, ubi per omne Sabbatū legitur. Per Moysen autē intelligit libros eius. Et 9. cap. Paulus petijt à pōtifice literas in Damascum ad Synagogas, ut si quos inuenisset huius sectæ viros ac mulieres, uinctos perduceret in Hierusalē. De Synagoga Galilæa, quas Christus, & Asiæ, quas Paulus adiuit, multa in Euangelijs & Actis testimonia extant. He uerò Synagogæ aliquando à priuatis hominib. & quidē etiam gentilib. pij officij causa construebātur, ut illa Lucæ 7. in Capernaū à Cæturione Rom. Hæc Sigonius.

## C A P V T. V.

## De Authoribus, &amp; prima Origine Templorum apud Gentes.

**R**omani & Græci, cæteraq; minus barbara ac fera nationes, maximam circa Deorum suorum templa & sana curā diligentiamq; semper adhibuerunt. Sed qui Primi Dijs apud hos tēpla struxerint, variè proditum inuenimus. Cum enim primum homines (ut ait Tranquillus, & repetit Isidorus) exuta feritate, rationē uitæ habere cepissent, seq; ac Deos suos nosse, cultum modicum ac sermonem necessarium commēti sibi, ueriusq; magnificentiam ad religionem Deorum suorum excogitauerunt. Igitur ut templa illi domibus pulchriora, & simulachra corporib. ampliora faciebāt: ita eloquio etiam quasi augustiore honorandos Deos putauere laudesq; eorū & uerbis illustrioribus, & iucundiorib. numeris extulere. Hactenus ex Tranquillo Isidorus. 1. Sunt tamen qui in Italia Ianū patrem primū tēpla struxisse tradiderunt; idēq; ueteri instituto in sacrificijs Ianū Latini perpetuò præfari solebant. 2. Alij Faunum, & ab eo Fana appellata uoluerunt, ut Prob. scribit: Martianus uerò à Fana, quæ & Fatuella dicebatur. 3. Quidam Ionē apud Cretenses primū tēpla dicasse ferunt, atq; ob id inter Deos primū ipsum locū fuisse sortitum. 4. Lactānus Cretensiu antiquissimum regem Melisseum tradit; quin etiam Seruius ex Salustio Cretensib. religionē attribuit. 5. Phœnices Vsonem quempiā, primū simulachra igni & uento statuisse, & tēpla posuisse prædicant. 6. Phoroneum alij, aut Meropē, uel Aeacum Iouis filium tradunt, ut Varro in Admirandis ait, quod & Arnobius in sexto. 7. Sunt qui Dionysium, cum Indos debellasset, tēpla struxisse, religionumq; cultus inceptasse prodant. 8. Alij Cecropem primū in Attica Opi Deæ statuisse putant. 9. Isidorus uerò hunc ipsum Cecropem ait Ionē primū appellasse apud Græcos, & simulachra reperisse, aras statuisse, & uictimas immolasse. 10. Alij nonnulli, ut aduersus Iulianū Cæsare scribit Gregorius Nazianzenus, Thraces uolūt ceremonias inuenisse: immolare uerò, Chaldaeos, uel ut alij dicunt, Cyprios. 11. Nonnulli Arcades Ioui templa construxisse affirmant. 12. Aegyptij Ipsi ferunt, quæ sit legisera uoca ta, Ioui & Iunoni parentib. templa & sacerdotes instituisse aunt. 13. Sunt qui Phryges dicant, qui Deæ Phrygiæ Cybeli sacra & templa dicarint. Lil. Gyraldus de Dijs Gentiu Syntagm. 17. refert. 14. Pausanias in Corinthiacis indicat, Templa in Græcia antiquissima haberi, Pythij Apollinis apud Samios, Mineruæ apud Phocēses in Ionia; antiquissimum uerò omnium Theatij Apollinis apud Træxenios, quod Pittheus maternus auis Thefej & disficarit & exornarit. 15. In Aulide quoq; templum, aliquot ante Troianum bellum seculis, edificatum fuisse Plinius memorat lib. 16. cap. 40. 16. Apollonius lib. 3. refert Deucalionem



primum Deorum immortalium, templa aedificasse, & civitates extruxisse, inquit.

Ἰαπετιονίδης ἀγαθὸν τέλει Δευκαλιώνα

Ἐπερῶα & πόρσιε πόλει, καὶ ἰδ εἰματο υἷας

Ἀθανάτοι, πρῶτ' & Νέη, ἀστρωπῶν βασιλευσιν.

Qua de re quoque Polydorus Vergilius de Inuent. rerum lib. 3. cap. 9. ita scribit: Delubra E-pimenidem Cretensem primum aedificasse, auctor est Diogenes Laërtius lib. 1. At Vitruvius Pychium architectum primum omnium Priene adem Mineruae scisse tradit. Herodotus raven lib. 2. & Strabo Geographiae lib. 17. Primos omnium Aegyptios Dijs & aras, & simu-lachra, & delubra statuisse, sacrificiaq; curasse, ritusq; eos deinde peregrinis commonstrasse af firmant. Romae, teste Luio, Romulus templum locauit Ioui Feretrio, quod primum omnium more gentis sacratum fuit. Idem auctor lib. 1. cap. 5. de rerū Inuent. ex Lanctantij li. 2. cap. 11. indicat, Iouis temporibus primò templa constitui, & nouos Deorum cultus esse coepisse: cui ego quoq; ad stipulor, tunc enim Babylonica turris, quae prima in orbe fuit aedificata, & Ioui Belo Iunoniq; à filio Nino diuini honores in statuis primò habit.

Sepulchra ori-ginem dederūt Templis apud Ethnicos.

Plerosq; autem ex Sepulchris Templa apud Ethnicos originem sumpsisse arbitratos, in Sepulchralibus suis Gyraldus his verbis ostendit. Fuit r̄sq; adeo (inquit) Sepulchrorum ve-teribus cura, ut non aliunde templorum & sacrarum aedium originem deductam, diligentif-simi scriptores tradant Eusebius & Lactantius. Qua de re & Clemens Alexandrinus in Protreptico sic scriptum reliquit: Superstitio (ait) templa condere persuasit: quae enim prius hominum Sepulchra fuerunt, magnificentius condita templorum appellatione vocata sunt. Nam apud Larissam ciuitatem, in arce, in templo Palladis, Acrisij sepulchrum fuit, quod nunc Sacrarij loco celebratur. In arce quoque Atheniensi, ut est ab Antiocho in nuno histo-riarum scriptum, Cecropis sepulchrum fuit: in templo verò Palladis, quam Poliada Graeci appellant, iacet Erichonius. Ismarus autem Eumolpi atque Dairae filius, in Eleusine vna cum Celei natus sepultus est: & reliqua, quae in hanc sententiam Clemens colligit, ac post eum Eusebius in Preparatione Euangelica, quae in Latinis codicibus non habentur, atque idè ex Graecis repetenda sunt: eadem & in sexto Arnobius. Pertinet huc quoque Prudentij locus lib. 1. contra Symmachum, vbi ita canit:

Et tot templa Deum Romae, quot in vrbe sepulchra Heroum numerare licet, &c.

Quibus verbis innuere videtur, Romanos omnibus ijs in locis templa in vrbe extruxisse, vbi Heroum corpora sepulta fuerint. Resert etiam Valerius Maximus lib. 8. cap. 16. Graeciam summo consensu locum in quo Amphiar aus humatus sit in formam conditionemq; tem-pli redegeisse, atq; inde oracula capi instituisse.

Luci iuxta tem-pla fuisse.

Non praetereundū hoc loco videtur, quod Nicolaus Gerbelius, vir diligentissimus, in sua Graecia scribit, in Olympia templū fuisse nobile, atq; ante templum Lucum syluestrib. consitū oleastris, ex quibus viliores cōnexis ramis coronati sint. Quibus postea addit, per arad in Graecia sine nemoribus Templa reperta fuisse. Sic enim extra Crotonem Iunonis Lacinae tēplum fuit, multa religione sacru: iuxta illud lucus proceris abietibus septus, laeta in medio Pascua, vbi omnis generis pecus Dea sacru sine custode pascebatur, ut resert Sabellicus lib. 3. En. 5. Apud Aetnam quoq; notissimum Syciliae montem, esse Vulcani templū fertur multo honore. Circumiectum est templo septum, sacrae item visuntur arbores, nec non per uigil & inextin-gelus ignis. Templum ac lucum asseruare dicuntur canes, quibus mirum praecipue insitum in-genium creditur. Quippe aduentis, si castè modò ac piè, vtiq; addecer, id agant, permulcent, atq; ad blandiuntur, illisque perinde ac beneuolis aggregantur, & planè familiaribus. Quod-si manibus non puris, scelereq; aliquo pollucior templum inuisat, vel lucum, irruunt mordicus, lacerant conuelluntque. Caeteros ex catu aliquo remeantes, lasciuio re in temperantia crene in-sectari modo, satis superque habent, ut resert Calius libro 23. cap. 29. Aedes etiam Deae Cy-beles in Ida luco circumdata fuit: sic enim describitur à Claudiano poeta, de Cerere loquente in primo de Raptu Proserpinae.

Sic ait, & fuluus serpentibus attigit Idam

Hic

Hic ædes augusta Deæ, templiq; colendi  
 Religiosa silex, densis quam pinus obumbrat  
 Frondibus, & nulla lucos agit ante procella,  
 Stridula coniferis modulantur carmina ramis.  
 Terribiles incus thyaſi, vefanaq; mixto  
 Conuentu delubra gemunt, vlularibus Ida  
 Bacchatur, timidæ inclinant Gargara ſyluas.

Circa Dodonem quoq; ciuitatem Chaoniæ in Epiro, nemus fuit Ioui ſacrum, quærneum eo-  
 rum, vbi Iouis Dodonæi templum fuiſſe narratur, & in eo oraculū omnium quæ apud Græcos  
 fuerunt vetuſtiſſimum. In hoc duas columbas conſulentiſſibus reſponſa dediſſe quidam fabulan-  
 tur, quarum altera Delphos, altera verò in Ammonis Iouis templū volarit. Alij arbores ip-  
 ſas vocales fuiſſe volunt, & conſulentiſſibus oracula edere ſolitas.

Idem tamen in alijs etiam regionibus in uſu fuiſſe legimus: vt apparet ex illo loco Vergi-  
 lij, qui l. b. v. Aeneid. extat, vbi de templo magnificentiſſimo Carthagini iuxta lucum extru-  
 ito ita cauit: Lucus in vrbe fuit media latiſſimus vmbra:

Quo primū iactati vndis, & turbine Peni  
 Eſſodere loco ſignum, quod regia Iuno  
 Monſtrarat, caput acris equi. Sic nam fore bello  
 Egregiam, & facilem viſtu per ſecula gentem.  
 Fuit templum Iunoni ingens Sidonia Dido  
 Condebat, & c.

Et mox:

Hoc primū in luco noua res oblata, timorem  
 Lenijt: hic Primum Aeneas ſperare ſalutem  
 Auſus, & oſſitæ melius conſidere rebus.  
 Namq; ſub ingenti luſtrat dum ſingula templo,  
 Regiam opperiens, & c.

In vrbe Bubaſti Aegyptiorum templum quoq; fuit Bubaſtis, hoc eſt Diana, omnium ma-  
 ximè memorabile, & aſpectu iucundiſſimum. Illud ingens proceriſſimis arboribus manu con-  
 ſtitis lucus ambebat. Ab eius ingreſſu via per forum Orientè verſus, ſtrata lapide erat, vtrin-  
 que arboribus manu conſtitis in cælum euntibus, authore Herodoto lib. 2.

Similiter inter Tralles atq; Nyſſam vicus fuit Nyſſenſium, non procul ab vrbe, Acha-  
 raca nomine, vbi Plutonius fuit, luco ſumptuoſo circumdatū. Item Plutonius & Iunonis de-  
 lubrum ac ædium Charonium, natura admirabile, quod luco imminebat Strabo lib. 14.

Antiochiæ Syriæ ſuburbium fuit Daphne cognominatū, quod nemore multarū cupreſſorū  
 cingebatur, alijsq; plantis mixtim vnà cū cupreſſis exornabatur. Et cellus ille vtrinq; a mōi-  
 bus benefragrantia & varia florū genera ſub arborib. producebat. Teſtū autem quoddā, imò  
 magis vmbra loco illi vndiq; imminens, propter denſitatē ramorum ac foliorum non permittē-  
 bat, vt ſolares radij terram attingerēt. Fuit locus amœniſſimus, copia ac venuſtate vndatū,  
 temperaturaq; aëris. Erat in eo luco Daphnæi Apollinis templum magnificè ac pretioſè exor-  
 natum elaboratumq;, quod Seleucū Antiochi patrē extruxiſſe ferunt. Sozomenus li. 5. ca. 19.

Eufebius etiam teſtatur, templum Veneris in vertice montis Libani in fruticeto poſitum  
 fuiſſe: lib. 3. de Vita Conſtantini.

Plinius quoq; lib. 16. cap. 44. Natur. hiſt. Romæ in Exquilijs proximè Lucinæ eadem lu-  
 cum fuiſſe, in quo Lotus miræ vetuſtatē fuerit; ab hoc luco Lucinam nomen ſuum habere ait.  
 Varro tamen de Lingua Lat. ſic dictam putat, quòd partum in lucem proferat, vnde & à par-  
 turientibus inuocabatur. Ouid. in Faſtis vtramq; opinionem his carminibus attingit.

Gratia Lucinæ dedit hæc tibi nomina lucus,  
 Vel quia principium tu Deæ: lucis habes.

Romæ deniq; Romulus Lucum Aſylum fecit, teſte Plutarcho in vitis Liuii lib. 1. & Dio Lucii Aſyla.  
 niſi lib. 2. Vnde & Ouidius lib. 3. Faſt.



Romulus ut saxo lucum circum dedit alto,  
 Quilibet huc, inquit, confuge tutus eris.  
 Et Vergilius lib. 8. Aeneid. similiter inquit:  
 Hinc lucum ingentem, quem Romulus acer asylum Regulus & c.  
 Valla lib. 4. & Perottus indicant, Lucum nequaquam caeduum esse, ut sylvam, quin potius  
 manu confitum religiosumq, & alicui Deo, vel alicuius hominis cineribus consecratum: ideoq,  
 aut circa delubra Deum, aut circa sepulchra positum esse.

De Origine Templorum apud Christianos.

Apostoli quib.  
 in locis suos co-  
 uentus cele-  
 brarint.



Elebrarunt quidem Apostoli suo tempore *συναγωγῆς* h. e. conuentus Ecclesiasticos propter auditum verbi Dei, usum Sacramentorum & preces communes, in locis & aedificijs certis, sed ea, pro illorum temporum conditione, non ubique fuerunt eadem. Nam Conuentus egerunt, cum in Templo Hierosolymitano, Act. 2. 5. 21. tum in Synagogis Iudaeorum Act. 9. 13. 18. tum etiam in priuatis fidelium aedibus, Act. 1. 2. 4. 5. 10. 12. 20. 28.

Templa magis  
 fca nulla apo-  
 stolorum etate.

Alioquin de magnificè alijs in locis, præter Hierosolymitanum, extructis Christianorum Templis, de eorum Ornamentis & altaribus, de Dedicacionib. & Consecrationibus Templorum, de Nominibus, & differentijs eorum, nihil usquam vel in scriptis Apostolorum, vel certis & probatis eorum temporum aut horibus reperies: quæ omnia seculis istis, quæ Apostolorum ætate sunt consecrata, partim Iudaismi, partim Gentilismi superstitione *καταχρηστικῶς* inuenta & excogitata sunt.

Locus Philonis  
 & Eusebij de  
 Essæis expli-  
 catur.

Refert quidem Philo in libro *περὶ θεωνομικῶν ἔθῶν*, præclaros Hebræorum viros, qui tempore Marci Euangelistæ, in Aegypto extra vrbes ad lacum Mariam in collibus solitariam egerint vitam, habuisse *διδασκαλίας* septi, quæ ipsi vocarint *Συναγωγῆς* in quibus soli manentes religiosæ vitæ operam dederunt. Eusebius lib. 2. hist. Ecclesiast. cap. 16. & 17. Sozomenus lib. 1. cap. 12. Nicophorus lib. 8. cap. 39.

Error Eusebij.

Et Eusebius multum eum in errore conatur loqui ubi Philonem de Christianis seu de Iudæis nuper admodum ad fidem Christianam conuersis. Ioannes Quintinus quæq, idem ut probet in explicatione Can. 5. Concilij Gangren. multum sudat & laborat, eam solum ob causam, ut antiquissimam demonstraret esse Originem Templorum apud Christianos, ut quæ iam tum ceperint aedificari, cum ceperit primum Euangelium predicari.

Verum sunt cause manifestæ quæ ipsos errores conuincunt. Nam Philo nihil christiani scripsit: sed duos libros de ea secta Philosophorum edidit, quos Essæos vocat. Alter est *περὶ παρατιμῶν ἔθῶν ἑσσηαίων*, qui erat *νοῦς ἑβραίων*, quem inscripsit hoc titulo, *ὅτι περὶ ἑσσηαίων δεινῶν καὶ ἰδιωτικῶν*. Alter liber est *περὶ θεωνομικῶν ἔθῶν ἑσσηαίων*, qui erat *νοῦς ἑβραίων καὶ μοναχῶν*. In hoc libro *θεωνομικῶν* describit *τὸν μοναχικὸν καὶ ἀσκητικὸν ἵσθητον* vitam, studia & mores. Tantum igitur abest, ut Christiani fuerint illi, de quibus Philo scribit, ut pertinaciores hostes non habuerint Christiani, quippe qui plurimis ceremonijs Iudaicis pertinacissimè fuerunt addicti: ait enim Philo eos *παρῶν ἡμῶν εἰσὶν αἱ τρεῖς ὁμοιότητες*. Quare: *ἐν ταῖς ἡμέραις ταύταις μάλα ἴσα θεοματρικὰ καὶ ἰδιωτικὰ*. Diserte ait cultores Dei patrio h. e. Syriaco idiomate vocatos eos. Hæc serè Iosephus Scaliger lib. 6. De emendatione Temporum.

Deinde Eusebij rationes quas adducit, non certæ, sed coniectura tantum sunt: ut qui ea ex Philonis saltē relatione scripserit, non quòd ipse de ijs aliquid compertum habuerit. Nec ipse etiam Philo affirmat hos Christianos fuisse, ut ex verbis Eusebij facile colligitur.

Præterea, si quis auctoritatem Eusebij, qui ista scripserit & affirmauerit, obijciat, respondet illi Scaliger supra citato loco, ubi etsi Eusebium historia plurimum contulisse fateatur, plus tamen iudicij, quàm studij & diligentia in illo requirit, id quod aliqui e locis ex Eusebio



Eusebio probat. Et quod hunc ipsum locum attinet, manifestè Eusebius sibi ipsi in eo contradicit: quæ enim in Ecclesiastica historia de Christianis vult intelligi, illa ipsa ad verbum ferè de præparatione Euangelica lib. 8. cap. 4. de Essæis sine Essenis (celebri Iudaeorum secta) narrat: quemadmodum & Polydorus Vergilius lib. 7. cap. 1. de Inuentoribus rerum locum illum Philonis de ijdem intelligit. Quin ipse Hieronymus ad Euslochium de Custodienda virginitate, hæc Philonem de Essenis scripsisse quoq; affirmat.

Adhæc nondum Christiani talia eo tempore exercitia habuerunt, qualia ab Eusebio ex Philone copiosè commemorantur: eius enim rei, imò illorū etiam religiosorum, de quibus Philo, à vetustissimis vel Doctoribus vel historicis, nulla prorsus fit mentio.

Quod autem Ioan. Quinctinus dicit Epiphanium quoq; testari cōtra Nazaræos Philonē non de alijs, quàm Christianis ista scripsisse, qui tunc nō Christianis, sed ex nomine Iesu Domini nostri Iesūcristi vocati fuerint, nihil est: nam Epiphanius, vt iudicat Scaliger, errantè Eusebium sequutus est, & insuper, quia Eusebij mentē, male affectus fuit, deterius illo pronunciauit. Nam id genus hominum, quo de loquitur Philo, *Ἐπειρωτὰς* vocat: Eusebius ita dictos suspicatur quod in nomine Iesu Christi Nazaræni morbos curarēt; Epiphanius idēo putat ab Eusebio dictos quasi *Ἰουδαίους* (non *Ἰουδαίους*) *πρὸς τὸ ἰσραήλ*, à sanādo, quasi *ἰσραήλ*. Hinc fit cæcena non illius fati Chryssippei, sed errorum inimicem sese consequentium.

Epiphanius & Quinctineror.

Et vt maximè verum sit, Christianos illos fuisse, nihil tamen eorum exemplo probare possunt: Sozomenus enim & Nicephorus lib. 8. cap. 39. indicant, eos plus æquo Iudaicè conuersatos fuisse & gentis suæ ritus obseruasse.

Deniq; loca illa, in quibus sua mysteria tractarunt, non fuisse Tempia augusta & magnifica, sed simplices domos, inde apparet, quod Philo ea nominat *οἰκὸς αἰετὰ ἱερὰ*, b. e. domos, habitationes & domicilia sacra, qualia veteribus Christianis Apostolorum ætate & aliquādiu post fuisse, in sequentibus demonstrabitur. Ab Hesychio quoq; *Σεμνῶν*, quo nomine illi religiosi viri sua Sacra Domicilia appellarunt, *ἱερὸς οἶκος* exponitur.

Tempia Essæcorum qualia.

Nam post Apostolorum tēpora, euerso iam templo Hierosolymitano, & deleta gente Iudæa, Christianis non modo nulla magnifica templa, sed ne mediocria quidem condere licebat ob seuitiam tyrannorum, & rabiem vulgi.

Loca publicorum congressuum post tempora Apostolorum qualia.

Erant igitur tunc temporis loca illa publicorū congressuum humilia, latebræ, speluncæ & antris similia, quàm magnificis templis, vt testatur Eusebius lib. 9. cap. 10. historie Ecclesiæ. Et Tertullianus veteris author, palam affirmat, etiam suo tempore Christianis alia tēpla non fuisse, quàm simplices domos, in quibus fideles congregarentur. Claruit autem Tertullianus sub Pertinace Imp. circa annum D. 195. Polydorus quoq; Vergilius li. 5. de Inuent. rerum cap. 6. testatur, tantum abfuisse vt circa hæc tēpora aliquod templum à Christianis publicè edificaretur, vt etiam omnia essent occulta, & sacella potius, atq; eadem abditæ & plerumque subterranea, quàm apertis in locis ac publicis fierent.

Quin testantur historia Christianos post Apostolorum tempora conuenisse vt plurimum tēpore persecutionum in Cæmeterijs, hoc est, locis sepultura martyrum destinatis, ibiq; conuentus Ecclesiasticos celebrasse. Ita in persecutione sub Georgio Alexandriæ, cum a duersarij pietatis præualentibus, templa obtinerent, in cæmeterijs Christiani conuenire cogebantur ad orationem. Theodoretus li. 2. cap. 14. Qua de re Onuphrius Panuinius in Appēdice ad Platinā de Cæmeterijs, ita scribit. Quia inquit, veteres primitiuæ Ecclesiæ patres solebant ad sepulchra sanctorum martyrum, quorum sacrosancta erat memoria anniuersario die passionis eorū conuenire ampla, & capacia cœtib. publicis orationū loca cæmeterijs adiacentia, etiā Cæmeteria vocarunt: Legimus veteres Rom. Pontifices inter martyrum tumulos stationes, id est, omnes actus publicos pontificales celebrare consueuisse. Itaq; hæc Cæmeteria erā Christianis veluti tēpla, & orationū loca, in quib. Episcopi Synodos congregabāt, Sacramenta administrabant, & verbū Dei concionabantur. Hinc illud scitu dignū, quod quum Imperator quispiam persecutionē in Christianos instaurare constituisset, ante omnia eos à cæmeterijs arceret solebat, ne in vnū conueniendi eis facultas esset. Itaq; legimus apud Eusebium lib. 7. cap. 9. Aemii

Christiani in primitiuæ Ecclesiæ in Cæmeterijs plerumq; conuenerunt.

lianum iuridicum Aegypti in Valeriani persecutione sic Dionysium Episcopum, presbyteros & clericos Alexandrinos, & alios Christianos, in Christi fide constantes alloquentem: *Viduos & ingratos esse, & non sentire mansuetudinem Augustorum, quapropter Alexandria non eritis, sed in Libyam relegabo vos, & vobis alijsque non licebit amplius synodos colligere, vel ad caeteria (sicut vocant) ingredi. Et historiae eiusdem li. 9. cap. 2. legimus, Galerium Maximinum aliquando conatum caeteria Christianis rursus adimere, cum eos dissipare, atque pessundare velleret: Itaque (inquit) nihil non ad subuersionem nostram molitus, primum nobis libertatem in caeterijs conueniendi praetextu quodam adimere conatur. Rursus cum Imperator alius persecutionem in nos reprimere velleret, ante omnia ius conueniendi in caeteria reddidit. Extat Galieni Augusti edictum, quo Christianis caeteria sua restitui iussit, ut ad sua sacra coire possent, quibus a patre suo Valeriano Imp. paulo ante impijs edictis prohibiti fuerant: meminit huius rei Eusebius lib. 6. ca. 13. Ex his igitur liquet, apud Christianos primitiua Ecclesiae, caeteria loca sacra fuisse, in quibus ad sua sacra conuenire possent. Paninius ibid.*

In Caeterijs  
fabri & mate-  
riales.

In eiusmodi autem Caeterijs fabricas materiales, & aedes aliquas, in quibus fideles conuenerint, fuisse, auctor est Damasus papa, qui in Fabiani Papae et martyris uicaria ait: *Hic multas fabricas per caeteria fieri praecipit. Idem Damasus ait, Liberium papam de exilio reuersum habitasse in caeterio Agnetis. Paninius ibid. Imo in Caeterijs Roma existebat, baptisimum, & Cena Dominica celebrare, vigiliis decantare, ordinationes, & stationes, id est, omnes sacras Ceremonias habere, veteres solitos fuisse, Paninius ibidem docet.*

Primi Episcopi  
Rom. templa  
nulla Romae co-  
diderunt.

Quos circa valde sunt mirandi illi, qui primis Episcopis Romanis extruiones Templorum in ipsa quoque vrbe Roma tyrannorum alumna attribuunt: veluti quodam in S. Sautianum etiam uenturi Petro templum condidisse & consecrasse: quod de Alexandro i. qui Episcopatuum Rom. tenuit circa annum D. 114. Durandus lib. 7. cap. 19. Ration. scribit, quod in honore B. Petri Romae templum fabricarit, & ad Vincula nominarit: quod de Hygino Platina refert, ipsum instituisse ne templa sine celebratione dedicarentur, neue auferentur diminuerenturque, sine arbitratu Metropolitanum vel Episcopi: uelut quod, ne tigna reliquiae materia ad adificanda templa congesta, in profanos usus conuerteretur, posse tamen ad struendam alterius templi vel cenobij, concedente Episcopo, transferri: quod in altera Clemens i. epistola ad Iacobum huiusmodi decretum extat: *Ecclesias facite per congrua loca, quae diuinis praecipis sacrare oportet.*

Polydori ver-  
gilij locus, indi-  
cans in primiti-  
ua Ecclesia. e-  
pla nulli fuisse.

Quae autem fides his & similibus sit adhibenda Polydorus Vergilius lib. de Inuent. rerum 5. cap. 6. his uerbis docet: *post Evangelicum, inquit, dogma inter gentes diuulgatum, ubi loci prima aedes Seruatori nostro dicata fuerit, pro certo ponere non ausim, ne diuinare potius, quam ueritati inherere dicar: sed in re parum nota coniectar e licet. A Christi statim ascensu in caelum Iudei coeperunt Christianos crudeliter persequi, deinde Nero princeps, deinde Domitianus, deinde alij, & postremo Diocletianus ac Maximianus acerbissime affl. Harunt. Quo ferè toto temporis intervallo, tantum aberat, ut aliquod templum a nostris Christianis publice edificaretur, ut etiam omnia essent occulta, & sacella potius, atque eadem abdita, & plerumque subterranea, quam aperta in locis atque publicis fierent. Est tamen consentaneum credere, in remotis locis, quo non facile peruaserat ille tyrannorum furor, sana aliqua interim aut adificata, aut quae primum demonum fuerant Christo dicata ab Apostolis fuisse, qui ubique gentium omni tempore ad propagandam religionem totis uiribus incubuerant: quod aut in Aethiopia a Mattheo, aut in India citeriore a Bartholomaeo, aut in Scythia ab Andrea, quorum praedicatione ijs gentibus Christiana pietatis lux ab initio affulsi. factum esse & crediderim & dixerim. Non abhorret praeterea a fide, aliquam aedem fuisse principio a Iacobo Hierosolymis Deo dicatam, qui ibidem cathedram primus locauit, primusque rem diuinam ritu Apostolico sacere cepit, auctore Eusebio. Nec mirum alicui esse debet, si talia ac huiusmodi bene multa alia minus literis prodita sint, quod scriptorum inopia factum est. Vbi notandum, quod haec postrema nullis certis argumentis, sed tantum coniecturis nuntur. Idem auctor ibidem inquit: Roma non reperio, quod sciam, aliud antiquius templum adificatum, aut dicatum, uel ad usum sacrorum fuisse conuersum, quam ihermas Nouum in uico Patrio, quas Pius i. pontifex Praeae dis eximie sanctitatis foemina rogatu, diu-*



Prudenciana eius forori consecrauit: qui fuit annus circiter 150. ab eo qui humana salutis fuit primus. Et mox: Nec ita multo post Calixtus (circa annum D. 222. iam sese tyrannorum odio sensim remittente, eadem in Transyberina regione, Beate virgini struxit, cimiteriūq; ex suo nomine condidit via Appia, vbi multorum martyrum repositi erant cineres. Hac Polydorus. Qualis autem ea fuerit ades quam Calixtus Romæ extruxit, idem memorato loco indicat, & Platina in vita Calixti his verbis: Calixtum aedificasse, inquit, basilicam in Trās yberina regione in honorem B. virginis, Damasus scribit. Non tamen crediderim hanc illā esse, quam hodie tam celebrē & amplā cernimus. Cū ea tēp. state ob crebras persecutiones occulta essent omnia, & sacella potius, atque eadem abdita, & plerumque subterranea, quam apertis in locis fierent. Inuisi ego hæc loca cum amicis quibusdam religionis causa. Visuntur adhuc (Romæ) sacella, vbi priuatim sacrificia ferent, que publicè quorundā Imperatorum edicto exhiberi Deo non poterant. Hæc ille. Eadem quoque refert Sabellicus Emē. 7. lib. 6. Scilicet ergo licuit illis magnifica templa extruere, eaq; auro & argento ornare. Omnibus enim notum esse arbitror ex omni triginta Episcoporum Rom. successionē, que à Petro & Paulo vsque ad Syluestrum & Constantinum Imperatorē annorum minimum trecentorum spatio deducitur, nullum fuisse, de quo supplicium sumptum non sit. Primus inter Casares fuit Nero, qui publicis edictis, per prouincias, Christianos mandauit ex cruciari, sicut Tertullianus scripsit in Apologetico. Occasio fuit, quod Nero clam urbem iussisset incendi, vt fiam Troiani incendij videre posset: arsitq; Roma 6. integros dies. Ea calamitas summam ei apud populum inuidiam conuulsi, quam cum beneficijs eluere non posset, sinxit Christianos eius calamitatis esse auctores, & statim horribiliter in eos furere cæperunt. Lanienam istam describit Tacitus lib. 15. Flauus Domitianus atrocem quoque publicis edictis contra Christianos persecutionem promulgauit & exercuit, vt indicat Eusebius lib. 3. cap. 19. & Eutropius lib. 9. Sub Traiano Imp. Senatus Rom. blasphemiam in Deos, & seditionis erga Imperatorē Christianis crimen intentabat. Ab Imperatore ergo ad omnes omnium prouinciarum prefectos publica decreta sunt missa, que quidem necessitatem persequendi cuiuslibet præsidii attulerunt, vt apparet ex Plinij 2. scripto. Romæ doctores Euangelij, velut hospites & omnis politicæ dominationis ac mundanorum honorū expertes, doctrina & orationi incumbabant, in eo, quo dabatur, tuguriolo, ac parati erant pro Christo ceruicem præbere. Rapiunt ergo anno Traiani 4. Euaristus Rom. episcopus ad supplicium. Ignatius Romam perducitur, ibiq; bestiis dilaniandus obijcitur. Eandem rabiem experti sunt Christiani non modò per Europam, sed maximam etiam Asiæ & Africæ partem. Nec mitiorē Traiano habuerunt fideles Adrianum Imp. quin sauitia illum penè superauit, nam Alexandrum Rom. Episcopum, cum Hermete præfecto vrbis, liberis & alijs, numero 1250. in carcerem coniecit, & tandem in furno ardenti simul omnes cremauit. Alijs etiam in locis impunè permisit in Christianos scuire, quibuscunque id libitum fuisset. Sub Antonino pio licet nullo edicto iugularentur, tamen passim erant inuisi, quod omnium malorum causa ipsorum fidei imputaretur, & sæda horrendaq; scelera de ipsis spargerentur. Quæ Romæ piorum fuerit conditio sub Antonino Vero, Iustinus, qui eo tempore ibi interfectus est. satis magno testimonio esse potest. In Gallia præfecti alijs, persequutores, ipsis Imperatoribus immaniores, nouis subinde excogitatis criminibus, vulgus insanum alioqui & temerarium, si quid contra Christianos suscipiendum esset ad maiorem audaciam & sauitiam armarunt, & nouis quasi furij excitant. Narrant scripta de martyribus Gallicis, Ethnicos instigasse Christianorum seruos, & tormentis adigisse, vt de Christianis talia divulgarent, qualia ab hominibus fieri posse, nefas sit credere. Hinc factum est vt apud Lugdunum & Viennam, Christianis interdictum fuerit, ne balneas ingrederentur, ne prodirent in publicum, ne publico priuatōne loco conspicerentur, vt lib. 5. tradit Eusebius. Hæc etiam causa fuit, vt illi quoque, qui moderatius hætenus cum Christianis egerant, licentius nunc & crudelius multò in eos scuirent. Et vt Gallorum epistola testatur, que extat apud Euseb. lib. 5. cap. 1. nihil tam atrocis supplicij & cruciatus, ab immaniſsimis tyrannis excogitari potuit, quo nō Christiani dignissimi iudicati sint. Tantum verò abest, vt in Asia

Persecutio Ecclēsie sub Nerone.

Domitiano.

Traiano.

Adriano.

Antonio Pio.

Antonio Vero.



Seuero.

Decio, &amp;c.

quiquam remiserint persecutiones, vt etiam maximas in ea fuisse Eusebius significet lib. 5. cap. 15. Seuerus Imp. grauissimam persecutionem in Christianis mouit, in qua non in corpora solum seuitum est, sed etiam in facultates eorum qui fidem confessi ad supplicium ducti sunt. Similem fortunam experti sunt sub Decio, & alijs Imperatoribus.

Cui ergo verisimile videri potest, Christianis, tanta indignitate tractatis, & communi totius orbis ferè Ethnicorum odio contemptis, in tantis persecutionum procellis, licuisse templa condere, & edificare, cum ne prodire quidem plerunquem auderent, vt Euseb. iudicat lib. 6. cap. 31. & benigne agi secum cum crederent, cum intermissis persecutionibus in vrbibus & alibi per prouincias tolerarentur. Multoq; minus illis credendum est, qui primis illis Ecclesia Rom. episcopi, templorum extruções, agrorum possessiones, & nescio qua alia munera, per vrbem veluti suam, Christianis distributa assignunt, cum propè incredibili seuitia non solum vulgus, sed etiam ipsi Episcopi latebras & specus inhabitare compulsi sint, sicut etiam relictissime monet doctissimus vir, omnisq; antiquitatis & historiarum peritissimus D. Vadianus, in Epitome trium terrarum partium, in Ionia.

Adrianus Imp. in Christi honorem templum condidit.

Referunt quidem authores Adrianum Imp. Christum inter Deos recipere voluisse, ob eamq; causam & templa sine simulachris, in omnibus ciuitatibus, in honorem Christi, extrui iussisse: qua iccirco quòd simulachra non haberent, Adriani templa, vsq; ad Constantinum, dicta fuerint. Auentinus lib. 2. Annal. Verum Imperatorem ea Christianis tradidisse, aut Christianos illa frequentasse non indicat. Hoc addunt, Adrianum à proposito decessisse fuisse per sacrificulos & philosophos, qui in fati esse dicerent, si hoc faceret, Deorum religionem, cum Romani imperij maiestate interituram, & omnes Christianos futuros, foreq; vt cetera templa omnia deserantur. Quo sine dubio factum est, vt deinceps sub hoc Imperatore non mitius quam sub reliquis, cum Christianis actum fuerit.

Templa à Christianis quando primò condita.

Disimulare tamen aut negare nec volo, nec debeo in seuisimis istis persecutionum procellis post ducentissimum à Christo nato annum tranquillitatem aliquam & serenitatem exortam fuisse subinde, & Deum balcyonia quadam Christianis concessisse, eoq; factum vt indies res eorum se melius habere cœperint, & maior lux subinde affluerit ipsis sub Alexandro Seuero, Gordiano, Philippo, & præsertim Gallieno, qui seu patris Valeriani fortuna terretus, seu moderazione, seu quacunque tandem causa, pacem Ecclesijs omnibus vbique reddidit. Mediocriter etiam se Christiani habuerunt sub Fl. Claudio, Aureliano, M. Aurelio Probo. Istorum enim omnium Imperatorum gubernatio, nihil videtur perturbationis aut persecutionis Christianis attulisse, sed tranquilla & quieta cum illis omnia fuisse, nec prius turbata esse, quam annum imperij sui decimum nonum Diocletianus attigisset. Quo toto tempore in eminentia, felicitate & commo ditate summa, res Christianorum fuerunt: quod testatur Eusebius lib. 8. cap. 1. suæ historia. Vide locum.

Eodem igitur tempore Christiani templa & orationum domus maiora magnificentioraq; quam hactenus illis licuerat, condere primùm cœperunt, testante id Eusebio lib. 8. cap. 1. ubi ait: Quis numerosas illas aggregaciones, & multitudines cœtuum per singulas ciuitates, insignesq; concursus ad oratoria describet? quorum gratia priscis & dificijs non contenti, in singulis ciuitatibus spaciosas & amplas ex ipsis fundamentis construxerunt Ecclesias. Hæc autem progressu temporis proficiencia, & quotidie in magnitudinem & amplitudinem crescentia, nulla potuit inuidia prohibere, neque malus aliquis demon fascinare, nec homo quispiam insidijs impedire, quandiu diuina ac celestis dextera populum suum, adhuc dignum existentem, inuisibat & custodiebat. Hæc Eusebius. Eadem refert lib. 7. cap. 2. Nicephorus.

Templa Christianorum deestruuntur.

Diocletiano autem persecutionem aduersus Christianos mouente, promulgantur ab ipso edita violentissima de euerendis funditus, ac solo æquandis his ipsis Christianorum templis, per vniuersum Romani imperij orbem. Nec defuit editis strenua executio per præfectos. Templa enim vndique ipso die paschæ diruta, euersa & à culmine ad pavementum vsque destructa deiectaq; sunt, vt testatur Eusebius lib. 8. cap. 2. Eoq; tempore exprobrarunt Christianis gentiles, quòd templa non haberent, vt ex Origine constat contra Celsum lib. 4. & Ar-

nobis

nobis lib. 2. Nec mitior fuit erga Christianos Galerius Maximinus Constantij Chlori in imperio collega. Morbo autem facido & desperato subito correptus, de quo Euseb. lib. 8. cap. 16. ad se rediens conuocauit omnes quos secum habuit, mandans illis, vt persequi Christianos cessarent, legesq; & edicta imperialia de restaurandis eorum templis affigerent & publicarent. Extrat edictum Maximini Imp. pro Christianis apud Euseb. lib. 9. cap. 10. Niceph. lib. 7. c. 3. Quo factum est, vt diuinum quoddam gaudium cunctos afflaret, videntes ea loca que paulo ante tyrannorum fuerant impietate destructa, velut à longa & mortifera calamitate exuscitari, ac templa rursus ex fundamentis ad immersam celsitudinē erigi, multoq; maiorem splendorem recipere, quam habuerant antequam destruerentur. Hæc Eusebius lib. 10. cap. 2.

Constantino autem Magno ad imperium promotō, tum demum cœperūt vbiuis locorum vel gentiliū templa in Christianorum usum conuertere, vel noua ex fundamentis magnificentissimè splendidissimèq; extruere & ædificare, idq; iussu & mandato Constantini Imperatoris, qui in hac re nullis etiam pecunijs, nec ipsis imperialibus thesauris parci voluit. Decretum autem quod recitat Eusebius lib. 2. de vita Constantini ita habet: Victor Constantinus, Max. Aug. Eusebio. Quam ad hoc usq; temporis impia illa sententia, tyrannideq; ministros Seruatores persequente, cunctarum sint Ecclesiarum ædificia vel propter incuriam labefacta, vel metu imminentis iniquitatis vendibilia ac vilia reddita, cognoui: & accuratè persuasus sum, frater dilectissime iam verò libertate reddita, ac dracone illo à Reipub. gubernatione maximi Dei prouidentia, nostroq; ministerio expulso, cunctis arbitror manifestam esse factam diuinam potentiam, eosq; qui vel metu vel incredulitate in peccata quedam incidereunt, ac verum bonum iam cognouerunt, ad veram & rectam vitæ constitutionem accessuros. Quos quor igitur Ecclesijs vel ipse præce, vel alios suis quoq; locis Episcopos, presbyteros vel diaconos præesse nosti, admone vt diligentes sint circa Ecclesiarum structuras: ac vel existentes restaurent, aut ampliores reddant: vel vbi necessitas exigit, nouas ædificent. Petes verò & ipse, & alij per te à presidibus magistratibusq; prouincialibus ea que necessaria sunt. His enim scriptum est, vt omni promptitudine que à sanctitate tua debentur, admirisrent. In eandem quoque sententiam Sozomenus lib. 1. cap. 8. ex constitutione, inquit, Constantini Ecclesie ædes, si que collapsæ aut destructæ fuissent, restaurabantur: ac si que minus capaces & angustiiores essent, amplificabantur. Vbi verò nullæ prorsus erant, ex ipsis fundamentis splendide exercebantur. Ad quas res Imperator ex imperialibus thesauris pecunias suppeditabat. Eadem commemorat Nicephorus lib. 8. cap. 27. Sozom. lib. 1. cap. 9. Tripart. hist. Hanc ob causam Otto Pbrisingensis lib. 4. cap. 3. dicit, sub Constantino Magno prima edicta data, vt ecclesie ædificarentur: tunc primò quoque catholicis hominibus permissum, vt ecclesie eorum prædijs dicarentur.

Neque verò solum hoc alijs mandauit ac præcepit Constantinus, sed etiam summam operam templis ædificandis condendisq; ipsemet nauauit Imperator. eaq; sanè in re egregium se architectum præstitit. Namq; vt Socrates indicat lib. 2. Tripart. historię cap. 18. celebratæ festiuitate publica vicennialium suorum, mox ad erigendas Ecclesias festinus accessit. Hocq; faciebat cum per singulas ciuitates, tum verò maxime in ipsa vrbe Constantinopoli, in qua duas magnificentissimas ædificauit Ecclesias, quarum vnā nominat Irenen, alteram verò Apostolicam. Prætereain palatio Imperatorio Eadem construxit, in qua, si domi per negotia esse licebat, de religione & cultu diuino non solum aulici, sed milites quoq; edocerentur. Eusebius lib. 3. de vita Constantini. In bellicis quoque expeditionibus Tabernaculum maximum, ad templi formam paratum, secum circumuexit, in quo publicos conuentus cõgig. Sozomenus lib. 1. cap. 8. Idem Imperator Hierosolymis in loco Caluarie, vbi sepulchrum Christi fuerat, magnificentissimum illud templum SALVATORIS regijs impensis ædificauit, vt Athanasius indicat Apologia 2. & Eusebius lib. 3. de vita Constantini. Verum ergo non est, quod Socrates lib. 1. cap. 17. historię Ecclesiast. scribit, Helenam Imperatoris matrem preciosum templum in loco Sepulchri Christi extruxisse: quamuis ipsemet fateatur, se hæc & alia, que ibi narrat, ex relatione aliorū scribere. Extruxit ibidem & aliud templum Theophanie dictum, aliud

Templa Christianorum restantur.

Constantinus Imp. iubet Christianos templa condere.

Decretum Constantini de restaurandis & ædificandis templis.

cc  
cc  
cc

Constantinus ipse ædificauit templa.

Error Socratis



icem Assumptionis Christi in caelos. Euseb. lib. 3. de vita Constantini. Quod si Damaso & Platina credere voluerimus, Roma quoque Constantinus templum condidit in horis Equitij, non longè à thermis Domitianis, quod titulum Equitij vsque ad Damasi tempora habuit. Basilicam item Constantinianam (quam Lateranensem vocant) edificauit, & vt in fidei Constantini Donatione legitur, in edificando duodecim terræ cophinos proprijs humeris ex-tulit, æquales numero duodecim Apostolis: aliam item in aërio Sessoriano, sub titulo S. Crucis in Hierusalem, eò quod ibi partem aliquam S. Crucis ab Helena inuenta reposit. Ita quidem Error Platinae. Platina: Illud verò ridiculum: hoc autem manifestè falsum est: nam nec S. Crucem inuenit Helena, vt suo loco probabitur, nec Constantinus partem S. Crucis in hoc templo Romæ reposit, si maximè inuenisset Helena, id quod ex Socrate apparet, qui cum lib. 1. cap. 17. suæ hystoriae Ecclesiast. inuentionem Crucis descripsisset, tandem hæc subiungit: Crucis portionem (ait) vnã theca argentea inclusam, ad memoriam illic (Hierosolymis) visere volentibus reliquit: alteram autem Imperatori misit, quam ille acceptam, credens eam ciuitatem fore saluam, vbi portio Crucis asseruaretur, in sua ipsius statua condidit, quæ Constantinopoli (non Romæ) in foro, quod Constantini dicitur, in purpurea ac magna columna consistit. Eiusdem farinae est, quod Platina refert, eundem Imperatorem S. Petro basilicam in Vaticano edificasse, haud longè à templo Apollinis, ibidemq; eiusdem Apostoli corpus constructa ipsi cum collocasse: duas item alias Basilicas, vnã D. Pauli, alteram S. Laurentij, hanc extra muros, illam in vrbe extruxisse: eiusdemq; iussu templum S. Agnetis edificatum esse, rogatu Constantia eius filie: aliam denique via Lauicana inter duas lauros beatis martyribus Marcellino presbytero & Petro exorcista basilicam condidisse: nam vt mox indicabitur, pijs sumus Imperator cuncta templa in honorem Dei & Seruatoris nostri edificauit, Sanctis nulla dedicauit: veteres etiam in terra, & non in metallis aut gemmis condiderunt corpora Sanctorum: quod Constantinus quoque fecit, Nicephoro teste. Mater quoque Constantini duo templa construxit, alterum in Bechlehem, in memoriam partus Virginis Marie: alterum in memoriam Ascensionis Christi Domini, referente Eusebio lib. 3. de vita Constantini.

Refert etiam Epiphanius lib. 1. tom. 2. contra hereses, Iosephum, non Antiquitatum Iudaicarum auctorè illum, sed quendam alium à Tiberiade, à Constantino M. non solum Comitum dignitatem assequutum, sed etiam potestatem nactum fuisse edificandi Christo plurima templa in ciuitatibus ac vicis Iudeorum, vbi nulli vnquam licuerit hæc ecclesis extruere, quod neque Græcis, neque Samaritanis, neque Christianis inter ipsos fuisset: & exoritur quidem in Tiberiade, Adriani quoddam templum maximum quidem, verum imperfectum relictum, absoluisse, deinde verò in Diocæsareæ, quæ & Sephurim appellatur, in Nazareth, Cæpernaum alijsq; plurimis ciuitatibus strenue hoc suum propositum exequutum fuisse.

Initium & pro-  
gr. ssum templo  
rum.  
Romæ templa  
extruuntur.

Atque hoc fuit apud Christianos initium, hæcq; origo magnificorum templorum, Oratoriorum, Basilicarum, & quocunque tandem nomine appellare libeat.

Ab hoc enim principio Pontifices maximi Romæ quoque, haud irreligiosiores Constantino videri volentes, Templum vel Echnicorum in Christianorum usum conuerterunt, vel noua ex ipsis fundamentis extruxerunt, vel vetustate aut alia calamitate collapsa instaurarunt, vel denique disformia & angusta splendidiore ac latiora reddiderunt. Cui quidem rei ita omnes studuerunt, vt rarissimè vnũ saltem ex omnibus Episcopis Rom. à Syluestro 1. inuenias, qui non duo, tria vel plura etiam templa Romæ edificari, si ijs quæ Platina alijsq; referunt fidem aliquam habere voluerimus: Vt mirum non esset si Romæ nulla priuatæ ædes, sed tantummodo Templum conspicerentur. Adeoq; se Pontifices Rom. magis architectos ac ædiles Curules, quàm fidos pastores & Doctores præstiterunt: cum tamen hac de re nullum exemplum, multoq; minus præceptum aliquod vel Christi vel Apostolorum extet, quorum illi Vicarij & Successores haberi voluerunt. Imò eam autoritatem sibi solis arrogare ausi sunt, vt nemini absque præceptione seu nutu Papæ & Apostolicæ sedis basilicam vel ecclesiam construere liceret, ex decreto Nicolai Papæ, ad clerũ & plebem Viennensem circa annos 855. post Enactura Christum: vt habetur de Consecr. dist. 1. c. Ecclesia. Secuti



Secuti sunt hos etiam aliorum locorum Episcopi, quemadmodum ex historijs luculentissime probari possent. Illud verò in primis memorabile est, quòd Patricius secundus in Hybernia Episcopus 365. Ecclesias edificasse ac fundasse dicitur, si verum est quòd Henricus de Erfordia refert, eius alioqui non meminisse Balus de Scriporibus Britannia Cent. 1. cap. 44. in vita Patricij.

Constantinum etiam Magnum imitati sunt sequentes ipsum Imperatores & principes, inter quos non postremus est Iustinianus Imp. de quo Zonaras tom. 3. scribit, quòd adeò præpostero extruendi templa zelo ac studio flagravit, ut & stipendia liberalium artium Magistris iam olim constituta, in omnibus urbibus fuisset, quo haberet quos pro libidine sua in non necessarias templorum edificationes sumptus & pecunias profunderet. Hac autem immodica & peruersa religione ac liberalitate illud effecisse dicitur, ut literarum scholis vacantibus, barbaria simul & rusticitati plurimis in locis occasionem dederit. In vnicâ urbe Constantinopoli certè iam antea templis plurimis ipsedem splendidissimis ornata, nobilissimum & incomparabile Sophia templum extruxit, & pretiosissimis lapillis, speciosissimis columnis, alijsq; ætæuâis ita ornauit, ut primas in toto orbe Christianorum habuisse putetur. Extrat eius descriptio apud Euagrium lib. 4. cap. 31. Nicephorus lib. 16. cap. 20. ex Procopio, & Sigebertus: Extruxit idem Imperator plurima alia delubra, ad curam videlicet tam virorum quam mulierum, tam paruulorum quam senum, & eorum qui varijs morbis grauabantur. Euagrius lib. 4. ca. 30. Cumq; in tumultu Constantinopolitano incendium multas sacras aedes absumpisset, & Ecclesiam magnâ, quam ibi Constantinus extrui fecerat, Iustinianus aliam maiorem & elegantiore fecit. In eius vestibulo columnam ingentem cum equestri statua sibi collocauit, in loco vbi prius Theodosij M. statua argentea fuerat. Cuspinianus. Idem multi alij Iustiniani tempore fecerunt, quorû studium & operas circa extruções templorum hoc loco commemorare, nimis longum foret: rerum tantum summas annotasse sufficiat.

Authores autem primi templorum per Gallias, Germaniam & alias Occidentis provincias fuerunt Reges Francorum, Clodoueus, qui inter illos primus fuit Christianus: item Chlotarius & Childebertus: circiter annos Domini 542. deinde Dagobertus circa annum 650. in primisq; Carolus, cognomento Magnus, qui hoc potissimum nomine comendatur, quòd per omnes imperij sui fines splendidissima, magnificentissimaq; templa extrui curauit: referuntq; de ipso quòd tot monasteria & templa extruxerit, quot Latinorum elementa sint, & cuiuslibet elementi vocem inderit, ex quibus præcipuum longeque excellentissimum est Templum Deiparæ virginis Romana emulatione, adhuc toti Europæ venerabile ad Aquas Græneas, ex aduerso Palatine domus, cui & porticus & procerum aedes ita circumiectæ, atque extructæ sunt, ut vndique pateat ex prætorio prospectanti. Columnæ marmoreæ Romæ, Ræuennæq; de necesse eò sunt. Auentinus lib. 4. Annal. Cumq; castrum Vuitkindi, non procul ab Osnaburga, hoste fugato, suo firmasset præsidio, ecclesiam ibi edificauit in Saxonia primam: Episcopatus quoque fundauit Mindensem, Bremensem, Halberstadensem, qui postea Padelbornam translatus est, Vuerdensem, Martisburgensem & Zyensem. Cranzius in Me trop. lib. 1. cap. 2. & 3. Erfordiens. cap. 68. Chronicon Saxonia. Volunt etiam Basileæ & Vuormatiæ Episcopatus ab eo constitutos circa annum 803. Bonfinius in super lib. 7. Decad. 1. de Theodorico Ostgothorum in Italia rege, memorat, quòd ante hunc Carolum plurima nobilissima templa passim extruxerit. Et Luitprandus Longobardorum Rex Papiæ templa plurima edificauit. Bergomens. lib. 10. Idem sacras aedes, vbiunque in toto suo regno vetustate collapsas comperit, pontificibus & Abbatibus, ad quorum curam pertinebant, ut restaurarentur imperauit, adhibens curam per legatos, ut imperata perficerent. Eginhardus in vita Caroli, & Vrspergen. in Chronico. Primusq; regum omnium intra palatium suum Oratorium construxit: vbi & sacerdotes & clericos multos instituit, qui die noctuq; diuina exoluerent officia, Bergomens. lib. 10.

Neq; tantum intra, sed etiam extra vrbes in cacuminibus montium, in insularibus, littoribus maris & fluminum, alijsq; solitarijs & syluestribus locis templa edificarunt post annos Christi 400.

Alij quoq; Episcopi templa edificant. Patricius quos templa edificauit.

Imperatores post Constantinum, impriusq; Iustinianus templa edificant quos que.

Templa per Gallias, Germaniam, &c. qui primo edificauerunt.

Templa etiam extra vrbes in locis solitarijs edificata.

Qua in resicut in alijs multis, imitati sunt gentiles, qui sana suorum Deorum varijs in locis disposuerunt etiam. Sic enim templum Veneris in vertice montis Libani, in fruticeto positum fuisse, Eusebius testatur lib. 3. de vita Constantini.

Et ex Hetruscorū disciplina veteres, vt puto, moniti, nō Dijs omnibus, omni loco templa ponenda censuere. Nam qui pacis, qui pudicitie, qui bonis artibus præessent Dijs, eos intra mœnia collocandos putauere: qui verò voluptatibus, rixis, incendijs, vt Venus, Mars, Vulcanus, eos excludere ex vrbibus solebant: tamen hoc non ita ratum fuisse semper, ex historijs videmus. Vestam autem, Iouem & Mineruam, quos Deos tutores vrbium ait Plato, in ipsarum medio, & arcium locabant. Vitruuius: Adibus, inquit, sacris, quorum Deorum maxime in tutela videtur ciuitas esse, vt Ioui, Iunoni & Mineruæ, in excelssimo loco, vnde mœnium maxima pars conspiciatur, aræ distribuuntur. Neptunum ad maris littus statuebant, Ianum in excelssis montibus, quanquam & in foro. Esculapium Romani in insula Tiberina reposerunt, quod ægroti maxime aqua indigeant. Alibi tamen extra vrbes templa habuere, quòd ibi aër esset salubrior, vt Plutarchus ait, & Gyraldus refert de Dijs Gentium Syntagmate 17. Idem eodem loco, Extra murum (ait) Veneris, Vulcani & Martis sana idèd collocata fuere apud Gentes, vti non insuescat in vrbe adolescentibus, seu matribus familiarum Venere libido, Vulcaniq; vi è mœnibus religionibus & sacrificijs euocata, à timore incendiorum ædificia videantur liberari. Martis verò diuinitas cum esset extra mœnia dedicata, non erat inter ciues armigera dissensio: sed ab hostibus ea defensa, à belli periculo conseruabat. Eadem ratione & Bellona ades extra vrbem fuit, vbi Senatus dabatur fortibus ducibus, & qui strenuam operam nauassent. Cereri item extra vrbem, loco quo non semper homines, nisi per sacrificium neesse haberent adire, cum religione castè sanctiq; moribus is locus tueri deberet.

Hac ratione inquam, apud Christianos quoque cæperunt paulatim superstiosè templorum, in locis nō necessarijs, vbi scilicet non habitauit frequentia hominum, extructiones, subinde religione ad deteriora vergente.

Ex priuatis ædibus templa & monasteria facta.

Consuetudo quoque increbuit post annos Domini 500. Vt multi priuati homines ex suis domibus templa vel ecclesias post mortem voluerint extrui. Gregorius M. affirmat hoc de quodam Romano lib. 8. epist. 3. adeò inualuit superstitio. Ipse quoque Gregorius paternam domum in Clivo Scauri positam non longè à Circo maximo, in monasterium redegit. Platina.

Factum hoc etiam ab ipsis ad Etruscorum imitationem. Timoleon enim ille Corinthius, qui Dionysij regnum euertit in Sicilia, paternam quoque domum in templi usum conuertit. Sabell. lib. 4. cap. 2. In Metaponto Pythagoræ tanta fuit admiratio, vt ex domo eius templum fecerint. Iustinus ex Tregi lib. 20. Domitianus quoque Suetonio auctore, domum in qua natus fuit, in templum Flauiae gentis conuertit.

Templa etiam post Caroli M. tempora certatim edificata magnificentiōra quam antea

Et si igitur circa Magni Caroli tempora innumerabilia Templa per vniuersum orbem Christianum essent edificata, cum tamen mort alibus, non solum supreme, sed etiam infimæ sortis, eam rem certatim adiuuantibus, non tamen illis contenti fuerunt, sed passim plura eaq; magnificentiōra subinde, siue necessitate coacti, quod numerus Christianorum cresceret, siue superstitione, quod magis crediderim, excitati, extruxerunt: qua quidem in re interdum nullis quantumuis immodicis sumptibus ac laboribus pepercerunt. Vtq; hoc præposterum, seu potius insanum hominum studium magis conspicuum fiat, ex plurimis quæ adduci possent, aliquot saltem exempla hic referam.

Templum Argentincse.

Templum Argentineses magnificentiōsimam edificare cæperunt anno salutis 1015: Turrim autem Campanariam magnificentiā & arte in Europa facile principem anno 1277. architecto Ebroino (aliàs Erwinio) cui successit anno Domini Ioannes Hilzius Colonienfis, qui eius turris educendæ prouinciam suscepit, qui tamen in medio opere mortuus fuit: Tandem Suetius quidam materiam iam paratam composuit, sic vt etiamnum sit imperfecta licet, tamen 574. pedes altitudine excedat. Stumpsius in Chron.

Bergomense.

Bergomi templum Misericordiæ in honore beatis, virginis Mariæ, in media ferè vrbe, iuxta



iuxta cathedralem basilicam incredibili propè tum impensa tum artis elegantia ex lapidibus quadratis & sectis ciues eius loci adificarunt circa annos Christi 1140. Bergomen. lib. 2.

Templum D. Marci Venetijs non tam magnitudine & vastitate sua, quàm ornatu D. Marci Venetiarum incomparabile in primisq; augustis, extruitur auctore Sebast. Ziano Duce, qui Alexandrum Venetijs.

3. contra Fridericum Imp. protexit, architecto Constantinopolitano. Id si primum ingrediaris, crucis figuram præferre videtur, cuius anguli in altissimas consurgunt testudines. Quorum fastigia, ut reliqua templi facies, plumbeis tegulis operata, ad centum viginti stadia ex alto ad urbem nauigantibus inter eminentissima Urbis ædificia occurrunt. Superbissimi ad id fornices, mira inter se arte cœnantes, totam molem fulciunt. Quicquid operis est, à media templi parte purissimo fulget auro, musiuo opere mirifice variatum. In ipso testudinum connexu Græcanici operis vetustissima imagines, mæsta quadam venerabilisq; præsentia, horrorem cum religione mixtum spectantium animis inferunt. Marmoreæ undique tabula, ad pavementum usque ipsum, varij marmoris occurrunt; tanto artificio sibi adinuicem compositæ, ut eadem inter se similes videri possint. Sedilia circum ædem marmorea. Pavimentum vermiculato opere, marmoreis frustis distinctum. Columnæ complures parij lapideis, vel Tassici aut Numidici, cum duplici suggestu marmoreo. Cautum publico decreto fuerat, ut quicquid egregij operis Veneti ipsi nauigantes quocunque terrarum ambirent, id ipsum Venetias deferrent. Vestibuli aurei fornices 300. & amplius fulciuntur columnis, magnitudine & colorum varietate conspicuis; inter columnia, & quicquid in area ipsa operis est, cum ipso pavimento marmoreis tabulis pro testorio retinet, Vestibuli partem superiorem equi 4. aenei, diuerso statu varioq; exornant. Templi supercilium senis sese pinnaculis explicat: quorum singula in tabernaculi speciem surrecta, singulas habent ex candido lapide statuas, nudigenij: aliæq; splendidißimi aspectus simulachra, suo quæque statu operibus inserta, miro quodam modo, ipsam pinnarum exornant intercapedinem. Egnatius libro sexto capite quinto. Quam ob causam non immeritò templum hoc auctores quidam AVREAM AEDEM vocant.

Præter hoc templum Venetijs 62. diuorum spectantur templa insignia: Virginum Vestalium 27. monachorumq; totidem Canobia præclara in primis ibidem extant. Egnatius libro 1. cap. 1.

Refert etiam Tritheimius in Chron. Hirsaugien. Conradum archiepiscopum Colonien. Colonien. anno 1248. insigne illud templum Colonien. manus construere cepisse: etsi verò opus illud quotidie laboribus artificum incrementa sumpserit, fueritq; per annos 254. sine intermissione continuatum, tamen sua adhuc ætate nondum fuisse absolutum, propter ingentem sui magnitudinem & excellentiam.

Florentini quoque maximum & incomparabile templum quadrato sculproq; marmoreo eximie magnificeque in finitis sumptibus adificare cœperunt anno Christi 1294. secundum Palmerium.

Vlmenses etiam incomparabilem & magnificentissimam D. Virginis Mariæ Basilicam, vna cum adiuncta memorabili & insigni turri, construxerunt, & in spatio 111. annorum erexerunt, tæxerunt ac in vniuersum absoluerunt, (cuius prima fundamenta anno 1377. iacta fuerant) arisque insuper vna & quinquaginta elegantissimè decorarunt. Aiuuntq; Urbis ipsieriam Senatores, nouies centena Aureorum nummum millia collocata esse in exædificationem & ornatum Parochialis huius Ecclesiæ, qua ferè nulla est spaciosior, nulla augustior in Germania vniuersa, imò neque vllum aliud sumptuosius ædificium, excepta sola turri & basilica Argentinen. Bruschius de Monast. Germ. fol. 129.

Stephanus quoque Vngariæ Rex in Alba regali basilicam D. Virgini sumptuosissimam adificauit, in qua reges inaugurantur & reconduntur: Magnificentiam eius describit Bonfinius lib. 1. Deca. 2. & Carolus 4. Imp. Pragense templum D. Vuenceslai magnifico atq; mirando opere extruxit, Cuspianus.

Factum hoc à Christianis praua quadam emulatione Ethnicorum, qui non minus insanè



DE ORIGINE

- studio, condendi magnificentissima sumptuosissimaq; templa Dijs suis, laborarunt, quippe quæ non modo non iuste, sed infinitæ ac immensæ largitudinis, longitudinis & altitudinis fuerunt, neq; etiam ex vulgaribus lapidibus, cæmentis & lignis, sed ex marmoribus quoque & alijs pretiosis lapidibus extruxerunt: eorumq; laquearia exornarunt auro & gemmis, ita ut Sydereos euomerent variata distinctione fulgores, sicut Arnobius refert lib. 6. contra Gentes. Sic Babylonij templum ædificarunt duorum undecunq; stadiorum amplitudine, figura quadrata. In huius templi medio turrim extruxerunt solidam, crassitudine simul & altitudine stadij: cui aliam rursus superimposuerunt turrim, & huic subinde aliam, ad cœlam usque, sic ut extremitas eius vix oculus notari potuerit: Herod. lib. 1.
- Templum Ba-  
bylonicum.
- Templum Aegy-  
ptiorum.
- Templum Ephes-  
iæ Diane.
- Templum Ma-  
gnesiæ.
- Mineruæ Alee.
- Apollinis.
- Iouis Capito-  
livi.
- Fessa in Africa  
templa 700.
- Ac Aegyptijs moris fuit templa construere, elaborato marmore antiquis manibus artificio summa splendide, auro splendida, picturis mollioribus egregie perornata, summa colorum varietate distincta, omniq; cultu mirandissima. Cælius lib. 16. cap. 5.
- Iones in primis templa ædificarunt plurima, & quæ non facile alibi reperire licuit. Maximeq; Ephesiæ Diane templum annis 220. à tota Asia extractum, magnificentie vera admiratio ibi extitit, ut quod omnia hominum opera magnitudine & splendore superavit. Pausanias in Messenijs. In solo palustri id fecerunt, ne terre motus sentiret, aut hiatus timeret. Rursus ne in lubrico atque instabili fundamenta tanta molis locarentur, aut hiatus timeret. uere carbonibus, deinde uelleribus lana. In uerso templo longitudo fuit 415. pedum latitudo 220. Columnæ 127. à singulis regibus factæ, 60 pedum altitudine ex quibus 36 calatæ. Tectum eius è cedrinis trabibus factum, ualuæq; ex cupressu. Vide plura apud Plinium lib. 36. cap. 14. Quidam Democritus, ut refert Diogenes, integrum librum, de magnificentia huius templi composuit.
- Magnesie Diane Leucophryeæ templum fuit, quod magnitudine omnia Asiæ fanæ excellerebat, præter Ephesum & Didymenum, ea tamen ipsa artificio & structura concinnitate longè præstabat, teste Strabone lib. 14.
- Tegeæ in Arcadia Nimeruæ Alee templum extruxerunt, quod cum loci spacio, tum ornatu, reliqua omnia Peloponnesi templ. superavit. Pausanias in Arcadicis. Huic proximè accessit ob lapidum pulchritudinem & ædificij concinnitatem Apollinis Auxiliaris aedes in Crolyo Arcadiæ monte ædificata: eodem teste.
- Milesij, Didymæi Apollinis templum à Xerxe deastructum, & uerioribus impensis restitutum, ita ut ob magnitudinem fastigio extruendo nulla contignationes sufficerent, ut refert Alex. ab Alex. lib. 6. cap. 2.
- In Iouis Capitolini ædis fundamenta impendit Tarquinius Superbus Rom. rex quadraginta nullis pondo argenti. Ac eius, quod Domitianus extruxit, uel maxime unius priuati Romani repute opes non suppeditarint in deurationem, in quam plus duodecim milia talentu exhausta, ut Plutarchus in uita Publicola indicat.
- Denique, Leo Afer, ubi agit de Templorum Mahometanorum substructionibus, testatur in urbe Africa FESSA templa 700. contineri, quorum maximum milliarij unius ambitum, & portas 21. habeat, ut refert Io. Bodinus Methodi hist. cap. 5.
- Quis ergo negauerit insanum hoc Christianorum studium extruendi sumptuosissima, magnificentissima & immensi laboris Templa Gentilissimum & Mahometissimum respere?

De studio ædificandi magnificentissima & sumptuosissima  
templa, sanctorum patrum iudicium.

Iudicium S. Patrum de templis inexhaustis opibus ædificatis.



On iniuria igitur displicuit præposterum hoc studium extruendi magnifica & sumptuosa templa plurimis, istiq; præstantissimis sanctissimisque uiris apud reueres. Tertullianus in initio statim libri contra Valentianum, ad fœdandum Templorum modum formamq; penè depingens, inquit, Nostra columba domus, Simplex,

etiam in aditis semper & aperitis ad lucem. Amat enim figuram Spiritus sancti: Amat Orientem Christi figuram. Quasi dicere vellet, Christianorum Tempia simplicia esse debent, putata sine omni luxu, & ambitioso aliquo ornatu, sic ut maiestatem præ se ferant magis, quam venustatem vel luxuriam. Ita interpretatur hæc verba Tertulliani Ioan. Quintinus in explicatione can. 5. Gangren. Concilij. Idem Pater in lib. de Idololatria, templorum & ararum adificationes, sicut & statuas earumq; ornatum, inter cultus idololatrias numerat. Et Origenes contra Celsum multas ostendit, templa ad verum Dei cultum, & ad veram Dei religionem nihil pertinere. D. quoque Hieronymus rerum alioqui externarum probator & admirator nimis, obliquè luxum illum perstringens, alia quædam ut meliora magis approbat. Ad Demetriadem enim, Alij adificent ecclesias, inquit, vestiant parietes marmorum crustis, columnarum moles aduehant, earumq; dearent capita, pretiosum ornatum non sententia, ebore argentiq; valuas, & gemmis aurata distinguant altaria. Non reprehendo, non abnuo. Vnusquisque in suo sensu abundet: meliusque hoc est facere, quam repositis opibus incubere. Sed tibi aliud propositum est, Christum vestire in pauperibus, visitare in languentibus, pascere in esurientibus, suscipere in his qui tecto indigent, & maxime in domesticis fidei, &c. Ad quæ verba Erasmus hæc annotat: Videtur hic, inquit, Hieronymus non perinde magnifacere pietatem istorum, qui pecunias suas erogant, extruendis & exornandis Ecclesijs. Nam & rem narrat odiosius: Cum enim addit, non sentiente ebore: significat ornatum esse superuacaneum. Et cum adiecit denique: Non reprehendo, &c. cum stomacho loqui videtur, velut inuitis approbas, neque confitens id factum, cum his que pia sunt, sed cum his que scelerata: quidem laudare solet Digamiam præferens illam publicis prohibulis, non conferens cum melioribus. Verum aut non loquitur hic simpliciter de ijs, qui extruunt aedes sacras, sed qui ad fastum extruunt magis, quam ad pietatem: aut simpliciter verum est, præstare, opes in pauperes, hoc est, in viua Dei templa, quam in non sentientes estructuras effundere: etiam si nunc multis secus videtur, præsertim magnatibus. Idem ad Nepotiarum de vita clericorum multo liberalius in hæc verba insit, Multi adificant parietes & columnas ecclesie substruunt, marmora nitent, auro splendunt laquearia. gemmis altare distinguitur, & ministrorum Christi nulla electio est. Neque verò aliquis mihi opponat diues in Iudæa templum, mensam, lucernas, thuribula, patellas, scyphos, mortariola, & cetera ex auro fabricata. Tunc hæc probabantur à Domino, quando sacerdotes hostias immolabant & sanguis pecudum erat redemptio peccatorum: quanquam hæc omnia præcesserint in figura: scripta sunt autem propter nos in quos fines seculorum deuenerunt. Nunc verò cum pauperatem domus sue pauper Dominus dedicarit, cogitemus crucem eius, & diuitias lutum putabimus. Quid miramur, quòd Christus vocat iniquum mammona? Quid suspicimus & aramamus, quòd Petrus se non habere gloriose testatur? Idem in 7. cap. Ieremie, præcepit, ait, & tunc populo Iudæorum, & hodie nobis qui videmur in ecclesia constituti, ne fiduciam habeamus in edificio rum splendore auratisq; laquearibus & vestitis parietibus marmorum crustis, & dicamus Templum Domini, Templum Domini, Templum Domini. Illud enim Templum Domini est, in quo habitat vera fides, sancta conuersatio, omniumq; virtutum chorus. Et Haggæum Prophetam enarrans, de ornatu templorum iusto ac vero ita scribit. Ego argentum quo domus Dei ornatur existimo eloquia scripturarum, de quibus dicitur, Eloquia Domini eloquia casta, argentum igne examinatum, probatum terræ, purgatum septies. Et aurum quod in oculto sanctorum sensu & in cordis versatur arcano, & splendet vero lumine Dei: quod & Apostolum de sanctis qui super fundamentum Christi adificant sensisse perspicuum est. Argentum, aurum, lapides pretiosos. Ut in auro sensus occultus sit, in argento sermo decens, in lapide pretioso opera Deo placentia. His metallis illustrior fit ecclesia saluatoris, quam quondam synagoga fuerat. His lapidibus viuus adificatur ecclesia ac domus Christi & pax ei præbetur æterna. Similiter in Epitaphio Paulæ, idem Pater cum multis commemorasset liberalitatem Paulæ & beneficentiam erga pauperes, ait tandem, Nolebat (Paula) in his lapidibus pecu-

Hieronymus.



DE ORIGINE

niam effundere, qui cum terra & seculo transeunt sunt: sed in viuis lapidibus, qui voluntur super terram: & cetera qua in hanc sententiam sequuntur. Rursum aliquanto inferius, Iactent alij, ait, pecunias, & in corbonam Dei æra congesta, funalibusq; aureis dona pendencia. Ad quæ verba Erasmus hæc annotat. Offendet fortassis, inquit, nonnullos hic locus, quo D. Hieronymus videtur non satis tribuere his, qui sacras aedes suis sumptibus, vel extruunt vel exornant: cum his temporibus plerique summam hanc esse pietatem existiment: & sint nonnulli principes, qui tot bella, tot cades, tot sacrilegia, tot totius vitæ facinora si mul atque flagitia, probè compensata putent. si sacram aliquam ædiculam, vel alienis sumptibus curarint extruendam, vt ne quid dicam de Episcopis. Et audias passim, sacerdores tantum tribuentes donarijs templo dicatis, vt inexplabile sacrilegium fore clamitent, si quis hinc aliquid in pauperum subsidium fame pereuntium detrabere conetur: atque id si fiat, Christum ipsum, aut Virginem Mariam suis bonis spoliari vociferentur. Quasi verò Christus eiusmodi gaudeat ostenta culis, qui ipse pauperrimus, opes istas calcandas esse docuit: aut sanctissima Maria nugis eiusmodi gaudeat, cum viua semper neglexerit. Aut quasi decorum sit ea ostentari in templis Christianorum, in quibus hæc docentur esse spernanda Christi discipulis. Non damnauit igitur Hieronymus elegantem templorum structuram, non reprehendit ornatum mundum: sed in his negat esse culmen virtutis: & præfert elemosynam, que in viuis Dei templa, hoc est, in Christi pauperes erogatur. Hæc Erasmus.

Laetantius.

Et Laetantius ait, Non templa Deo congestis, in altitudinem saxis struenda sunt, in suo cuique consecrandus est pectore, in quod se conferat cum adorat Deum. Vnde illud,  
Non habitat templis manuum molimine factis  
Omnipotens, aedes aurea verus homo.

Chrysostomus.

Chrysostomus quoque in Euangelium Matthæi, Vbi inquit, domum Dei, adificare? da fidelibus pauperibus, vnde viuant, & adificasti rationabilem domum Dei, &c. Et paulo antè: Non gaudent, inquit, Martyres, quando ex illis pecunijs honorantur, pro quibus plorant pauperes. Quibus grauissimè eos reprehendit, qui charitatem negligunt ob adificiorum structuram.

Ita quidem illi: Quid igitur, bone Deus, sanctissimi patres dixissent, si eam insaniam vidissent, qua posterioribus seculis, condendis sumptuosissimis ac magnificentissimis templis, mortales laborarunt?

Sermeni veteres quali templa habuerint.

Auentinus etiam de veteribus Germanis scribens, Maiores, inquit, nostri religiosissimi mortales, viua Dei simulacra & templa nos esse existimauerunt, & pro vero habuerunt mentes nostras penetrata, pectora sacraria, corda aras esse spiritus cælestis: illa non auro, pictura aut pecunia, rebus nimirum profanis, ac quibus vera sacra pollui solent: sed iustitia, modestia, beniguitate & liberalitate in pauperes, pietateque excoluerunt. Certique in hac viua nequaquam se habitare, sed peregrinari duntaxat, non sumptuosas aut manifestas aedes, nec sibi, nec superis construxerunt: per angustis delubris & domibus, quæ in vriam cæli arcerent, contentos fuisse, compertum habeo. Nihil pompæ datum est, pietatem magnificè coluerunt. Nihil voluptati oculorum indulgere, paupertatis amatores, non luxus aut diuitiarum admiratores. lib. 3. fol. 266.

Vulfridus contra sumptuosam templa.

Valafridus Abbas, & multorum monachorum pater, vt eum Tritheimius vocat, floruit Ludouici Pij tempore circa 840. Domini annum: & cum alia, vnum de Officijs ac ritibus Ecclesiasticis scripsit: in cuius libri cap. 14. de extruptione templorum agens, dicit videndum esse, vt ex iustè partis extruantur, idq; moderatè: & multis inculcat longè fatius esse pauperibus subuenire, quam parietes templorum ornare. Citat quoque exemplum Gregorij, quem dicit, non in templorum extruptione & exornatione, vt alios Papas laborasse, sed in doctrina & elemosynis. Catalogus testium veritatis fol. 30.

Petrus de Aliaco Cardinalis.

Petrus quoque de Aliaco Cardinalis Cameracen. de multitudine Templorum conqueritur in libro de Reformatione Ecclesiæ, quem Concilio Constantiensi obtulit.

Ethnicus



Ethnicus ille M. T. Cicero lib. 1. Offic. præclare admodum monet, Cauendum si ipse ad- Ciceronis locus  
fices, ne extra modum sumptu & magnificentia prodeas. Quanto magis hoc cauendum in re- cōr. 1 sumptuo  
ligione & cultu Dei, qui nullo externo splendore, sed fideli & pura mente delectatur. Adir- sa aedificia.  
ibidem Cicero: L. Luculli summam virtutem quis? at quàm multi villarum magnificentiam  
imitati sunt? Eadem ratione & nos possemus dicere: Extruuntur Deo & sanctis templa ma-  
gnifica, & sumptu omnem fidem excedentia: quotus quisque autem est qui Deo eiusq; verbo  
obediat, qui que Sanctorum doctrinam & egregias virtutes imitetur?

Institianus Imp. alium præterea errorem sui temporis circa aedificationem templorum  
reprehendit ac damnat in Nouellis Constit. 67. quòd nimirum non amore Dei aut Sancto-  
rum studio, sed magis ambitione, comparandi scilicet nominis gratia templa & sacella ex-  
truant; qui error progressu temporis magis magisque inualuit.

Neque verò hæc dicuntur à me, quasi aut vsus templorum damnandus, qui longè optimus **Templa & co-  
rum vsus non  
damnatur.**  
est, imò necessarius ad conciones, preces ac supplicationes publicas, ad ministeria sacramen-  
torum; multo minus semel omnia templa solo æquanda: sed abusus & luxus templorum impro-  
bandus & oppugnandus est. Religio enim & necessitas paucis, & rebus in mundo minimè  
preciosis contenta est.

Christianos templis non alligatos esse debere.

**I**s tamen illud adiungo, Christianos non ita superstiosè templis alligatos esse de-  
bere, quin persecutione aut alio aliquo casu interueniente, interdum relictis illis  
publicis, in priuato aliquo loco conuenire eis liceat. In Veteri quidem Testamento  
religio & cultus Dei externus, in primisq; sacrificia tabernaculo, & postea tem-  
plo Hierosolymitano ceu loco certo, ita erant alligata, vt extra templi illius septa immolare  
& sacrificare nefas esset, sicut est videre Leuit. 17. & Deuter. 12. cap. Quod adèò diligenter  
obseruarunt, vt etiam templo idololatria occupato & prophanato, non noua tamen sacrificijs  
quæsierint loca. Nec alia quoque de causa Iudaicus populus Babylonica captiuitate per an-  
nos 70. detentus, non sacrificasse legitur. Et si enim Deus per Ezechielem Prophetam Iudæis  
iam iam abducendis in Babylonem polliceatur, licet nullum ibi lapideum templum habituri  
sint, in quo conuenire & sacrificare queant, se tamen assuturum illis, eorumq; preces exaudi-  
turum, si vel in priuatis aedibus, vel alibi aliquot ex ipsis congregentur: ita enim doctissimus  
Lauaterus verba illa interpretatur, Ero eis in sanctuarium paruum, Ezech. 11. nulla tamen  
prorsus toto illo temporis spatio sacrificia obtulisse dicuntur.

Continebat hæc res mysterium seu typum Christi Domini, qui non nisi semel, & vno qui-  
dem loco, in monte nimirum Moria, vbi quondam Abraham filium suum Isaac immolare  
voluit, cuique templum fuit impostum, offerendus erat, ad expiationem peccatorum totius  
mundi. Relaxata igitur hæc est ceremonia aduentu Domini, ipseque locum cultus & reli-  
gionis liberum fecit suis fidelibus in Nouo Testamento: quod futurum esse ipsemet quoque  
Samaritidi mulierculæ declarauit, quando ei dixit: Veniet hora & nunc est, quando veri  
adoratores, non in monte hoc, nec Hierosolymis, adorabunt patrem, sed spiritu & veritate.  
Nam & Pater tales querit qui adorent ipsum. Spiritus est Deus, & eos qui adorant ipsum,  
spiritu & veritate oportet adorare. Item, vbicumque duo vel tres fuerint congregati in nomi-  
ne meo, ibi sum in medio eorum. In eandem quoque sententiam D. Paulus 1. Tim. 2. ait, Volo  
viros orare in omni loco. Præterea cum Christi communicatione sumus templa Dei, quod  
Paulus non vno in loco testatur, maxime ad Corinthios priore, vbi dicit: Templum Dei estis  
vos, & c. sequitur, vt vbicumque sumus, modò à Christo non præcidamur, orare possimus, hac  
plena fiducia, qua nos in templo Dei esse minimè dubitemus. Nec frustra etiam Deus tem-  
plum Hierosolymitanum excindi funditus passus est, qui paulò antea velum templi disci-  
derat. Hac ergo noui Testamenti prærogatiua & libertate non solum verbis, sed etiam ex-

emplo vti docuit Christus Dominus. Etenim cum inter Iudaeos Seruator concionaretur, quoties se occasio & commoditas obtulit, illos in templo & Synagogis ad eam rem destinatis docere maluit. Si defuit illa oportunitas, non dedignatus est pro re nata, ludum academiamque caelestis suae doctrinae, modo in montibus & solitudinibus, modo in vicis publicis, aut priuatis aedibus aperire. Neque tum in templo Hierosolymitano, sed priuatis in aedibus, cum Eucharistia Sacramentum instituit, diuersabatur. Nam ipsa loci oportunitas, in quo suam habebat collectam Ecclesiam, cui primum haec sua mysteria committere statuerat, ad noui Sacramenti institutionem magis congruebat, quod veteri erat successurum, cui tum ipse finem imposuit. Praeceptoris exemplum discipulos imitatos esse testatur passim tota Lucae historia, quae Acta Apostolorum inscribitur. Conuenerat enim Ecclesiola illa centum viginti hominum, quae Spiritus sancti aduentum expectabat, non in templum Hierosolymitanum, id enim per tyrannidem pontificum, Sacerdotum, Scribarum & Pharisaorum, rabiemque vulgi tum non licebat, sed in Cœnaculum priuatarum aedium, in quo sacros suos habebat conuentus, in quibus & Matthias Apostolus creatus est, & Iudæ substitutus: deinde qui Christo nomen dederant, solitos domatim frangere panes, eadem testatur historia. Præterea quoties eodem in libro legimus Apostolos, modo in templo, modo in publicis vicis atque vicijs, modo in Synagogis, modo in priuatis aedibus, modo intus in vrbe, modo foris, suos habuisse hominum conuentus, & in ijs sacra peregrisse? Hac libertate sub Ethnicis Imperatoribus vsos quoque legimus fideles ante Constantinum Magnum, qui in priuatis aedibus, cœmeterijs, non raro etiam in desertis, solitudinibus & similibus locis, ad religionis & cultus diuini exercitium conuenerunt. Sic Victor lib. 1. refert, quod fideles in Africa tempore persecutionis Vandalicæ, cum Ecclesijs tum ministris orati, ubicunque potuerint, res sacras tractarint. Et lib. 3. idem indicat, propter Arianorum sutores, nonnullos in priuatis aedibus conuenisse. Socrates lib. 6. cap. 8. & Sozomenus lib. 8. cap. 21. referunt, Orthodoxos Constantinopoli ob iniustam Chrysolomi damnationem, a publicis congressuum locis recessisse, & priuatum conuenisse: primum quidem in quodam publico lauacro, quod Constantinianum vocatum fuit, ibique paschales serias celebrarunt magna hominum frequentia. Inde vero pulsati extra urbem, in quodam loco, vbi olim ludii publici exhiberi solebant, conuenere. Sed & inde eiecti, varijs in locis conuentus instituerunt. Paulo post sub Arsacio Chrysolomi successore, quidam in extremis ciuitatis recessibus & porticibus ad audiendum verbum Dei coibant, verum & ibi magna vi prohibiti sunt, vt Sozomenus indicat lib. 8. cap. 27.

Hæc propter eos annotanda putavi, qui inde calumniandi occasionem hodie arripiunt. Faciebant idem olim Christiani nominis hostes, qui horrenda scelera & nephanda in cœtibus illis clancularijs seu priuatis designari dicebant. Sed vt veteres sua innocentia defendebat apud Dei tribunal: ita nostros ipsa necessitas excusat, & potius excusari merentur, qui sua immani tyrande pios cogunt ad clancularia & occulta fidei suae exercitia confugere, impunè interim per omne genus scelerum ac libidinum grassantibus ijs, qui & Deum, & religionem, & omnem vitæ honestatem iam pridem abnegarunt. Non tamen illis patrocina-  
mur, qui occultos cœtus agunt, cum in illis locis viuant, vbi libera Verbi Dei prædicatio per-  
mittitur, & Sacramentorum vsus iuxta Christi institutionem exercetur. Nam, vt Paulus  
ait, debent omnia in Ecclesia decenter & cum ordine fieri. Minimè ergò à templis publicis  
discedendum est, neque clancularijs cœtibus, vbi nulla vrget necessitas, locus  
dari debet, ne vel schismata excitentur, vel occasio detur aduer-  
sarijs, qua totum religionis negotium suspen-  
sum reddant.



De Nominibus locorum, quæ à Christianis ad conuentus  
publicos celebrandos sic sunt exuata.

**E**stè quidem & prudenter dixit ille, εἰς τὸ ὀρθῶς διδάσκειν, δὲ ἁπλοῦς λέγειν τὰ ὀνόματα, id est, ad bene docendum primò expendere oportet nomina: ego verò in hac nostra tractatione magis rationi conuenire putavi, si primò de origine & auctore Templorū agerem, & tū demum nomina, quibus appellata sunt, reserrem, ne contra naturam agere viderer, nomina rerum, antequam res extiterunt, recensendo; priore igitur absoluto, de posteriore nunc quoque agemus.

Locum illum, in quo mox post Christi Ascensionem conuenerunt Apostoli Lucas Actor. 1. vocat ὑπερῶν. Latini vertunt Cœnaculum, quo vocabulo intelligitur locus qui ad cœnandum sit idoneus. Vnde Varro ait, sicut penarium, vbi penus, vbi cubabant, cubiculum, ita vbi cœnabant, cœnaculum dicitur. Ego simpliciter cum Eustathio, hoc præsertim loco, intelligendum puto per ὑπερῶν, locum in supremo adium fastigio, ad quem scalis siue cochleis ascenditur. Festus quoque testatur, supremam adium partem totam Cœnaculum tandem appellatam fuisse, ad quod scalis ascenderetur. Eiusmodi loca adium superiora Romæ (de Hierosolymis nil certi affirmare possum) ditiores inquilinis plerunque ac pauperioribus locarunt, imam sibi reseruabant: qua de re vide plura apud Stukium in Antiquitat. Coniuiat. lib. 2. cap. 14. Hinc ergò non solum tenuem Apostolorum conditionem & summam paupertatem colligere, sed & videre licet, quàm tenui edificio & omni magnificentia carenti Apostolica simplicitas contenta fuerit. Successoribus ipsorum (vt videri volunt) nulla vel ambitiosissima Priami regia, aut Babyloniorum structura sufficit hodiè.

1.  
Cœnaculum.

Tertullianus, qui vicinus fuit Apostolorum temporibus, loca publicorum congressuum sua ætate dicit fuisse simplices domos & ædes in edito sitas; initio libri contra Valentianum. Dicitur autem domus, propriè ædificium ad habitandum factum: impropriè verò pro quocunq; habitaculo: vnde & templa & auium nidi domus dicuntur. Rectè verò & propriè Tertullianus eiusmodi loca Domos appellat, ea enim in habitauerunt certæ familiae, simul tamen eò quoque fideles conuenerunt, quòd in persecutionibus illis publicè non licebat; hodiè autem impropriè sic vocarentur.

2.  
Doms & Aed.  
des.

Etsi verò Christiani primitiua Ecclesiæ per Aedis vocabulum nil aliud quàm domū simpliciter intellexerint, id tamen nomen suis quoq; templis posterioribus seculis indiderunt, ad Ethnicorum imitationem, qui sua etiam fana seu templa ita appellauerunt, ab Edo, vt Seruius annotat, quòd in ea sacrificantes edere consueverint. Nam quædam sunt nomina, quæ initio diphthongum recipiunt, quamuis à verbo monophthongo deriuentur. Varro lib. 4. de lingua Latina ab aditu fieri putat, quòd scilicet plano pede adierint. Festus, quòd in edito poni soleret Aedes dici putat.

Eusebius lib. 7. cap. 15, cæterum locos Ecclesias vocat: quo loco indicat Casarea Palestina Christianum quendam Marinum nomine, religionis accusatū, & à tribunali ad trium honorarum liberationem dimissum, deductum esse ad Ecclesiam, & in ipsum Sanctuarium, à Theoteco eius loci Episcopo, atq; ab eo ad martyrium fortiter subeundum confirmatū. Factum sub Valeriano & Gallieno Imp. circa annum D. 260. Fuit hic loquendi mos imprimis vsitatus seculo 5. à nato Christo, vt nimirum Ecclesiæ nomen pro ipso etiam templo vsurparent. Ita enim Eucherius lib. 2. in Genes. cap. 16. ait, Ecclesiam ædificatam esse eo in loco, vbi olim Abraham angelos hospitio susceperit. Sic etiam loquitur Sidonius epist. ad Hesperium: Saluianus quoq; non abhorret ab hac loquendi formula, sed quasi corrigens dicit: Itaq; Ecclesias, vel potius templa, & Dei minoris reuerentiæ quidem habent & c. lib. 4. de Prouid. Dei. Ipse etiam Augustinus, Quotidie, inquit, Ecclesiam ingredientes, memoriâ gloriosissimi martyris Stephani frequentabans & c. lib. de Ciuit. Dei 22. cap. 8.

3.  
Ecclesia.



Fit autem hoc improprie & figurate per Metonymiam, qua contentum pro continente ponitur. Est enim Ecclesia vox Græca, sed recepta à Latinis, significatq; cætum, communionem vel concionem, Germanicè **Ein Gemeind** populum inquam conuocatum ad audiendum de Reipub. negotijs. Vnde Thucididi & Xenoponti ἐκκλησίαν συλλέγειν ἢ ποιεῖν, idem significat quod Latinis, Concionem aduocare seu cogere: & Aristophani in Achar. μὴ ποιεῖν ἐκκλησίαν idem est quod Ciceroni, Nō dare seu habere Concione, **Ein gemeind halten**. Apud eundem Aristophanem legitur ἐκκλησία δ' ἔχι δια τῶν γινεταί, id est, Concio nōne propter hunc habebitur? Ita D. Lucas quoque hoc vocabulo vsus legitur Act. 19. vbi dicit, ἢν ἡ ἐκκλησία συγκεχυμένη, erat Concio confusa.

Translata est hæc vox ab hoc Civili usu ad sacrum, vsusq; est Spiritui sancto appellare hoc nomine cætum fidelium vniuersum ad vitam æternam euocatum. In qua significatio ne interdum καθολικῆς appellatio additur. Nonnunquam verò particularis cætus, in quos vniuersalis ille distribuitur, ἐκκλησίαι nomine intelliguntur: vt cum Ecclesiam Romanam, Corinthiacam &c. appellamus: adeo quidē, vt etiā restringatur aliquando ad quampiam familiam, quæ Christum proficetur: sic enim Paulus Rom. 16. τῶ κατ' οἶκον ἐκκλησίαν, & 1. Cor. 16. οἶκον κατ' οἶκον αὐτῶν ἐκκλησία.

Quod si igitur hæc vox pro externo edificio, hoc est, templo aut quocunq; nomine appellare libeat, vbi nimirum cætus fidelium congregantur, accipiatur μεταωυμικῶς id fieri intelligis. Quo sensu etiam à prophanis authoribus aliquando vsurpatur. Ita enim Mercurius in dial. Mercurij & Maie. apud Lucianum conqueritur, Σαίθειν τὸ συυπόσιον δ' εἰ καὶ διασπράττα τῶ ἐκκλησίαν, Ecclesiam, id est, locum in quo Dij conueniunt seu congregantur. Demosthenes quoque τῆ βελῆ assignat βουλευτήριον, & populo ἐκκλησίαν, pro loco & ipse (vt opinor) in quo populus conuenire solet, accipies in Orat. pro Corona, vbi dicit: Οἱ μὲν πρόβουλοι τῶ βουλευτῶν ἐκλουον εἰς τὸ βουλευτήριον, ὑμεῖς δ' εἰς τῶ ἐκκλησίαν ἐπαρτεθεσθε. Similiter Concio Latinis etiam sæpè dicitur locus in quo congregatur Concio, 1. populus in concionem euocatus.

4. **Oratorium.** Vt atq; vniuersum etiam fuit in primitiua Ecclesia hæc loca ἐκκλησία seu προσηυχήσια, id est, Oratoria appellare, à primaria actione, quæ in ijs peragebatur: vt est videre apud Euseb. libro 8. cap. 2. Socrat. lib. 5. cap. 7. Sozomen. lib. 1. cap. 8. Chrysostomus quoque Orationis Domo appellat, homil. 9. in 3. cap. Act.

5. **Dominica.** Vocarunt etiam Dominica, vt est videre in edificio Maximini, quod pro Christianis ita iam moriturus edidit, apud Euseb. lib. 9. cap. 10. & in narratione eius historie que extat apud Ruffinum lib. 1. cap. 3. In locum autem Eusebij Beatus Rhenanus hæc annotat. Primi illi Christiani, ait, templa in honorem Christi Domini erecta, Dominica appellabant, in quibus precum, sacrarum lectionum, Euchariſtiæq; causa conueniebatur. Erat autem apud veteres Domini vocabulum paulò frequentius quàm Christi, iuxta cōsuetudinem Apostolicam & solennem Evangelicæ historie modum. Proinde quia Dominum semper habebant in ore, etiam ipsa loca in quibus propter Dominum coibant, appellabantur Dominica. Vnde Germani etiam nunc Episcopalia templa, quæ certè primaria sunt, & reliquis antiquiora, **Dom** vocant, & illorū canonicos, **Somherzen**, quasi dicas Dominicales, sive Dominicanos Dominos: Sicut & Templarijs olim à templo datum nomen. Extat adhuc in Tribonis inter Elcebum pagum, qui Sletstadio originem ac nomen dedit, & Argentoratum, propè Mollesheimium, sacellum quoddam vetustissimum, etiam Gentilium Romanorum monumentis spectabile, quod vernacula simplicitas **Somphietter** appellat, hoc est, Dominicum Petri. Hæc Rhenanus.

6. **Merchonde.** Eadem ratione Germani quoque sua lingua locum publicorum fidelium congressuum seu cætuum, vocant **Merch**, à Græca voce κερκεῖς, quæ Dominicam significat, scilicet a dom seu domum. Quamuis sæpè etiam hoc vocabulum pro ipso Dei populo & cætu credentium vsurpetur.

7. **Martyria.** Martyrij vocabulum, quo loca quedam cætuum publicorum appellari consueuerunt, Constantiniani tempore, vsurpari cepit. Sic templū Hierosolymis, circa annum Imperij Constantiniani 30. in loco

30. in loco Cranij a edificatum, Martyrium magnum dicebatur: ut Sozomenus tradit libro 2. cap. 26. eam ob causam, quod Iesus Seruator noster eo in loco suppletum Crucis passus fuisset.

Basilicæ quoq; appellatio post Constantini M. tempora frequens esse cepit apud Nazianzenum, Ambrosium & alios. Basilica autem principio dicta fuit domus ampla & spatiosa, causarum cognitioni destinata, dicta ab eo, quod principes eo ad ius dicendum conuenirent; aut, quod Græci τὸ βασιλικὸς appellacione etiam iudicem intelligerent, aspiculante etiam Hesiodo, qui δ' ἄρχων ἀπὸ βασιλέως appellat βασιλικὸς, hoc est, dominos iudices, Budæo interprete. Plinius in Epist. Descenderã, inquit, in Basilicã Iuliam, auditorus quib. proxima comperendinatione respondere debebam. Erat autē Basilica ambulationibus amplissimis instructa, ad quã multi tota ex vrbe, alij causas agendi, alij consultandi, alij aliud agendi gratia confluebant. Vnde venisum inprimis illud est Ciceronis ad Atti. lib. 2. Basilicam habeo, non villam, frequentia Formianorum. Postea etiã Basilicæ apud Ethnicos a edificata fuerunt in usum negotiatorum, eaq; in locis calidissimis, sororq; proximis: ut haberet mercatores, quo se hybernis mensibus, subito ingruente tēpestate possent recipere. Vide Vitruuiũ lib. 5. N. Perotus Siphontinis ait, Basilicam fuisse locum amplum, ubi à diuitibus expectati fuerint saluatores, & conuiuia facta maxima, & saltationes & ludos. Secundum hunc Basilica esset pars domus splendidior, qualem pleriq; hodiè in diuersis linguis recepto vocabulo, Sallam appellant siue corrupto à Basilica nomine, siue à saluatione.

8.  
Basilica.

Huiusmodi locorum nomen post annum D. 300. translatum est ad aedes sacras. Vnde Isidorus ait, Basilica prius vocabatur regum habitacula, vnde & nomen habent: Nunc autē diuina templa idē Basilicæ nominantur, quia ibi regi omnium Deo sacrificia & cultus offeruntur. Secundum Siphontini quoq; interpretationem: templa sic vocantur, quia ibi Deus saluatur, ibi conuiuia, ludi atq; tripudia spiritualia celebrantur. Vel quia loca huiusmodi ampla & spatiosa, quin & magnificentissimè exstructa erant, factum est vt nomen hoc templi, à Constantino Magno alijsq; Imperatoribus ad eundem modum a edificatis, inditum fuerit.

Hinc iam cernere licet falsissimum esse illud, quod Platina ex Damaso indicat, Calixtũ sub Helio Gabalo, monstro illo hominis, Basilicam in Trãstiberina regione, in honorē B. virginis Mariæ a edificasse. Quasi verò credendum sit, licuisse illis, in tam seuis persecutionibus, eiusmodi regalia templa condere, quo tempore oculta erant omnia, & sacella potius, atq; eadem abdita, & plerunq; subterranea: sicut ipse quoq; Platina fatetur.

Meminit etiam locorum eorum in que conuenerunt prisci patres epistola Concilij Antiocheni contra Paulum Samosatenum, & Domus Dei vocat: apud Euseb. lib. 7. cap. 30.

9.  
Domus Dei.

Huc facit illud quoq; quod in edicto Maximiani & Constantij Cass. pro Christianis edito scriptum legimus, Erga hos indulgentiam nostram credimus porrigendã, vt rursus sint Christiani, & Conuenticula in quibus orare consueuerunt extruant & rãdificent. En Conuenticula vocant Cass. non templa, non palatia, non basilicas, Christianorum Oratoria.

10.  
Conuenticula.

Templorum quoq; non infreqũes est appellatio apud Augustinũ. Significat autē Templũ propriè locũ vel in celo notatũ ab augure, vel in terra: à tuendo vel conspiciendo dictũ, quod ex omni parte, vel quod ex eo omnis pars aspici possit, teste Donato. Primò autē cælum ipsum dictum est Templũ, quia ipsum primò tuetur. Ennius, Contremuit templũ magnũ Iouis altisonantis. In terris autē dictum est templũ, quod quibusdã conceptis verbis ab augure finiebatur, vnde tueri quamcunq; cæli partē cõmodè posset. Ab hoc Tẽplo non solum aedes sacrae, sed & alia loca septa, & vnũ tantũ introitũ habentia, dici tẽpla capere. Quippe Curia Hostilia Templum erat, licet sacra non esset. Cicero pro Domo sua, Curia est sedes ac templũ publici consilij. Idem pro Milone, Curia est templũ sanctitatis: Idem è contra pro aede sacra vsurpat Act. 6. in Verrẽ, Hercules, inquit, tẽplũ est apud Agrigentinos non longè à foro. sanctũ templum apud illos et religiosum. Ita Ver. Aen. 6. Teucros vocat aita in tẽpla sacerdos. Oui. de Arte. 1. Nec fuge Niligenã Mẽphitica tẽpla iuueca. Ibi. Facto de marmore tẽplo. Ioã. Quintinus in Explicacione can. 5. Cõcilij Gãgren. Tẽpla, inquit, dicuntur quasi Tecta ad cõtẽplationẽ diuini numinis Ampla, vt ait Isidorus ca. 4. li. 15. Erym. Ductus hoc eerymo putauit Archidiaconus, Tẽpla ppriè vocari maiores Ecclesias, vbi sub vnus amplitudine tecti populus adunaretur.

11.  
Templa.



Hanc igitur loquendi formam mutuarunt Christiani à gentilibus, & ad suas quoque e-  
des sacras transfulerunt.

12.  
Sedes Doctri-  
ne.

Chrysostomus loca publicorum congressuum simpliciter vocat sedem, & Doctrinae sedem,  
hom. 1. in 1. cap. Ioannis.

13.  
Σημεῖον.

Eusebius libro 2. cap. 17. ex Philone locum illum in quo conuenerunt religiosi illi, quos  
Aegypto haud procul ab Alexandria ad lacum Mariam habitauerunt, siue illi Esseni, siue  
Iudæis conuersi Christiani fuerint, Σεμεῖον appellat ὅτι ἐν αὐτῷ μοναχικοὶ τῶν σαρκῶν  
μυστήρια τελέθονται h. e. quod in eo soli manentes religiosæ & sanctæ vitæ mysterijs oporan-  
tur, inquit Philo. Σεμεῖος enim idem est quod Latinis venerabilis, venerandus, Reuerentissimus,  
Augustus, Sanctus, Maiestate præditus: unde Σεμεῖον locus sacer seu sanctus. Traditur  
autem apud Schyras Σεμεῖον fuisse locum in quo sua mysteria congregarentur, qualis etiam fuit is cuius Philo nar-  
minat. Vide Suidam, item Budæum pag. 319. Ab Hesychio Σεμεῖον exponitur ἱερός ἐστὶν.

14.  
Μοναστήριον.

Eundem locum idem ibidem vocat Μοναστήριον, Monasterium, ἐν ἐνδύσει, inquit, ὁ δὲ  
ἕως ἰδιώματα ἱερῶν, ὃ καλεῖται Σεμεῖον καὶ μοναστήριον. Est locus ubi homines solitarij de-  
gunt, quod & claustrum à recentioribus appellatur, quod eo claudantur, qui solitarij vi-  
tam degunt. Sunt qui solitudinem interpretentur. Sed id vocabulum multo latius apud La-  
tinos patere constat. Cum contra μοναστήριον ad eorum qui monachi dicti sunt domicilium  
restringatur. Ab hoc Græco vocabulo Germanicum illud Mönster descendit, quo non  
cænobitarum seu Monachorum claustra & latibula intelligimus, sed ecclesias maiores, quæ  
collegia & scholas habent, unde & collegiata ecclesiæ dicuntur. Ita verò (ut opinor) appel-  
lantur, quod Basilius, Augustinus & similes Episcopi suis ecclesijs quoque coniuncta habue-  
runt collegia, hoc est Scholas seu cætus studiosorum, quæ illi Monasteria nuncuparunt, quæd  
qui in ijs habitarent, quasi à mundo separati spiritualibus & diuinis studijs ac meditationi-  
bus vacarent.

Münster.

De Titulis, paræcijs & Diaconijs Romæ.

Tituli Romæ  
quid.

**R**omæ quoque præter supra dicta nomina, Tituli, Paræciæ, & Diaconie appella-  
bantur, de quibus Panuinius in Appendice ad Platinam hæc scribit. TITV-  
LI sunt inquit sacra ædes, templa, vel (ut hodie dicitur) ecclesiæ siue sacra loca  
in Dei, & Sanctorum memoriam erecta, & per vrbis regiones à Romanis Pontificibus an-  
tiquitus distincta, in quibus animarum cura à presbyteris in eisdem commorantibus habebat-  
tur. Quibus qui præerant presbyteri Cardinales appellabantur, id est, principales, similitudi-  
ne à 4. ventis Cardinalibus, h. e. principalibus deducta. Cum enim in vnoquoque Titulo plu-  
res essent clerici qui sacramenta populis exhiberent, vel exhibentibus præsto essent, ut sub-  
diaconi, diaconi, presbyteris, qui omnibus his præerat, presbyter à cæteris clericis illius Ti-  
tuli dicebatur Cardinalis. quod omnibus dignior, principatione esset in eo Titulo commorā-  
tibus, cæterosque clericos regeret, vel gubernaret in Titulo sibi commissio riuentes. Panu-  
nius ibidem.

Titulos Romæ  
quis instituerit  
iuxta Panuiniū  
& alios ponti-  
ficios.

Institutum hoc Euaristi Episcopi Rom. esse, si Epistolis decretalibus, Damaso, Plati-  
na, Sabellico Ennead. 7. lib. 4. & Panuino credimus. Vixit Euaristus circa annum Christi  
105. suo Vlpio Traiano Imp. Is enim, ne presbyterorū administratio in promiscuo esset, Ti-  
tulos, vel (ut nunc dicimus) paræcias in vrbe Romæ, ipsis presbyteris diuisit, ut singuli de se  
inuicem secreti, in sua vrbis regione, Titulo vel paræcia, confusionis tollendæ causâ diuina  
mysteria, populum erudientes, sacramenta Dei omnibus ad se venientibus fidelibus exhibe-  
rent, singulosq; presbyteros in vnoquoq; Titulo. Non longè post fidelium quotidie multitu-  
dine crescente, permotus Hyginus Rom. pontifex circa annum D. 142. sub Antonino Pio,  
cum tot credentibus nō sufficerent, plures in vnoquoq; Titulo cum clericis, tum presbyteros  
esse voluit. Post Hygini tempora in presbyterorum Romanorū Titulis nullam mutationē  
factam



factam inueni, vsq; ad Dionysij Pape pontificatum Nam sub Annum Christi 260. cum iam religio Christiana mirum in modum in vrbe creuisset, denud titulos, vel parœcias in vrbe Roma, cum eas ampliaffet, presbyteris diuisit, ipsasq; quo quisq; suis finibus, limitibusq; constituit, presbyterum quoq; ecclesie Rom. curæ, cœmœteria adiunxit: quæ cum plura essent, ea inter presbyteros distribuit gubernanda, vt martyrum sepulturis consultum esset. Verum non longè post circa annum Christi 305. Marcellus Rom. Episcopus titulos vrbis Romæ, ab Euacri- sto antiquis, & primò presbyteris datos, numero limitauit, decreto statuens, 15. in vrbe Ro- ma quatuor diœceses esse ad Baptismatis commoditatem, eorumq; opportunitatem, qui ad sidem ex gentibus quotidie veniebant, quin vt & martyrum sepulchris consulere tur, vt auctor est ex Damaso Bibliothecarius. Titulos autem Romanos, siue Parœcias, cessantibus perse- cutionibus, adauxere, presbyterosq; plures in singulis constituere: Syluester, qui titulum E- quitiij; Marcus, qui Titulum S. Marci; Iulius qui Titulum S. Mariæ Transtiberim; Da- masus, qui tit S. Laurentij; Innocentius, qui titulum Vestinæ fecerunt, & reliqui pontifices Romani. Cùm enim primò infinita gentium multitudo, mox vrbs, & Italia omnis fide Chri- sti suscepisset, nõ sufficentibus 15. Titulis, nec his, qui in eis residebant, presbyteris, tùm ad ne- cessitatem, tùm ad vrbis, & Romane Ecclesie ornamentum, & maiestatem, et Titulorum, & presbyterorum in vnoquoq; numerus auctus est: factiq; sunt Tituli 28. quem numerum nunquam excessisse vsque ad nostra tempora satis constat. Qui omnes, cum Ecclesie essent, vel Tempa diuis dicat a, nomen sortiti sunt, vel à Sanctis quibus dedicati erant, vt S. Chry- sogonus, S. Cicerus, S. Anastasia, S. Marci, & similia: vel ab eis hominibus, qui ipsos exere- runt, vt Callixti, Damasi, Equitiij, Pastoris, Vestinæ, Eudoxie, Lucinæ, Tigridæ, Pamma- chij, & similia: Porro autem 28. Titulorum numerum circa Innocentij 1. vel Zosimi Pa- pe tempora expletum fuisse, multis coniecturis & rationibus ductus crediderim: Neq; enim facile post Zosimum Papam inueniri potest, aliquem Rom. pontificum Titulum quen- dam nouum addidisse, sed eos, vel mutasse, vel restituisse, aut tantum exornasse.

Parœcia siue Parochia; idem est, quod titulus, scilicet sacra ædes, vbi animarum cura Parœcia siue à presbyteris ageretur: qui Parochi dicti sunt, id est curati. Parœcia autem dicitur accola- parochia. tus, siue acolorum conuentus. sacraque vicinia: nam πῶς iuxta, οἶκος & domus, vbi scilicet sunt domus contigua: Augustinus libro 14. de Civitate Dei, presbyter fuit quidam no- mine restitutus in paroecia Calamensis Ecclesie. Et paroeci sunt accolæ. Quare qui sacram ædem aliquam accolunt, paroeci dicti sunt, eiusdem scilicet sani consortes: Latine curia, & cu- riales, & curiones dici possent. Qui paroeciam vocant eam vocant à Parocho deducunt, ἐπὶ τῆς πῶς ἐξ ἐκ β. e. à prabendo. Erant enim paroeci, qui legatis Romam publicè venientibus, ceterisque alicuius dignitatis hospitibus salem & ligna præparabant, vt exponit Acron su- per illud Horatij 1. Serm. Satyra 5. Tum paroeci, qui debent ligna salemque. Hi Latino vocabulo Copiarij dicti sunt, vt auctor est Porphyrius, quod omnium rerum necessariam copiam regum populorumque legatis suppeditabant. Nam quamuis Horatius, loco iam ci- tato, salis tantum & lignorum meminerit, tamen, vt ibidem animaduertit Acron, sub illa- rum specierum appellatione, omnia hospitibus necessaria, voluit intelligi: A parocho paro- ecia dicitur, quibus singulis sacerdotes sui destinati sunt, Panuin. ibid.

Diaconia à Diaconis dicta sunt. Erant hæ publicæ pauperum hospitales domus, quæ Ora- Diaconia Ro- toria & Sacella adiuncta habebant, in quibus à patre Diaconie, siue Diacono egenis neces- me quid, saria administrabantur. Nam Diaconi inopia laborantium, viduarum & pupillorum mi- nistri erant, hisq; domibus hospitalibus præerant: Antiquis in Rom. ecclesia per singulas vrbis regiones diaconi distincti erant, diaconiq; regionarij vel talis & talis regionis appella- bantur: Panuinus vt supra.

Instituti huius auctorem faciunt Fabianum, qui Episcopatum Rom. tenuit circa an- Diaconias Ro- num Domini 244. de quo referunt, quod septem in vrbe Diaconos per septem regiones con- me quis iuxta stituerit, vt omnibus horis sacris ministerijs intigilarent: Septem item Hypodiaconos, qui pontificios ins- notarijs septem perpetuo adessent. Platina. Caranza. Idem quoq; instituit Gaius circa an- stituerit, num D. 285. Platina. Vincent. in Spec. hist. lib. 12. cap. 36.

DE ORIGINE

Post eorum præcipue usu exolescente, & hospitalibus domibus ipsorum negligentia dirutis, ipsorum sacella, vel ædificia superfuerunt, quæ Diaconia nomen retinuerunt, à quibus Diaconi Cardinales urbis Romæ postea denominationem habuerunt: sic, Diaconus Cardinalis S. S. Cosmæ & Damiani, vel S. Theodori.

Penuinij error

Hæc quidem omnia Panuinius ex Epistolis Decretalibus, Platina & alijs suspectis authoribus de Titulis, Paræcijs & Diaconijs ab Euaristo, Hygino, Fabiano & alijs Romæ institutis, refert, eam solum ob causam ut Cardinalium Originem antiquissimam esse demōstret. Diligens autem temporum illorum consideratio facile illum falsitatis arguet. Et si enim Traianus Imp. sub quo Euaristus Episcopatum Rom. tenuit, ciuilitate bonus ac laudatus princeps fuerit, & ob iustitiam humanitatemq; admodum clarus, tamen quod ad Christi Ecclesiam attinet, talem se præstitit, ut tertius inter acerrimos hostes Christi & cruentissimos persecutores Ecclesie Dei à Nerone atq; Domitiano, connumeretur. Secundo enim imperij sui anno horribilem mouit persecutionem, que non modò per Europam, sed etiam Asia & Africa maximam partem sese extendit. Imperatore autem bellum in Oriente gerente, decreuit contra Christianos Senatus Rom. fecerat, quasi essent hostes Deorum immortalium, Reip. & religionis Romanæ. Eandem seuitiam ac tyrannidem sub Antonini pij regni initium experti sunt Christiani, quando Hyginus Romanus Episcopus fuit.

Cum igitur tam immani crudelitate sub his Imperatoribus in Christianos seuitû sit, nullo modo adduci possum, ut credam, licuisse tum Euaristo & Hygino per urbem Romam, veluti suam, Titulos, Paræcias & Diaconias, hoc est, templa, sacras ædes, ecclesias & hospitales domos extruere, presbyteris assignare, & nescio quæ alia munera distribuere. Longè vero similis videtur, Romæ doctores aliosque fideles potius doctrina & orationi incubuisse, in eo, quod datum fuerit, tuguriolo, ac paratos pro Christo ceruicem præbere, quàm ut iurisditionem aliquam seu dominium sibi vindicare vel in animum induxerint: Absq; dubio enim Romani Imperatores Christianæ religioni minùs Romæ, quæ ipsorum sedes fuit, quàm alibi iustitiam, locum aliquem dare voluerunt: tantum abest ut paterentur Christianos eam inter se tanquam suam partiri ac distribuere.

Neq; tamè negauerim Titulos, Paræcias & Diaconias Romæ fuisse, aut etiamnum esse, sed eas à primis illis Romanis Episcopis in saeuissimis tyrannorum persecutionibus institutas, illud verò pernego.

Templorum  
apud Ethnicos  
nomina.

Ethnici quoq; loca in quibus ad sacra sua tractanda conuenerunt, nò modò Basilicas, Tõpla, Ædes sacras & similibus nommib. ut Christiani Fana, sed præterea etiam FANA appellarunt, quòd (ut inquit Varro) pontifices in sacrando sati sint. Hinc profanum est, quòd ante sanum, id est, coniunctum sano: hinc etiam profanatum, quòd in sacratio pollutum. Linius lib. 10. Dec. 1. Inq; ea pugna (inquit) Iouis Statoris ædem votam, ut Romulus antè uerac: sed sanum tantum, id est, locus templo effatus, iam sacratus fuerat. Et Festus à sando fana deducit, quòd pontifex in dedicatione templi certa verba præfari solebat. Vel à Fauno dicuntur, qui (authore Probe Grammatico) primus fana condidit, & oraculi author fuit. Martianus tamen Capella à Fatuis, quæ & Fantuæ & Fana dicuntur Latinorum Dijs, huestribus, fana dicta putat, qui in dormientib. responsa dare solebant. Hinc Fanatici, quos Græci & Æthiopes aut Θεοφοροί vocant, quòd non sua sponte, sed diuino numine ferri credantur, dicti sunt idcirco, quòd in Fanis, hoc est in templis sacerdotibus oraculù edituri, huiusmodi suore corripiebantur ut eleganter depingit Vergilius ab initio libri 6. Aeneid. ubi de Sibylla ita canit:

Ventum erat ad limen, cum virgo, poscere fata  
Tempus, ait, deus ecce deus. Cui talia fanti,  
Ante fores subito, non vultus, non color vnus,  
Non compta mansere comæ, sed pectus anhelum,  
Et rabie fera corda tument, maiorq; videri,  
Nec mortalo sonans, afflata est numine quando Iam propiore Dei.

Idem



Idem etiam videre licet apud Lucanum Pharsalic. li. 5. & Liuium li. 8. de bello Maced. Sunt tamen qui hoc nomen non per F: sed ph. scribant, ἀπό τῆς φανεράς, quod significat manifestum, quòd è phano aperta darentur responsa.

Quia & DELVBRA etiam aliquandò Ethnici sua templa vocarunt. Vergilius, Nos delu Delubra. bra Deūni, miseri quibus vltimus esset Illa dies, festa velamus fronde per urbem. Scribit Varro libro 8. Diuinarum, Delubrum alios existimare, in quo præter ædem sic area assumpta Deūm causa, vt fuit in Circo Flamineo Iouis Statoris: alios, in quo loco Dei simulacrum sit posuim & dedicatum: vbi etiam adiecit, sicut locum in quo figerent candelam, Candelabrū appellatum: ita in quo Deum ponerent nominatum Delubrum. Hæc ex Varrone Macrobius Saturnal. lib. 3. cap. 4. Seruius tamen, à diluendo delubrum dictum putat, lib. 2. Aeneid. vbi ait: Delubrum dicitur, quod vno cæto plura amplectitur numina, quia vno cæto diluitur: vt est Capitolium, in quo est Iupiter, Iuno, Minerva. Alij dicunt delubrum esse locum ante aras seu templum, vbi aqua currit à diluendo: apud Gentes enim, sicut etiam apud Christianos, ante sacrificia manus sacrificuli abluant.

Dicitur etiam templa apud Ethnicos SACRARIA. Vergilius, Et diri sacraria Ditis. Sacrarium. & Suetonius de Augusto inquit: Natus est ad capita bubula, vbi nunc Sacrarium habet, ali quantò post quàm excessit constitutum. Seruius tamen ait, Sacrarium proprie locum esse in templo, in quo sacra reponantur: sicut Donarium, in quo oblata ponuntur. Vnde à Cicerone etiam pro Milone Sacrarium Bonæ Deæ nominatur. Et Seneca li. 5. Quæst. ait. Arcana illa rerum naturæ sacra non promiscuè & omnibus patent: reducta & in interiori sunt clausa Sacrarario Vsurpatum tamen est etiam aliquoties à Cicerone pro Lariato in priuatis adibus. In Verrem, Erat apud Heiūm sacrarium cum magna dignitate in adibus. In Catilinam, Aquila illa argentea, cui Catilina sacrarium scelerum domi tuæ fecerat. Rursus ibid. Cui domi tuæ sacrarium scelerum tuorum constitutum fuerat. Et ad Memmium lib. 13. Epist. C. Auiano Euandro qui habitat in tuo sacrario.

Vocantur et Sacella forma diminutiua, vt notū est. Verg. Faciles nympha risere sacello. Sacellum. Tesca etiam apud gentiles fuere loca quædam agrestia alicuius Dei. Aëtius: Lemnia quis Tesca, quis es mortalis, qui in deserta & Tesca te apportes loca: Sic dicta, quòd mysteria ibi fiunt, aut tuentur: vnde prius Tuesca, post Tesca facta, vt Varro ait. Tesqua nunc ferme dicuntur. Tesqua tamen Festus ait, loca esse augurio designata, Cicero aspera ait esse & difficilia, vt indicat Gyraldus de Dijs gentium Syntag. 17.

Et Bidental vocarunt Ethnici, quoddam templum, quòd in eo bidentibus hostijs sacrificaretur, Festo auctore. Meminit Horatius de arte poetica, Minxerit in patrios cineres, an triste bidental Mouerit incestus.

Et Persius, Euitandumq; bidental.

Ita verò constitutum bidental traditur. Locum fulmine tactum acri studio procurabant gentiles, sacerdotemq; adhibebant, & fulminis vestigia seu reliquias dispersas colligebant: sicut usque ibi per actis ara construebatur, in qua de bidente rem diuinam faciebant, & locus bidental vocabatur, quòd violasse piaculum fuit, referente Gyraldo Syntag. 17. de Dijs gentium.

Græci templum ἱερὸν & Νεῶς appellarunt, sed & Ναός: de quo Clinias ait, quòd aliquid quando ἐναῶν diceretur, δια τὸ ἐναῶν ἐν αὐτῷ τὸς θεῶς: hoc est, quòd in ipso Dij habitarent. ibid.

Notat & Pollux templum à Græcis dici Σηροῦς & Τίπυς, alijsq; nominibus.

ἱερὸν.  
Νεῶς.  
Ναός.  
Ἐναῶν.  
Τίπυς.



In cuius honorem Tempora Ecclesiarum primitiua fuerint erecta & dedicata,  
& in quem non dissimulandum ab usum postmodum ea res  
abierit, ac MARTYRIIS occasionem dederit.

Tempora in pri-  
mitiua Ecclesia  
in honore Dei  
erecta.



*V*m veteres illi qui mox post Apostolorum tempora vixerunt, loca illa, in quae con-  
uenerunt ad audiendum verbum Dei, adorandum, & ad sacramenta percipienda,  
vulgo nominarunt Dominica, quasi Domini domum, facile inde apparet cui eius-  
modi loca erecta seu condita & dedicata consecrataq. fuerint, nimirum nulli sancto mortuo,  
sed CHRISTO filio Dei DOMINO & Seruatori nostro.

Neq. etiam inuenies in probatis historijs primis illis trecentis post natum Christum annis  
loca illa publicorum conuentuum Sancti alicuius nomine appellata esse: quae res quoq. argumē-  
to esse poterit, quod neq. in eorum honorem ulla eiusmodi loca extructa & condita fuerint. De  
Adriano Imperatore referunt, cum Christum inter Deos recipere voluisset, quod hinc inde  
in vrbib. tepla extrui iusserit, quae Christo Domino dicarit. Auentinus lib. 2. Annal. fol. 153.

Cōstantinus M.  
Deo nō sanctis  
tempora extru-  
xit.

Ipse quoq. Constantinus primus Imperator Christianus plurima eaq. elegantissima templa  
extruxit, alijsq. id facere permisit, sed DEO non SANCTIS, vt Sozomenus testatur li. 2. ca. 3.

Templum Hie-  
rosolymis in lo-  
co Sepulchri  
Christi a Con-  
stantino aedifi-  
catū, cur Mar-  
tyrium appella-  
tur.

Ita Hierosolymis in loco Caluarie, vbi Sepulchrū Christi fuerat, magnificum illud templū,  
quod Saluatori dedicauit, regijs impensis plurimis Constantinus aedificauit. Athanas. Apo-  
log. 2. & Euseb. lib. 3. de vita Constantini. Appellatur quidem hoc Templum ab Eusebio lib.

4. de vita Constantini, Martyrium, & a Sozomeno lib. 2. cap. 26. Martyrium magnum, non  
sanē eam ob causam, quod in honorem Sanctorum Martyrum aedificatū esset, sed quod eo in  
loco fuisset extructum, vbi Christus Dominus passus fuisset, eiq. dedicatum, qui fidelis & ve-

rus martyr est, sic enim Eusebius eū appellat. lib. 5. cap. 2. Aedificauit idē Imperator in eadē  
vrbe templum Theophanie Seruatoris: aliud item in memoriam Assumptionis eiusdē in cœ-

los. Eusebius lib. 3. de vita Constantini. Et Socrates tradit in hist. Ecclesiast. lib. 1. cap. 16. eū-

dem in vrbe regia Constantinopoli duas primū Ecclesias amplas et planē regias aedificasse,  
quarum alterā appellatit Irenen, à pace quam annunciat Euangelium; alterā verò Aposto-

lorum, ob memoriā, ad eiq. ob doctrinā Apostolorū, quae ibi tradebatur: easq. Iesu Christo filio  
Dei consecrassē. Romae quoq. magnificū illud Palatium Lateranense ingentib. sumptibus a-

edificauit, & Christo sacrauit, vt Nicephorus testatur li. 7. ca. 49. Extruxit idē plures eccle-

σίας hinc inde per omnes vrbes et prouincias, id quod Theodoretus li. 1. hist. pluribus indicat,  
verum omnes Christo Domino nō Sanctis eius statuit. Vnde Eusebius lib. 4. de vita Constā-

tini, cum Apostolorū templi mentionē fecisset, haec addit: Omnia haec cōsecrauit Imperator, vt  
memoriā Apostolorū Seruatoris passim apud omnes peruenire redderet. Cumq. Helena Cō-

stantini mater duo pulcherrima tepla aedificasset, alterū in memoriā partus Virginis Ma-

riae, alterū verò in memoriā Ascensionis Christi, ne quis putaret prius in honore B. Mariae  
extructum, Eusebius clare dicit in hunc modum de Helena: Deo, quem adorauit, duo templa

consecrauit. Et mox: Duo haec sempiterna memoria digna veneranda ac pulcherrima sacra-

ria in duobus mysticis antris Helena Augusti pij Imperatoris pia mater Deo Seruatori suo  
pia mentis indicia fundauit. lib. 3. de vita Constantini. Nicephorus quidem libro 8. capit. 26.

Nicephori er-  
ror.

indicat, Constantinum M. Constantinopolim vrbem ἡ θεοτόκου h. e. Dei generici. sc.  
Mariae Virgini dedicasse. Vnde quidam Dedicaciones templorum in honorem Diuorum

probare, & eius idololatriae originem eò referre volunt. Caterum obseruatu dignissimum  
est, quod interpres Nicephori Ioannes Langus, & ipse pontificus ac Regius Consilia-

rius, ad eum locum annotat, θεοτόκου, inquit, Graecis Dei generici dicitur, quod nomen in  
solam Dei matrem Mariam cadit. θεοτόκος autē accentu mutato, Deo genitus, qui vnus est

Dominus noster Iesus Christus. Huic vrbem Constantinopolitanam recens extructam Con-

stantinus dicauit & commendauit, id quod non solum Eusebius ante Nicephorū diu attestat-  
tur lib. 3. de vita Constantini, inquit, Constantinum vrbem suam Deo consecrassē: sed ille

ipse Ni-

ipse Nicephorus hoc ipsum disertè fatetur libro 7. cap. 49. Vtrunque nomen iisdem compositum literis, sed accentu diuerso prolatum & scriptum in Nominandi casu, Dativum habet casum θεοτοκου: quapropter hic pro Dei genetrice, etiam veriti posset, Deo nato Christo, ut locus hic cum superiore concordet. Sed librarius in Græco exemplari τῆς θεοτοκου scripsit, cum fortasse τῶν θεοτοκου scribere debuerit: Potest etiam essi authoris memoria lapsus.

Eiusdem pretij est, quod Nicephorus lib. 7. cap. 50. nugatur, Constantinum duas ecclesias archangelo Michaeli extruxisse, eo in loco qui Sosthenium appelletur, propterea quod ibi Michael apparuerit in somnis Constantino illic cubanti, & dixerit: Ego sum Michael archidux Domini Sebaoth virtutum, Christianorum fidei tutor, qui tibi contra impios tyrannos belligeranti auxiliaria arma cœculi. Hæc verò cum ab Eusebio alijsq; probatis authorib; qui Constantini tempore vixerunt, ignorentur, ad superstitiones confirmadas à posterioribus excogitata omnino credendum.

Athanasius quoque in libro de Passione imaginis Domini scribit, Iudeos Beryeti conuersos, synagogam maximam CHRISTO Salvatore, per antistitem eius loci, consecrari curasse: Atq; ex eo tempore morem hunc per diuersas orbis terræ nationes & prouincias inoleuisse, ut basilicas plurimas Christiana religionis, pontifices in honorem Saluatoris mundi condiderint & dedicarint.

Durauit hic mos Augustini adhuc ætate, qui floruit circa annum D. 400. Nam in libro contra Maximinum Arianorum Episcopum clarè inquit: Nonne si Templum alicui Sancto angelo excellentissimo de lignis & lapidibus faceremus anathematizaremur à veritate Christi & Ecclesie Dei? Quoniam creaturæ exhiberemus eam seruitutem, quæ vni tantum debetur Deo. Obserua quàm constanter neget & perneget, sua ætate adhuc vlla Tempia in honorem vel angeli excellentissimi nedum alicuius sancti extructa esse, eam solum ob causam ne idololatria damnarentur, neis eum honorem qui soli Deo debetur creaturæ tribuerēt. Ergo quod hodie hoc faciunt damnandi, imò ab Ecclesia Dei anathematizadi sunt. Et lib. 3. contra Cresconium cap. 56. ait, DEO omnipotenti parietes suo tempore consecratos esse. Rursus lib. 8. de Ciuit. Dei cap. 27. manifestissimè inquit: Nec tamen nos Martyribus templa, sacerdotia sacra & sacrificia constitimus, quoniam non ipsi, sed Deus eorum nobis est Deus. Honoramus sanè memorias eorum tanquam sanctorum hominū Dei, qui vsq; ad mortem suorum corporum pro veritate certarunt, ut innotesceret vera religio, falsis religionibus victis atq; comictis. Quibus verbis Augustinus clarissimè sacrificia, atq; idè & aras & tēpla Diuis non communicat. Et in psalmum 94. Tempia (inquit) sacrificia, institui Sacerdotes, hæc omnia non nisi VNI MAGNO debentur. Ex quibus haud obscure colligi posse arbitror, quicunq; hominibus quantumuis sanctissimis, templa erigant & construant, Deos illos facere. Prohibet autè disertè Dominus in lege sua, Ne habeamus Deos alienos: prohibet igitur simul etiam, ne hominibus vllis tēpla erigamus. Vnde etiam in epistola 49. ad Deogratias, tēplaper se non damnat, sed vult ut in vnius Dei honorè edificētur, illique vni & soli seruiant.

Idem pater in eandem sententiam lib. 22. ca. 10. de Ciuitate Dei ait, Gentes Dijs suis & tēpla edificauerunt, & statuerunt aras, & sacerdotes instituerunt, & sacrificia fecerunt. Nos autem martyrib; nostris non tēpla, sicut Dijs, s; d memorias sicut hominib; mortuis, quorū apud Deū viuunt spiritus, fabricamus. Eadè scribit in li. de vera religione ca. vltimo. Cum ergo supra dixerit Augustinus, fideles sua ætate Sanctis nulla tēpla edificare, iā verò affirmet ipsos martyrib; Memorias & martyria fabricare, colligitur inde, Memorias seu Martyria non tēpla vel Sacella, sed Sepulchra vel Monumēta Martyrū ab initio fuisse cœtū. Quod si ergo verum maximè est quod Platina scribit, Fabianū primum in cameterijs pro dignitate Martyrium edificasse, id tamē non de tēplo aliquo in honorem Sanctorū quorundā extructo intelligendum puto, id enim ea tempora nō permiserunt Christianis, sed de memorijs seu monumentis martyrum, que ille splendidius, quàm hactenus factū fuerat, exornauit.

Prosper quoq; Auitanicus testatur, propè Carthaginem conuenisse magnam sacerdotum multitudinem in festo Paschatis, ad consecrandum templum Deo caelesti. Parte 3. de promissione & predeterminatione Dei promiss. 28.

Augustini ætate adhuc quoq; templa soli Deo dicata.

Martyria quid veteribus. Martyrium Fabiani quid fuerit.



Templa Sancto-  
rum nominibus  
appellata, sed  
non in honorē  
eorū adificata.

Et si igitur iam tum Augustini atate, & aliquandiu ante eam, varia denominationes tē-  
plorum fuerint, veluti quōd Alexandria templa fuerunt, dicta Dionysij & Theonae, Et scilicet  
lib. 3. cap. 6. & li. 4. cap. 9. Constantinopoli magnificū illud & celebre Oratorum Anastasie,  
de quo Socrates li. 5. cap. 7. Alia itē ibidē Apostolorum, Pauli, Petri, Sophie: Hierosolimis  
quōq; Stephani templum, extructum eo in loco, ubi Stephanus lapidibus oppressus dicitur: E-  
phej: itē templū Ioannis Euangelistae nomē referens, & Chalcedoni Euphemie martyris etc.  
ex Augustino tamen colligitur, non idcirco in honorem sanctorum illorum templa hæc fuisse  
vel extructa, vel consecrata, quorum nominibus appellata sunt: sed differentie solum gratia,  
vel à personis in Ecclesia illustribus, vel ab historia & euentu aliquo memorabili denomina-  
tiones eiusmodi sumptas esse: quod Sozomenus de Anastasie templo clarè testatur lib. 7. ca. 5.  
ubi inquit: Nominarunt Ecclesiam eam Anastasiam, ob eam causam, sicut opinor, quod pro-  
lapsum ac velut per potentiam heterodoxorum enecatam Nicani Concilij dogma, tum ibi Co-  
stantinopoli resurrexerat, & per doctrinam Gregorij reuixerat. Vel, sicuti quosdam audiui,  
qui se vera dicere affirmabant, propterea, quòd dum plebs esset in ea Ecclesia, mulier quædam  
prægnans è sublimi porticu delapsa ac mortua, factus super illa communibus precibus reuixe-  
rat, & unā cum infante quē gestabat seruata fuerat: miraculi huius diuinitus editi causa hæc  
appellationem sortitus est ille locus.

Martyria quan-  
do cæperint.

Cæterum paulò ante Iustiniani Imperatoris atatem quidam cæperunt Martyria, hoc est,  
Diuis extruere tēpla, cum ab antiquo, ut paucule Ecclesie, ita non multo quōq; Ecclesiarū mi-  
nistri fuerint: id quod tam ex Iustiniani Imperatoris quàm ex Russij historici patet testimo-  
nijs: Ille enim ad Epiphanium Constantinopolit. vrbs Episcopū, in Nouellis Cōstitut. 3. Et  
sanè, inquit, reuerendiss. clericorū sacrosanctæ maioris Ecclesie regie vrbs nostræ mēsurā cer-  
tis finib. descripta & in arctum admodū cōtracta erat, quo tempore sola adhuc erat sacrosan-  
ctæ maior Ecclesia. Postquam verò & veneranda domus sanctæ & gloriose virginis Deiq;  
genetricis Mariæ in vicinia sacrosanctæ maioris Ecclesie posita ab ipsa piæ memoriæ Veri-  
næ cæpit extrui, item religiosa domus S. Martyris Theodori à Sphratio gloriose memoriæ  
consecrata, & veneranda domus S. Irenes sacrosanctæ maiori Ecclesie copulata fuit, redi-  
gere plane numerum ad veterem formā impossibile est. Regnavit hic Iustinianus circa an-  
num D. 500. Rufinus verò Ecclesiasticæ hist. lib. 2. cap. 27. & 28. Sozomenus quoq; lib. 7. ca.  
24. videntur originem horum Martyriorum h. e. templorum in martyrum honorem extru-  
torum ad atatem Theodosij M. referre. Vide loca.

Si verò statum seu conditionem eorū temporū diligenter consideremus, minū nō erit huius  
modi cultus idololaticus ac tetras superstitiones circa Iustiniani atatē cæpisse. Nulli erāt am-  
plius excellentes Doctores, quales florentissima illa tēpora sub Cōstantino, Iouiniano, Valeri-  
niano, Gratiano, Theodosijs, Honorijs, Arcadio & Martiano habuerūt. Nō potuit igitur  
non negligi, obscurari & adulterari vera & salutaris verbi Dei doctrina. Ex quo fonte hor-  
ribiles et perniciosæ in Ecclesia tenebræ exorta sunt: in primis autē venerationes immodicæ  
imò prorsus idololaticæ Sāctorū mortuorū passim in Ecclesijs veluti diluuiū quoddā inūdarūt.

Clodoveus per  
Gallias sanctis  
multa templa  
erexit.

Circa eiusdem Iustiniani tēpora cum Galliarum Rex Clodoveus per coningē suam Regis  
Burgundie filiam ad fidem Christianā cōuersus esset, & à S. Remigio Episcopo baptizatus,  
per vniversum regnum suum, quod erat maximum, plurima cæpit sanctis templa primò adifi-  
care, inter quæ primariū serè fuit Argentinese, quod Virgini Mariæ extruxit & consecra-  
uit. Referunt hæc M. Dresserus in libello de Festis: Schopperus in Chronico Germaniæ: &  
Sabest. Frank.

Vnde apparet Regis huius animo inhaesisse etiam post cōuersionē, reliquias aliquas, ut se-  
ri solet, gentilismi: quem admodū enim Ethnicis plurima Fana extruxerunt, eaq; varijs Dijs  
dicarunt, ita quoq; Christiani postea suis Sāctis tēpla adificarūt, ipsisq; dicarūt et cōsecrarūt.

Templa Sāctis  
multa sub Da-  
goberto quoq;  
in Gallijs adifi-  
cata.

Tandem verò regnante Dagoberto Magno, circa annos Christi 630. plurima alia tem-  
pla passim & cœnobita, iuxta superiorum temporum consuetudinem, Sāctis extructa & cō-  
secrata sunt: M. Dresserus & Schopperus.

Baleus Centuria 1. de Script. Britan. testatur. Britannos ante annos Christi 600. Ecclesias suas Patri Deo, atq. eius filio Christo Seruatori dedicatas habuisse: sed deinceps statuis ac mortuis Sanctis sua templa consecrassent. Eo enim tempore Antichristus, qui post Constantini M. tempora quasi in alium Ecclesie receptus fuit, quique Gregorio M. sedem Rom. tenente, vitam & incrementa accepit, & quasi ad tempus partus deductus est, Phoea Imp. ope & auxilio in lucem editus & regnum suum auspicatus fuit, ideoq. etiam iuxta Prophetarum & Apostolorum oracula, vera doctrina lux extincta est, studium incorruptam veritatem tradendi refrinxit, & cultuum humanorum amor immodicè creuit.

Solebant autem templa, contra primitiua Ecclesie morem, eorum nomina, in quorum honorem extructa fuerant, imponere, vel Saluatoris: vel Angelorum: vel Sanctorum Apostolorum, vel Martyrum quoq. Hinc sunt Michaelis, Raphaelis Mariae, Petri, Pauli, Ioannis, Stephani, Dionysij & aliorum cognomina. Perinde vt antiquiores Saxones nemora & sylvas Deorum suorum nominibus appellarunt, vt Mutius testatur lib. 12. Arnobius etiam lib. 6. contra Gentes indicat, Ethnicos dicere fuisse solitos ad eundem planè modum, Templum hoc est Iunonis, hoc Veneris; Apollo hic habitat, in hoc manet Hercules, in illo Summanus &c.

In eo solum discrimen aliquod fuit, quòd Christiani vnum idemque templum pluribus per sepe Sanctis, Ethnici verò vni tantum alicui Deo plerunq. dedicarunt, eiusq. nomine appellarunt. Vnde M. Marcellus dedicatus eadem, quam Honori & Virtuti bello Gallico vouerat, pontificum iussu id facere prohibitus fuit, negantium vnum templum duobus numinibus rectè dedicari: quia si prodigium aliquod incidisset, haud sciri posset, vtri numinum rem diuinam fieri oporteret: neq. duobus, nisi certis Dijs (vt Polluci et Castori, Apollini et Dianæ, Veneri & Adoni, Cybele & Aei, quæ nomina societatem quandam inter se habere putabunt) vna hostia mactaretur: Et Marcellus quidem pontificum autoritate motus, alteram priori adiecit hancq. Virtuti, illam Honori dedicauit vt referunt Liuius lib. 7. de bello Punico. Valer. Maximus lib. 1. cap. 10. Sabellicus lib. 4. Enne. 5.

Hæc res igitur in Christi Ecclesia cepit, vt diximus, circa annum demùm 500. à nato in carne Christo, & progressu temporis in fœdum ac non dissimulandum abusum abiit, cum nullum templum imò nullum quantumuis exiguum sacellum reperiat hodiè, quod non in honorem alicuius Sancti, vel opinione saltem talis, extructum & dedicatum sit.

Templa quando in Britannia Sanctis primò extructa,

Templa Christiani in plurimi Sanctorum, Ethnici in vnum tantum honorem edificarunt.

C A P V T. IX.

Causæ multitudinis templorum apud Christianos.

**V**ò d igitur passim post Constantini Magni tempora imprimèq. post annos Christi 500. & 600. toto orbe Christiano innumerabilia extructa sunt templa causæ, seu origo & fons eius rei fuit, quòd neglecta doctrina de iustificatione per solam Christi obedientiam, deq. vera Dei inuocatione in nomine Iesu Christi, cultibus externis & venerationibus Sanctorum nimium tribuerent, & salutem per opera seu merita quædam humana quererent: hoc est, quòd opinarentur, se extructione & edificatione templorum Deo, Angelis, Sanctis & Martyribus præstare cultum. Sic enim Vincentius ait in Spec. his. libro 25. cap. 25. Qui Ecclesiam seu templum edificat, regnum Dei sibi præparat.

Probant ea quæ diximus primò, quòd in locis omnibus vbi vel integra corpora Sanctorum sepulta, vel saltem reliquæ corporum aliqua asseruata & condita fuerunt, templa extruxerunt: vt Sepulchra Sanctorum mortuorum non minus apud Christianos templorum causa præcipua fuerint, quàm heroum & clarorum præstantiumq. virorum apud Gentes.

Templorum multitudinis causa meriti humani opinio & venerationis Sanctorum.

Secundò, quòd templa in honorem vt superiori capite indicauimus, non Dei, sed Ange-



lorum, item diuorum diuarumque aedificauerunt, eorumque nomina ipsis indiderunt. Sic *Bosphorus Orientis Imperator*, ut se Deo conciliaret, quia *Michael* Imp. occiderat, in multis locis Constantinopoli templa crexit, in honorem *S. Archangel Michaelis*, qui *Archistrategus Gracis* dicitur, mirabili & pretioso opere, sicuti ex *Zenara Cuffinianus* refert.

Tertio, quod in periculis constituti superstitiosi homines, templa *Sanctis* uouerunt si ipsorum ope & auxilio liberentur. Sic *Narfetes Eunuchus* in *Gothos* exercitum duellans, sacella duo, si res bellica ex sententia cederent, *Veneris* reuit & voti parua victoria dicant, alterum *Theodoro*, alterum vero *Geminiano* & *Mena* colitibus: *Egnatius* libro 1. cap. 1. *Blondus* lib. 7. *Decad.* 1. *Veneri* in magno incendio *D. Iacobo* adem uouerunt, si ignis restingeretur. *Egnat.* lib. 6. cap. 5. *Ruthgerfes* cum anno 1242. graui obsidione ab *Henrico* 7. Imp. premeretur b. *virgini* sacellum uouerunt, si liberarentur, ut in *Chron. Ducum Bauiariae* indicatur.

Hoc etiam *Ethnici* in more habuerunt: *Romulus* enim *Sabino* bello, quod *Circa Capitolium & Palatinum montem* gestum est, cum turpem suorum fugam quidam per alio sustine non possit, *Statori* *Ioui* adem voto nuncupauit, si fugientium suum metum admississet, ut refert *Luuius* lib. 1. *Dec.* 1. & *Plutarchus* in *uita Romuli*. *P. Sempronius Primogenitus Fortunae S.* adiculam secundo bello *Punico* uouit, & voti reus dedicauit: *Alexand.* libro 1. cap. 53. *M. Marcellus* quoque aedificauit *Honori & Virtuti* templa, quae bello *Gallico* uenerat. *Sabellus* lib. 4. *Enn.* 5. & *Valerius* lib. 1. cap. 1. In obsidione etiam *urbium*, cum *Deos* cari in tutelares euocarent, uouerunt illis templa ludosque Imperatores, si rebus eas desererent, & ad se transferrent, ut ex libro 5. *Reum* reconditarum *Sammionici Sereni* *Macrobius* refert. *C. Marius* item & *Catulus* *cosul* per *gnaturam* cum *Cimbriis* sublati in caelum manibus, hic quidem diem illum *Fortuna* celebratum se dixit, ille uero solennia sacrificia reuit, si victoria potirentur, ut refert *Plutarchus* in *uita Marij*.

Sapere quoque *Christiani* ex magnis periculis liberati, *Templa* in *Diuorum* *Diuorum* honorem aedificauerunt, uti etiam nullum praecessisset votum, quoniam ope & patrocinio se liberatos superstitiosi homines crediderunt. *Isaacus* enim *Comnenus* adem *S. Tecla* crexit in *regia Constantinopolitana*: quod eo die, quo memoria illius celebrabatur, periculum quercus conuentis, patrocinio *Tecla* effugisset, *Zenara* teste. Et *Francorum* *Reges* *Chlotarius & Childebertus* *D. Vincentio* magifico apparatu adem, et decessit *Gothos* peruenit, circa annos *Domini* 542. *Sabellus* auctore *Enne* 8. libro 3. *Henricus* etiam 1. *Rex Francorum* *Eudonem* *Campania*, & *Balduinum* *Flandria* *Comites*, *arcilus* et *appidus* quibusdam felici bellorum euentus auisset, ut grates Deo sanctisque persolueret *D. Marini* templum *Parisijs* extruxit. *Gaguinus* libro 5. *Geysa* quoque *Vngarum* *Rex* praelio superato *Salomone*, templum *D. Virgini* pro victoria crexit.

Faustum hoc etiam ad eum omnino modum, quo *Ethnici* quocumque gratos sese huiusmodi cultibus erga *Deos* suos *Deas* exhibuerunt. *Sesestris* namque *Aegyptiorum* *Rex* uictor orbe, rediens, in *singulis* *Aegypti* *urbibus* ei *Deo* templum construxit, quem ibi praecipue celeriter, teste *Diodoro* lib. 1. cap. 4. *Hypermetra* absoluta in iudicio adem *Diano* *Suadela* *Aegypti* extruxit. *Theseus* cum in *Creta*, interfecto *Asterione* *Mineis* filio, redisset, *Trozer* in *foro* *Diana* *Sospita* templum condidit: *Pausanias* in *Corinthiatis*. *Democles* etiam apud *Argiuos* sacellum extruxit *Palladi* *deus* *regis*, quod ei apud *Ilium* bellanti tenel ras caliginem, ab oculis decessisset: *Collus* lib. 14. cap. ultimo. *Ulysses* cum equas perdidisset, & errando totam peragresset *Graciam*, postremo eo in loco quo eos reperit, *Diana* templum, quam *Eurippen* cognominat, addito equestris *Neptuni* signo, erexisse dicitur, ut refert *Pausanias* in *Aradicis*. *Hyperastenses* *Diana* aggressi templum dedierunt, ob hostes *Sicyonios* propulsatos. *Phalysius* *Aesculapio* ob restitutionem *uisus* templum aedificauit. *Collus* ades *Veneris*, a quodam *Attico* adolescente condita: cui captus a *Tyrhenis*, cum *vinelus* opus ad illos seruiret, *adamatus* ab *berili* filia, & solutus de *montibus*, reuersus, hanc pro salute *Veneri* gratias

gratiam retulit, fano in littore, vnde raptus fuerat, extructo: Suidas. *Helpis Samius* Dionysio hianti, seruatus a leone, templum quoq; extruxit. *Ad Plateas* Graecorum copia, *Mardonium* ducem cum *Perfarum* 30000. occidione deleuerunt, & *Eleutherio*, id est, *Liberatori Ioui* templum construxerunt: *Strabo* lib. 9. *Apud Athenienses*, *Apollini Alexicaco* quasi *Auerruncum* dicas, extructum est templum pulcherrimum, quod pestilentia morbum auerisset: *Pausanias* in *Arcadicis*. *Themistocles* cum in somnis admonitus insidias euasisset, *Magnesia* templum *Dindymena* condidit, *Plutarcho* auctore in *vita eius*. *Rediculi* templum extra portam *Capenam* post bellum secundum *Punicum* construxerunt *Romani*, eo quod propitij *Dij Hannibalem* ab expugnanda vrbe auerissent: *Alexander* ab *Alex.* lib. 1. cap. 4. *Sicyonij* a lutorum feritate liberati templum erexerunt *Apollini Lyceo*: *Pausanias* in *Corinib.* *Iidemq;* a sauisima liberati peste *Suadela* adem dicarunt: *ibidem*. *M. Octauius Herennius* contra piratas fortissimè pugnans, victor euasit. *Huic*, cum in somnijs *Hercules* eum docuisset, quod sua opera esset seruatus, imperato à magistratu loco, adem sacrauit, & signum, *Victoremq;* incisis literis appellauit, vt refert *Macrob.* libro 3. capite 6. *Saturnal.* & *Masurius Albinus* *Nemorabilium* libro 1. *Eteocles Orchomeniorum* rex opulentissimus & potentissimus *Gratiarum* templum primus extruxit, vt vel quam gratus ipse esset, vel quantum alios erga *Deos* gratos esse vellet ostenderet, vt indicat *Strabo* lib. 9.

Ob eandem causam non raro etiam gentiles ex spolijs & manubijs ex hostibus captis Ex spolijs templa sacellaque extruxerunt *Dij* suis. *Elei* enim templum & signum *Ioui Olympico* de manubijs dicarunt, *Pisæis* alijsque finitimis populis, qui ab ipsis defecerant, bello superatis, ac *Pisa* ipsa direpta: *Pausanias* libro quinto. *Cumq;* de *Veientibus* *Caruilinus* *Consul* triumphasset, ærisque grauis trecenta nonaginta millia in ararium detulisset, de reliquo quod ex manubijs & omni præda exactum fuit, *Fortis* *Fortuna* adem, propè illam quæ à *Seruo* *Tullio* dicata fuerat, faciendum locasse, *T. Liuius* auctor est. *Gelon* *Syracusanus* *Cereri* & *Proserpina* templa ex manubijs spolijsq; *Carthaginensium* ingenti magnificentia miròq; artificio extruxit, *Diodoro* teste lib. 11. cap. 1.

Id quod etiam *Christiani* ab ipsis didicerunt: auctor est enim *Riccius* libro secundo de regibus *Hispanie*, *Alphonsum* *Castum*, *Hispaniarum* regem, ex *Maurorum* manubijs, quorum millia septuaginta in acie ceciderat, aras erexisse *Ecclesias*, *Orientensem* & *Asturiensem*. Ex præda quoque *Giula* deuicti, qui *Stephanum* *Vngariae* regem & ex sorore nepotem religionis ergo bello lacesiuerat magnificum *Albæ* templum constructum fuit, *Bonfinio* teste libro primo, *Decad.* secunda. *Cumque* sapius igni conflagrasset, publica enata est opinio, eam ob causam id fieri, quod ex præda, quam *Giulas* per fas nefasque corraferat, edificatum esset, eodem auctore. *Vtinam* hæc pietas & religio inter mortales hodie adhuc floreret. Sed diuersum cernimus. *Quando* enim nostri illi ex bellis reuertuntur domum, sacella ædificant, aras extruunt aut alias in usus sacros conuertunt, qui religiosissimi inter illos sunt, partem aliquam earum opum, quas ex cæde innocentium hominum, imò verè *Christi* fidelium per fas & nefas acquisuerunt & rapuerunt, eaque ratione *Deorum* suorum gratiam & fauorem promereri conantur. *Nec* est qui vel verbulo hæc illorum hypocrisim taxet. *Religiosissime* verò *Vualafrius* abbas ille monet, curandum vt ex iuste partis templa extruantur. *Cumque* sanctissimi patres statuerint, melius esse egenis & pauperibus facultatibus opibusque subuenire, quam templa ædificare, quid dicturos putas, si hodie viderent ex pauperum & fidelium bonis direptis multos ecclesias construere?

*Quarto*, quod sanctis templa extruxerunt, vt eorum intercessionem apud *Deum* hac ratione promererentur. *In* *Modacia* enim *Theodelinga* *Longobardorum* *Regina* *Agulfi* vxor, cum *Adoaldum* filium peperisset, templum *Ioannis* *Baptista*, pro se & omnibus *Longobardis* construxit, VT PRO SE APVD CHRISTVM INTERCEDERET; ex quo etiam tempore demum *Longobardi* *D. Ioannem* inuocare ceperunt, vt referunt *Pau* *lus Diaconus* lib. 4. cap. 7. de gestis *Longob.* & *Sabellicus* lib. 5. *Enne.* 8.



5. *Miracula etiam aliqua que Sanctos edidisse fabulantur, causa multitudinis templorum fuerunt: qua de re sequenti capite agam.*

*His rebus factum est, ut omnibus post Constantinum M. seculis, ad hoc presens usque, templorum numerus creuerit, nec ullus unquam finis & modus condendorum templorum fuerit.*

## CAPUT X.

Miracula falsa pro ædificatione Templorum in honorem cum Dei tum Sanctorum; ubi primò de Miraculis, quæ pro confirmatione multorum errorum & superstitionum fiunt, in genere.



*Via negari non potest, quin multa in Papatu signa & miracula fiant, quaritur, an ea doctrina statim pro vera suscipienda sit, quam videamus multis & magnis miraculis comprobari? Id verò negamus: & ratio est, quòd Deus permittit interdum etiam per falsos doctores, perque malos & impios homines edi miracula.*

*Exod. 7. Magi & malefici apud Pharaonem suis artibus signa ediderunt. Matth. 7. inducit Christus quosdam dicentes in die iudicij, Nonne Domine in nomine tuo demonia eiecimus? nonne in nomine tuo multas virtutes edidimus? Quibus tamen dicitur, Nunquam noui vos, discedite à me qui facitis iniquitatem. Matth. 24. ait Dominus: Surgent pseudochristi & pseudoprophetae, & signa magna dabunt, ita ut in errore inducantur, si fieri possit, electi. A Paulo 2. Thess. 2. Antichristi aduentus describitur secundum operationem Satanae, cum signis & prodigijs mendacibus. Vnde & Cyrillus lib. 7. cap. 13. in Euangelium Ioannis, Miracula, inquit, nihil adijciunt sanctitatis homini, cum malis & reprobis id etiam compositat,*

*Miracula vera que.*

*dicente Domino apud Matth. Multi dicent mihi in die illa, Domine, &c. Ergo ut possimus vera miracula, quibus credendum, à falsis discernere, oportet definire quæ nam sint miracula vera, externa scilicet quadam opera & facta in admiratione apud homines habita, & talia reuera, qualia apparent diuina virtute, & ad declarandam doctrinam fidei, vel promissionum diuinarum, vel potentia Dei veritatem & certitudinem, & ad Dei gloriam edita. Hæc definitio ex causis collecta est, atque ex ea intelligi potest quomodo vera miracula à falsis sint distinguenda. Vera habent Deum authorem, cuius vi atque virtute fiunt præter naturæ ordinem, nec ibi est aliqua impostura: in eum quoque finem eduntur, ut Deum ritè colamus, eiusque*

*Miracula falsa*

*verbo, missis erroribus, & vitijs, fidem habeamus. Falsorum author est Satanas, qui illa vel per se ipsum, vel per impostores, tanqua organa edit, idque varijs modis. Primò enim fiunt, in quibus res verè tales sunt quales apparent, quo pacto & Magi Pharaonis creduntur serpentes veros, aliisque id genus produxisse. Ita non negamus in Papatu multa verè fieri, ut quòd sanguis è crustulis Sacramenti verè effluerit, quòd idola verè loquuti sint, quòd multii in peregrinationibus ad Sanctorum mortuorum statuas verè à morbis liberati fuerint, &c. minime tamen vera miracula dicenda sunt, cum reliquæ causæ, quas in veris & propriè dictis miraculis spectari oportet, desiderentur: in primis, cum abducant à Deo ad idola, & à veritate religionis ad superstitiones. Secundo fiunt miracula à Spiritibus & hominibus malis, in quibus res quoque verè fiunt & conspiciuntur, sed adhibitis tantum rebus quibusdam naturalibus: lapidibus siquidem, herbis, oleo & id genus alijs occulta quædam vis inest, qua res iniustate perfici possunt, diaboli autem & magi illarum virium naturalium insigne habent experientiam: Ceteri interea qui hunc usum rerum naturalium ignorant, existimant magna fieri miracula, cum nihil sint minus. Tertiò fiunt miracula, in quibus res quædam sensibus apparent, sed tamen non sunt veræ res, sed tantum falluntur & ludificantur sensus hominum, ut existiment se res videre & sentire, quas tamen nequaquam vident sentiuntque. Itaque hæc quidem miracula vera censerì debent, quandoquidem rerum deest veritas, ac sensus decipiuntur. Vbi enim præstigia adhibentur, & ludificantur hominum oculi, ut id se videro arbitrentur, quod tamen reuera ita non est, tunc miraculi dignitas amittitur. His tribus*

*miraclorum*

miraculorum falforum generibus illud quoque addo, quòd sæpè aliqua pro miraculis habentur, que nihil aliud quàm impostura, doli, & fraudes monachorum, sacrificulorum & similium sunt. Exempli gratia, flere & loqui interdum putantur imagines seu statuae, cum oleum à sacrificiis infusum statuae ad exteriora penetret, & pro lachrymis habeatur, aut ijdem per arundines imaginibus admotas quæ volunt loquantur: sæpè etiam creditum suit animas ex purgatorio rediisse & in cæmeterijs oberrasse, cum, rei veritate depræhensa, impostura sacerdotis alicuius fuerit ad emungendum argento homines nefariè excogitata: vt non iniuria Nicolaus Lyra in 14. cap. Danielis hæc de re conqueratur, dicens: In Ecclesia Dei populus sæpè decipitur à sacerdotibus, fictis miraculis, lucri causa. Cuius generis plurima apud Gentes quoq; accidisse legimus. Cum enim sub Constantino & Theodosio statuae euerterentur, repererunt aut mortuorum corporum ossa, atque arida crania, incantatorum peruersitate imposta: aut panniculos, sæda abominatione sordidos: aut fæni & stipularum fasciculos, vt refatur Eusebius lib. 3. de vita Constantini. Per statuas etiam incantatores suas exercuisse fraudes idem indicat lib. 9. hist. Ecclesiast. cap. 3. vbi de Theotecno refert, quòd incantationibus suis effecerit, vt statua quedam Iouis mirabilia edere visa sit. Ex adytis quoque per cuniculos in statuas prorepisse, indeq; responsa dedisse, auctor est Theodoretus lib. 5. cap. 22.

Vbi nec illud prætereundū videtur, quòd multa miracula, à monachis etiam, inertissimo supersticiosissimoq; hominum genere, conficta sint, vt questum inde vberiore facere queant, cum tamen nihil vnquam simile acciderit. Ea verò res in causa fuit, vt auctores posterioribus seculis, eiusmodi rumores & fabulas ab alijs excogitatas & confictas ex monachorum libris alijsq; apocryphis hauserint, & historijs superiorum temporum sine omni iudicio inseruerint. Huius generis miraculosas narrationes apud Zonaram, Nicephorum, Paulum Diaconum, & Vincentium in primis, alijsq; posteriores historicos plurimas reperias, quibus haud facillè sine suspitione falsitatis fidem adhibeas. Vbi tutissimum semper fuerit ex doctrinae veritate de miraculis iudicium facere, non de doctrina ex miraculis: quod consilium Dominus ipse Deuter. 17. cap. dedit nobis. Et Chrysostomus Oratione Quinta aduersus Iudæos docet, miraculis credendum non esse aduersus sacram scripturam. Nec illud omitendum videtur, quod in diligenti authorum lectione obseruaui, a nullo fide digno auctore veteri eiusmodi falsa & mendacita signa, ad confirmandum cultum Deorum alienorum varijsq; superstitiones excogitata, referri, qualia post Gregorij Magni demum tempora, cum omnis generis superstitiones cateruatim in Ecclesiam irrepent, referuntur.

His ita in genere præmissis, deinceps in sine cuiusque loci referemus, quæ signa seu miracula falsa Pontificij, pro confirmatione omnis generis errorum & superstitionum, proferant, ijsque non minus quam sacrae scripturae immitendum contendant.

### Miracula falsa pro ædificatione templorum.

**G**ENOVEPHA virgo Parisien. Catulacensem vicum, vbi D. Dionysius interfectus fuerat, reuerenter frequentauit: cui basilicam quoque vouit. Sacerdotum collegia supplex adiit, vt ex collata pecunia eadem illi sacerent. Illi verò modo paupertatem, modo calcis inopiam causantur. Contra illa: Egre dimini (ait) quæso ad pontem vt bis, & quæcunq; audieris, renunciate mihi. Egressi, dum in foro stant attenti, siquid acciperent, ecce subulis duo aduenientes colloquuntur. Alter, Dum suis (inquit) vagantis vestigium operatus legerem, maximam fornacem calcis inueni. Ego quoque iidem in sylua, inquit alter. Hæc Sacerdotes virgini referentes, præ gaudio in lachrymas effunditur. Ea que vbi ciuibus significata sunt, magnifica è collata pecunia ædes erecta, Dionysioque dicata est. Sed ne quidem prodigia in ædificanda basilica desuere. Nam cum fortè potus fabris lignarijs deficeret, cadum accepit memorata virgo: quem vbi, exorato numine, crucis signo expiavit, mox operarijs plenum propinavit, pari que exuberantia semper redintegratus, eorum sitim ad consummatum usque opus expleuit. Bonifacius lib. 5. Decad. 1.



Primi Venetæ urbis conditores, quos Patavinos fuisse dicunt, cum casus quasdam extruxissent, nec adhuc templum alicui numini dicassent, repente ignis ex architecti domo notu erumpens, continuato incendio 24. domos absumpsit, vento & materia passim flammam alentibus. Tum multitudo templum D. Iacobo vouit. Ignis continuo cessauit, & aedes ex voto erecta est. Egnatius lib. 6. cap. 5. Narrat quoque Palmerius, Petrum, Rapphaelem, Iesum Christum, Mariam, Ioannem Baptistam, Iustinam, & duodecim Apostolos, diuerso tempore Magno Oppitergeni Episcopo reuelasse, ubi Venetijs vellent sibi templa extrui. Quæ tamen fabula adeo insulsa est, ut ipsemet Sabellicus Enne. 8. lib. 6. eam à Dandulo, qui de Origine Venetiarum scripsit, improbari affirmet.

Garganus quidam cuius Sipontinus, armentalem taurum, qui à grege aberraret, quæritans, inuentum tandem ad speluncam nativam, in viuo cauatam saxo, ira percitus sagitta petijt. Ea ubi tergum tauri attigit, retrò flexa è vestigio in Garganum versa est. Ea re in religionem versa, Garganus Laurentio sacerdoti totam aperuit. Is indicto trium dierum ieiunio Michaelem archangelum in somnis vidit, affirmantem sua opera taurum indicem basilicæ exitisse, quam inhabitari vellent, & ab hominibus coli. Specus igitur consecratur, & augustissimum ibidem templum extruitur, quod plurimi mortales quotannis accedere solent. Pont. lib. 2. belli Neapolitani.

Sub Childeberto Monarcha Francorum, archangelus Michael apparetis Auberto Abrincateni Episcopo, monuit eum semel & iterum, ut in loco maris, qui propter eminentiâ sui Tumba vocatur, fundaret ecclesiam in memoriam sui, volentis talem venerationem exhiberi sibi in pelago, quæ illis exhiberetur sibi in monte Gargano. Interim taurus à leone furtim raptus in illo loco religatur. Unde Episcopus terribiliter admonitus, ut in illo loco fundamenta iaceret, ubi taurum religatum inueniret, & sicut eam terram pedibus protruisse videret, sic Ecclesia ambitum duceret. ecclesiam in honore S. Michaelis instituit. Et ex hoc tempore, sicut in monte Gargano, ita etiam illo in loco, quod modo dicitur, In periculo maris, veneratio archangelus cepit frequentari. Siebertus anno Domini 799.

S. Dionysius à Carolo rogatus, ut veniam delictorum impetraret omnibus in Hispania mortuis, accepit hoc responsum à cacodaemone: quod omnibus illis qui nummos contulissent ad templi sui ædificationem, venia sit impetrata. Vincent. lib. 24. cap. 22.

Sic Geysam Ungarorum regem, dum Christianæ religionis doctrinam suos subditos docere cogitat, & antiquatis maiorum ceremonijs, nouæ puritatis ritus extructis templis institueret meditatur, Deus per cælestem ex alto interpretem in somnis eum consolatur, omnem sollicitudinem deponere, ac bono animo esse iubet: neque enim tali cura eum vexari oportere, ut sacella dicet, sacrosantos introducat antistites, Scythicamq; gentem à prophana religione vindicet, quando sanguine pollutas manus habeat. Neque villo modo fas esse, insectis humano cruore manus, piæ aedem erigere, & orthodoxæ fidei fundamenta iacere, quæ piæ tantum & nullo facinore contaminatas exposcant: sanctissimum ex eo filium proditurum pollicetur, qui ad hæc à diuina benignitate sit prædestinatus. Bonfinius lib. 1. Decad. 2.

Ladislaus Ungarorum Rex, in Bihorienfi agro inter venandum cælesti admonitus miraculo dicitur, ut ad Chrysum amnem D. Virgini basilicam extrueret eiq; dicaret: locum enim illum magnæ matri gratissimum futurum. Isq; sine mora magnificentissimam ibi aedem ædificat: si verum est quod Bonfinius refert lib. 4. Decad. 2.

Cum Henricus 7. Thuringie Landgrauus, Rutlingam anno 1247. obsideret, ciues uouent, se B. Virgini sacellum constructuros, si liberarentur: mox illa apparuisse & hostes abegisse dicitur in Chron. de ducibus Bauaria.

Neque verò hæc tantum apud Christianos, verum etiam apud Ethnicos huius generis multa acciderunt.

Refert Plinius lib. 36. cap. 14. ædificationi Ephesini templi Ctesiphonem quendam præfuisse architectum. Is cum anxius esset quomodo in limine ipso epistylion molem maximam ac tollere posset, & manum sibi inferre cogitaret, nocturno tempore in quiete vidit præsentem Deum

Miracula pro  
templorum ex  
structione apud  
Ethnicos.

Deam cui templum fiebat, hortantem ut hoc faceret, se enim composuisse lapidem, atque ita postero die apparuit. Cui non dissimile illud est, quod Ruffinus lib. 1. cap. 10. ex Baurij regis Iberorum relatione narrat: tempore Constantini Magni gentem illam, per feminam quandam captiuam ad Christianam religionem conuersam, templum adificare cepisse: & structis muris, cum iam columna duæ essent impositæ, ac tertia foret eleuanda, non potuisse eam loco moueri. Sed feminam illam oratione sua impetrasse, ut columna illa, quam tot machinæ & homines mouere non poterant, altero die esset erecta, & super basim libratè suspensa, nec tamè superposita, & ipsi hominibus spectantibus sensim super basim suam, summa cum libratione consideret. Eadem referunt ex Ruffino Socrates lib. 1. cap. 20. & Sozomenus lib. 2. capite 6. Theodoretus uero lib. 1. cap. 23. etiam ipse Iberorum conuersionem commemorat, horum uero quæ circa columnam hanc miraculose euenerint, non meminit, fortè quòd haud uera esse cognouerit, aut saltem iudicauerit.

Commodè huc etiam referri potest, quod de Magno Alexandro Sabellicus refert lib. 9. Exemplorum cap. 5. nimirum quod urbem in Aegypto conditurus Alexander, anceps consilij, ubi loci eam potissimum adificaret, in tempesta nocte dormienti senex affluerit, uenerabili specie, qui Homericum illud cecinerit,

Præterea undinosa quædam iacet in uisula ponto,

Quam Pharon appellant, Aegyptia litora contra.

quod Oraculum Macedo secutus Alexandriam, ubi hodie uisitur auspiciatissimè condidit.

C A P V T XI.

Superstitiones alicæ circa templorum ædificia exortæ.

**E**QUE uero solum Superstitio multitudinis templorum uerisimilis causa extitit, sed etiam quandam sanctitatem & vim diuinam ipsi ascribere docuit. Hoc primum fecit superstitionum patronus Gregorius Magnus, qui Indulgentias certis temporibus templa uisitantibus primus concessit, Balæo teste Cent. 1. Script. Britannia cap. 68. Quæ res multarum superstitionum & errorum posterioribus seculis origo & causa fuit. Primò autem ob auditum uerbi Dei, preces publicas, & Sacramentorum usum tantum fuerunt extracta templa.

Gregorium hunc mox secutus Honorius 1. constituit, ut omni Sabbato fieret Processio solennis à templo Apollinaris ad S. Petri usque: unde CIRCUTIONES in Encænijs originem in Ecclesia habere uidentur: Funckius & Balæus in Honorio.

Eadem superstitionis magistra in designando loco & fundamentis iaciendis templorum varios ritus excogitarunt. Etsi enim de ritibus in iaciendis fundamentis, & ponendo primo lapide templorum, usurpatis Constantini M. & sequentibus aliquot seculis apud probaeros auctores nihil omnino inuenias: tamen progressu temporis, cunctis in deceritis in Ecclesia ruentibus, ritus & Ceremonia multæ eaque variæ obseruari hac quoque in re cøperunt. Nam de Consecrat. dist. 1. Cap. Nemo ex Aurelianensis Synodi decreto, præcipitur, ne quis Ecclesiam adificet, antequam Episcopus ciuitatis ueniat, & ibidem crucem figat, publiceque atrium designet. Hanc constitutionem paulò aliter recitat Durandus libro primo, capite primo Diuinorum officiorum. De Consecratione, inquit, distinctione prima, capite Nemo: iubetur in ædificatione alicuius Ecclesiæ seu Templi parato fundamenti loco, Episcopus uel Sacerdos Episcopi nomine & de eius licentia ibi aquam aspergere benedictâ, ad abigendas ibi demonum phantasias, & primum lapidem, cui impressa sit crux, in fundamento ponere. Ubi nemo est qui non animaduertat, quæ Aurelianensis Synodi decreto Durandus assuat & affingat. Non igitur hæc ubiq; & ab omnibus, sed alij interdum ritus obseruati fuerunt. Vltimes enim anno Christi 1377. cum Parochiale templum in ciuitatè transferrent, impro iusto spacio,

Templis sanctitas & uis diuina ascripta. Templa uisitantibus indulgentias quis primo concesserit.

Processiones ad templa in sabbatis quis instituerit. Circutionum in Encænijs origo. in templorum fundamentis iaciendis superstitiones



eoq; pulchrè aequato & repurgato, fundamenta sacri templi maximi sternuè fodere ceperunt. In qua primus lapis ab urbis clero S.P.Q. singulari reuerentia & pompa positus est. Vltima Iunij anno quem suprà dixi. Lapidem sumibus demissum, in ipsi's fundamentorum fossis excepit Ludouicus Crato Consul, cum quibusdam nobilibus Ciuitatis: demittebant verò eundem Ioannes Ebingerus cognomento Hübfastus & Conradus Besserer præcipui ciuitatis capitanei, alijsq; senatores & patritij. Posito primo saxo in fundamenta, obtulit illicò super idem, tanquam in aram, centum aureos Rhenenses Crato Consul: cuius exemplum & ceteri nò tantum nobiles & senatores, sed & plebeij cines omnes imitati, singuli sua symbola in auro & argento (non enim obulis & denariolis rem actam aliquis existimet) quisque tamen pro suarum facultatum modulo, ad nouam basilicam extruendam liberaliter conferebat, vt Buischius indicat de Monasterijs Germania. Sic Ioannes Palatinus Rheni & Bauaria Dux, fundator Cænobij Gratiemontis circa annos 1436. primum eius monasterij lapidem ponens, aureum annulum in fundamenta coniecit, vitrumq; vini plenum apposuit, primoq; lapidi inclusit, eodem auctore.

## CAPVT XII.

Templa reuerenter colenda, nec vllis profanis vñibus destinanda.

**I**N Synodo Carthaginen. 4. anno 418. iuxta Marianum Scotum habita, sancitur, vt Templorum pavimenta euergerent verrant.

In templis iu-  
menta non in-  
ducenda.

In Concilio vniuersali 6. Constantinopolit. ca. 88. sancitur, Ne quis iumentum in templum inducat: qui secus fecerit, si sit laicus, excommunicari, si clericus deponi iubetur: Excipiuntur tamen iter facientes, & carentes domuncula aut diuersorio. Hoc decretum hodie non obseruatur, cum passim in omnibus Pontificiorum templis asinus ligneus, qui in Palmarum die per rivos atque plateas trahitur, locum habeat.

In templis mer-  
ces non venden-  
das.  
Templa domus  
negotiationis  
apud Christi-  
anos.

In eadem Synodo præcipitur, Ne quis mercimonia vendat intra templorum ambitum. O legem prodigiosè euersam hodie. Constat etenim, si quod verum est liberè dicendum est, cuncta in papatu templa domus negotiationis esse, contra præceptum Christi, qui ait: Ne facite domum patris mei domum mercatorum, hoc est, mercatus seu negotiatoris. Si enim, vt D. Augustinus sensit, boues vendunt, qui ex ministerio ecclesiastico quaesam & honorem primum captant: si columbas vendunt, qui Spiritus sancti in columbae speciei super Christi in delapsi, donis negotiantur: si oues vendunt, qui vt suo quaesam consulant, miseres mortales per superstitionum præcipita & ambages ad inferos deiciunt ac deducunt, satanaq; mercatus faciunt: fatendum profectò erit, hodie etiam in templis oues, boues & colubas venales interponi, & propterea ex sacrorum conuentuum locis, mercatus ac nundinarum loca effici. Negari siquidem non potest rasuram & vñctionem sacerdotalem, nisi interueniente pecunia, non dari: neminem etiam sine pretio ad pinguioris alicuius conditionem a dministratione admitti. Ea verò adepta, tum demum veri negotiatores seu mercatores efficiuntur: atque etiam exijs, quæ tamen ipsorum iuris non sunt, quaesam aliquem facere satagunt: terram enim, quam Deus omnibus hominibus concessit, vendunt, dum funera pro pretii numerati ratione vel hoc vel illo loco sepe liunt: aquam etiam, quam consecrarunt: aerem, quando nolarum sonitum diuendunt: ignem, dum sua incensa, seu sumos potius viuis pariter & mortuis obtundunt. Ex ciborum quoque discrimine pecunias corradunt, dum illorum vsum, nisi pecunia data, non concedunt. Sacramentorum etiam numerum idcirco auxerunt, vt quaesam vberiore inde facere possint. Imò in cælum vsq; suam negotiationem extendunt, cum peccatorum remissionem & Spiritus sancti x̄risto nato pretio vendant. Et suas indulgentias ante renaescentis Euan-gelij lucem, sine omni pudore, publicè in templis passim venales exposuerunt. Quin Purgatorij terriculamentis hereditates intercepterunt, et iam pridem territoria, oppida, arces, imò in-  
tegra

regna in suam potestatem hoc aucipio redegerunt. Et hæc negotiatio cum in plerisque Ecclesijs per vniuersum orbem Christianum, tum verò maximè Romæ exercetur. *Nura refert* Romane nunci-  
*Theodoricus à Nyem de Bonifacij 9. Pontificis mercatura seu negociatione quam in templo* dine.  
 Dei sedens in spiritualibus exercuit, vt nimirum mercando vel vendendo beneficia ecclesiastica, maximas sibi parauerit opes. Inter alia ait, Hoc eo tēpore omni timore Dei & verecundia hominū posthabita, in tam frequenti erat vsu, quòd Cardinales pro maiori parte affirmabant, hoc licet fieri, cum Papa in talibus peccare non posset. Et quoniam omnes empiri vel promouendi ad Curiam venientes, pecunijs sufficientibus cum sacco non erant instructi, vsura sub Bonifacio in Curia tantum inualuit, quòd amplius non reputabatur peccatum, imò vsuræ exigebantur aliquando publicè coram Bonifacij iudicibus. Omnia beneficia in Ecclesijs vrbs vacantia vendidit: & si non potuit habere pecuniam, res alias in commutationem accepit, vt porcos, equos, frumentum, oues & boues, nil penitus resutando. Postremò ad profundum iniquitatis descendens, nullam penitus supplicationem etiam pro quouis paupere vel alio signare voluit, nisi pro singulis supplicationibus quas signauit, ante signaturam, singulos steros auri à suis mediatoribus deputatis recepisset. Nec credo, inquit Nyem, quòd vnquam adeò inuerecundus & ingeniosus quæstor pecuniarū repertus fuerit, pro vt erat Pontifex Bonifacius. Dum coram eo Missa celebraretur in publico, omni pudoreposito, nunc illum, nunc alium de Secretarijs suis, infra Missarum solennia, ad se vocari fecit, semper in id attentus, an aliquas apporarent pecunias. Nec vnquā vel ira, vel ulla alia vexabatur molestia, in tantum, quin, si videret pecunias sibi afferri, letaretur. Nonnulli qui heri vt scurre aut histiones seu discoli per vicos & tabernas, aliaque loca suspecta per vrbem discurrebant, cras, mediante pecunia, facti Episcopi aut prælati, sacra tractabant. Nec potuit adeò quid iniustum aut absurdum postulari, quod non concederetur, interueniente Simoniaco pacto, & soluta pecunia. Hæc omnia Theodoricus à Nyem, qui fuit auritus & oculatus horum omnium testis, vixit enim in Curia Romana & apud Vrbanum annis circiter triginta. Longum esset cōmemorare hoc loco, quanta vr̄s auri quòtannis ex omnibus totius orbis regnis & prouincijs Romam tanquam in immensam voraginem, pro Inuestiuris Abbatum & Episcoporum, pro gratijs, vt vocant, expectatiuis, pro Pallio, pro Indulgentijs & similibus, fuerit deportata, & adhuc hodiè deportetur, licet nonnullæ prouincie serò tandem sapere ceperint. Illud tamen silentio præterire non possum, quod Henricus à Token, qui in Basiliensi Concilio Madeburgensis Archiepiscopi legatus fuit, in Sylua locorum Communium refert, Archiepiscopum Lugdunensem in eo Concilio narrasse anno Domini 1436, quòd tempore Martini Pape ad Curiam Romanam ex sola Francia venerint nouem miliones auri computati ab Episcopis & prælaturis, absque ijs que computari non potuerint de paruis Clericis, qui quotidie absq̄ numero currant ad curiam Romanam deferentes secum sapius totam suam substantiam. Archiepiscopus quoque Turonensis in eodem Concilio dixit, quòd suo tempore intra 14. annos tres miliones auri Romam venerint, à prælatis & prælaturis, de quibus potuerit fieri computatio. Nec esse dubium inquit à Token, quin omnibus certis & accidentarijs computatis, Papa sepe singulis annis decem miliones coronatorum vndiquaque corraserit, præsertim cum Indulgentiæ maiori in precio adhuc fuerint. Hoc etiam inde colligi potest, quòd Ioannes 22. Papa tantum 19. annis sedit, & tamen moriens viginti quinque miliones coronatorum in thesauris reliquit. Est autem Milion decies centum millia. Vt verisimè Mantuanus cecinerit

Venalia Romæ

Templa, Sacerdotes, altaria, sacra, coronæ,

Ignes, thura, preces, calum esse vanale, Deusque.

Nemo igitur negare poterit, contra Constantinop. 6. Concilij decretum, in templis negociationem nefariè exerceri, adeoque domum Dei domum mercatus factam esse.

Cumque in multis Ecclesijs iuramenta & homagia præstita fuissent, id tamen in Gallia. In templis iura-  
 canis Ecclesijs non licuit: in Arelateni enim Synodo cap. 23. ita præcipitur: placita publica menta & ho-  
 & secularia, neque in atrijs Ecclesiarum, neque in ipsis Ecclesijs seu basilicis fiant. Idem in gia non præ-  
standa.



Turonensi Synodo sancitur capite trigesimo nono.

In templis nulla colloquia habenda.

In templis causas concernentes sanguinem non tractandas.

In Saleguntadiensi Synodo anno Domini 1023. capit. 9. precipitur, ut nulla colloquia in atrio Ecclesie, multo minus intus in ipsa Ecclesia habeantur.

In templis & cæmeterijs causas sanguinem concernentes tractari vetat Lucius 3. sub anathematis pœna, circa annum Domini 1183. Cum, inquit, Ecclesia Dei secundum Evangelicam veritatem, domus orationis esse debeat, non spelunca latronum aut sanguinis forum: secundum lares iudices causas, ubi de sanguinis effusione & corporali pœna agitur, in Ecclesijs vel cæmeterijs agitare sub interminatione anathematis prohibemus. Absurdum enim est & crudele, ibi iudicium sanguinis exercere, ubi est tutela refugij constituta. lib. 3. tit. 49. capite 5. Cum Ecclesia. Et rectè quidem.

Absurdum autem & crudele Gregorio 7. visum non fuit quando optimum Imperatorem Henricum 4. in S. Maria templo Romæ interficere voluit, quodam promissa pecunia ad hoc conducto, ut supra trabes templi occultè lapides magnos collocaret, & ita aptaret, ut de alto super caput orantis Imperatoris demitteret, ipsunque contereret, ut Cardinalis Benno testatur. Absurdum etiam & crudele ipsis non fuit visum Henricum 7. Imperatorem in templo hostia veneno infecta nefariè necare: quod scelus à Bernhardino quodam monacho Dominicano commissum fuit. Absurdum denique illis nunquam visum fuit, nec adhuc hodiè videtur, vinctos Domini, hoc est, Imperatores, Reges ac Principes Christianos, sed libidini Pontificum Romanorum adversantes, in templis fulmine excommunicationis ferire, nec tortoribus seu carnicibus, sed ipsi Satana tradere, & aternis supplicijs addicere.

Anno Domini 1144. Vintoniensis Episcopus in Anglia synodum celebravit, in qua inter alia decretum fuit, Ne quis Ecclesiam seu templum & cæmeterium violans, ab alio quàm ab ipso Papa absolvi possit: & hoc fiebat incensis candelis, & pulsatis campanis: Matth. Paris: Vuilhelmus Neubrigen. lib. 1. cap. 10. In Concilio Lateranensi sub Innocentio 3. habito anno 1215. cap. 19. precipitur, Ne Ecclesia mundanis suppelletilibus exponatur.

C A P V T XIII.

De Asylorum Origine.

Asylum quid, & unde sit dicatur.



Asylum locus est sacer & inuiolabilis, ad quem confugientes sine summo piaculo fas non est rapere & auellere. Dicitur asylum ab a. priuatiuo, & verbo συλῶ, quod est, rapio, prædor, & sacrilegio polluo. Seruius tamen Grammaticus dictum putat, quasi ἀσυρον, à verbo ἄσρω quod significat traho. Hinc per lambdacismum factum putat Asylum pro Asyrum. Vt cunque nomen deriuetur, non multum est laborandum: Attamen id non præteribo, hinc nomen effici ἀσυλῶ, quod ius exprimit, quo fruuntur ad aras, statuas & templa confugientes. Unde iactatur illud, εἰς ὄνομα εἰον ἰσταφείοντες ἀσυλῶν εἰρον hoc est, qui ad Thesei templum confugiebant, ius veniæ habebant. Aedes verò & simulacrum vocabant ἀσυλον. Pollux dicit, præcones vel caduceatores fuisse ἀσυλῶν, id est, tuos, ita ut ubicunque essent inuiolati seruarentur.

Asylorum origo.

Originem autem & initium Asylorum ad tempora nepotum Herculis referunt, eosque auctores eorum faciunt. Cum enim Hercules migrasset à terris, nepotes eius, auctore Seruio in 8. Aeneid. timentes insidias eorum quos auus afflixisset, Athenis primi omnium Asylum, hoc est, templum Misericordie extruxerunt, curaruntque decretum fieri, ut qui eò confugissent, inde non possent abduci & auelli: quod Statius etiam affirmat 12. Thebaidos, his verbis:

Fama est defessos acie post busta paterni  
Numinus Herculeos sedem fundasse nepotes,  
Sic sacrasse loco commune animantibus agris

Confugium.

Confugium Meminit etiam Plutarchus in vita Thesei. Seruius Polyd. Vergilius lib. 3. cap. 12. de Inuent. rerum. Ludouicus Viues in cap. 34. lib. 1. de Ciuit. Dei Augustini.

Gilbertus Cognatus Narrationum lib. 4. Asylorum Origenem ad Nimrochum referre videtur, sic enim inquit: Nimroch gigas Babilonicus, filio suo primogenito amisso, ad lenimen sui desiderij statuam posuit, & erexit auream in templo & in palatio, quam tanquam Deum colere cepit, & ad eam confugientes homicidæ latrones, & capitalis supplicij rei, statim venia codicillari donabantur.

Alexander ab Alex. lib. 3. cap. 20. primum Cadmum, dum Thebas conderet, asylum aperuisse dicit, ad quod confugientes sine discrimine serui aut liberi ab omni pœna tuti erant.

Hos diu postè imitati sunt Romulus & Remus, qui Asylum struxerunt inter arcem & Capitolium, loco Intermonio nominato, omnesq; receperunt, neq; seruum dominis, nec creditibus nexum, nec magistratibus dederunt homicidam: sed inuiolatum locum ex oraculo Apollinis præstare se, asseruerunt, ut sic multitudo eorum hominum, qui alibi ob facinora sua tuti non erant, eò confuere spe impunitatis ad nouam urbem condendam incolendamq; Liuius lib. 1. ab urbe condita: Dionysius lib. 2. Plutarchus in Romulo. Ouidius quoque hoc attestatur lib. 3. Fast. hoc modo:

Romulus ut saxo lucum circumdedit alto,

Quilibet huc, inquit, confuge tutus eris.

Vergil. etiam in 8. ait

Hinc lucum ingentem, quem Romulus acer asylum

Retulit.

Cui verò diuo diuante templum hoc à Romulo pro asylo erectum

fuerit, non constat: etiam Dionysius ignorare se id dicit: Sunt qui arbitrentur, dicacum fuisse Veionii. Celebrabatur tamen asyli lucus 4. nou. Febr. teste Ouid. lib. 2. Fast. Lud. Viues ut supra. Fuit & aliud Asylum, auctore Strabone in 8. Geogr. non procul Troecene, in insula nomine Calauria, Neptuno dicatum. Tum aliud in Aegypto, ad Cenopicum Nili ostium, Herculi consecratum, de quo Herodotus lib. 2. meminit: Erat, inquit, & in eo litere, quod nunc quoq; est Hercules templum, ad quod si quis cuiuscunque hominis seruus confugiens capiat sacras notas, sese Deo tradens, eum nefas est tangere: Que sanctio ad eam usq; atate in prorsus immota perseverauit. Fuit etiam in ipsa Aegypto, sicut commemorat Strabo lib. 17. & ultimo Geograph. Osiris asylum, & in Syria Apollinis. Hac Polydorus loco supra citato, & Ludo. Viues. Liuius lib. 5. de bello Macedonico scribit, Templum Apollinis Delij fuisse asylum, atque sacra templa à Græcis vocari Asyla. Et Romæ postea decretum fuit ut Imperatorum statua essent ἀσυλον: Philostratus de Tiberio.

Dunuallus Molmutius Brytannorum 23. Rex, primus in suo regno templa Deorum asylorum loco constituit, a. no m m di circiter 3535. & ante Seruatore m natum 425. ut indicat Balaus de Script. Bryt. Cent. 1. cap. 13.

Asylorum in Angliæ origo.

Apud Israelitas Asylorum auctor, sed iussu Dei, extitit Moses. Is in suis legibus, pluribus locis, ciuitatum refugij mentionem fecit: veluti Exod. 21. Num. 25. Deut. 19. ubi constituantur ab eo tres refugij ciuitates cù Iordanem, & totidem vltra Iordanem, ut in omni Israele tantum sex Refugij ciuitates fuerint. Tamen Deut. 19. tria alia addi iubet, quando terram illorum amplificauerit Dominus. In his ciuitatibus tutus erat, quicumq; eò confugiens imprudenter se eadem commisisse probare poterat: non tamen egredi licebat ei, sed illic usq; ad mortem summi Pontificis manere cogebatur, tunc demum in patriam reuerti licebat. Quòd si extra fines asyli egressus fuisset, eum vindex inuentum impunè occidere poterat. Si verò prudenter eadem fecisset conuictus esset, sub iudice pœnas morte luebat.

Asylorum in Israele origo.

Immunitas autem hæc templorum deinde, à Iudæis & Ethnicis exemplo sumpto, ad templa Christianorum, Abbatis & Monasteria translata est.

Sigebertus, Marianus Scotus, Platina, Cranzius lib. 2. cap. 1. Metrop. institutum hoc apud Christianos ad Bonifacium referunt, qui pontificatum Rom. tenuit circa annū Christi 622. Is, inquit, primus pontificū inuitas aras & ecclesias esse reus asyla, ita ut fugiens aliquis, quouis crimine patrato, ad sacras aedes, violenter inde non abstrahatur. Vide etiam Balaum in vita huius Bonifacij.

Asylorū apud Christianos origo.



Reperio autem usum Asylorum apud Christianos antiquiorem esse, & ante Bonifacium hunc, non solum à Pontificibus, sed Imperatoribus quoque & Concilijs institutum fuisse, quod etiam fateatur Genebrardus in Chronogra sua fol. 672.

Petrus namque de Natalibus lib. 2. cap. 22. Catalogi Sanctorum indicat, Sylystrum 1. Constantini Magni tempore decreuisse, ut si quis mortis reus ad Ecclesiam confugeret, iudicium mortis euadat.

Fuisse etiã in usu inter Christianos Asyla Basilij Magni & Valentis Imperatoris tempore, ex narratione eius historia patet, quæ extat in Nazianzeni oratione quam in funere Basilij habuit, ubi sic ait: Accidit ut Præfectus Valentis Imperatoris assessorum haberet, qui nobilem quandam feminã miserè deperibat, cupiebatq; illam uxorem ducere. At ea recusabat, præfectus assessori studebat: unde vis mulieri afflicta parabatur, quare illa confugit ad Ecclesiam: Basilus autè protexit eam iure asyli, quod templis & altaribus concessum fuerat.

Asyla apud  
Christianos  
aucta.

Auxerunt numerum Asylorum Imperatores post ea tempora, qui priuilegia sanorum gentilium sacris Christianorum adibus contulerunt. Testantur hoc Theodosius & Valentinianus A. A. in Constitut. ad Antiochum præfectum pratorij & Cos. ubi hac ratione vtuntur: Cum illi qui idola adorabant, & in maxima veneratione in ea vanitate versabantur, aut certis sacerdotibus commiserint, & templa quasi terris eminentiora constituerint, quanto magis decet nos nostrã religionẽ colere, & c. Item, Aram salutis in nostris quoq; statutis vetustis constituit, & qui vestigia nostrarũ imaginũ consequuntur, nimis aduersa fortuna liberatis & securi redduntur. Cum igitur statuas tangete propter imperialem venerationẽ supplicibus tantũ auxilij præstet, quantum oportet præsidij ad sacratissimas eius cõsugientibus præstare?

Honorius quoque & Theodosius legibus cæcuerunt, ut qui aliquos ab aris & templis vi abstraxissent, crimen læsæ maiestatis incurrerent: vt habetur in Cod. lib. 2. De his qui ad Ecclesias confugiunt l. Fidei.

Socrates etiam lib. 5. cap. 6. sua historia narrat, Eutropium quendam ex proceribus Arcadij Imperatoris cupiuisse admodum se discipi de ijs qui ad Ecclesiam profugerant: cumque id per legem ei non liceret, ab Imperatore legem extorsit, quæ templis ius asyli abrogaretur. Sed paulo post contigit, ut ille ipse Eutropius cum quibusdam familiaribus Cesaris indignationem incurreret: quare ne caperetur ad Ecclesiam confugit, quod tamen ei nihil profuit. In hunc vtum præsentem Chrysostomus grauitè conciorando inuictus est, dicens, Ecclesiam illum defendere non posse, qui priuilegium libertatis abstulisset ei. Augustinus epist. 187. Bonifacio comiti, qui Africam Romanorum nomine administrabat, cum vi rapisset quendam ex templo, scribit, se vehementer mirari quòd hominem inde abstraxisset, mandatque vt incolumentum quamprimum restituat, ni excommunicationis pœnam incurrere velit.

In synodo Arausiana circa annum Domini 440. celebrata, cap. 5. sancitur, vt confugiens ad Ecclesiam, laci sancti reuerentia & intercessione liceat esse tutus. Dist. 87. cap. Eos qui ad Ecclesiam.

Asylorum abusu.

Etsi verò consuetudo hæc ab initio tollerabilis fuerit, tamen progressu temporis in non dissimulandum abusum transiit, quo scilicet templa & ecclesie Christianorum spelunca & latibula furum, latronum, parricidarum, fugitiuorum, & quorumcunque flagitiosissimorum hominum factæ sunt, vtpote quibus ibi licuit esse tutis & securis: quam rem fortossè Bonifacius ille 5. suo decreto confirmauit & approbauit.

In Concilio enim Aurelianen. 1. anno Domini 512. celebrato, ca. 1. sancitur, si homicida, adulter, fur, ad Ecclesiam confugerit, vt inde eum abstrahere non liceat. 17. q. 4. Id constitutum. Idem etiam præcipitur in Aurelianen. synodo 4. anno 550. hebata, ca. 2. quo sancitur non tantum, vt hoc ius ab Episcopis ecclesijs conseruetur, sed illos etiã excommunicari vult, qui facere id neglexerint.

In Herdensi synodo sub Symmacho Papa habita circa annum Domini 508. ca. 8. ita statuitur: Nullus clericorum seruum vel discipulũ suum ad Ecclesiam confugientem extrahere audeat, vel flagellare præsumat. Quod si fecerit, donec dignè peniteat, à loco, cui honorem non dederit, segregetur. 17. q. 4. nullus Clericorum.

In Tole-

In Tolerana Synodo 12. anno Christi 681. celebrata, cap. 10. decernitur, vt nullus eorū qui ad Ecclesiam fugiunt intra triginta passus ab ea auellat aut capiat, c. 17. q. 4. Definuit san-  
ctum Concilium.

In Concilio Moguntino anno 813. habito, cap. 39. ita sancitur: Reum confugientem ad  
Ecclesiam, nemo abstrahere audeat, nec inde donare ad penam vel ad mortem, vt honor Dei  
& sanctorum eius conseruetur, sed rectores Ecclesiarum, pacem & vitam ac membra eius ob-  
tinere studeant: tamen legitime componat quod iniquè fecit.

Vrbannus in Synodo Claromont. constituit, vt qui ad Ecclesiā vel Crucem confugerent,  
data membrorum impunitate, iustitiæ tradantur. Vincent. spec. hist. lib. 26. cap. 91. Factum  
anno 1095.

Quia verò Iustinianus Imp. hanc licentiam seu immunitatem Asylorum tam amplam Asylorum im-  
munitas limita-  
tata.  
& latam Rebuspub. plurimum obesse vidit, ideo eam limitauit & contraxit, sicut in Authent.  
videre licet, tit. de mandatis principum. §. Quod si delinquentes. Vbi excipit homicidas, adul-  
teros, fures & virginum raptores. Nam præfecto suo scribit, vt omnino tales puniat, nec eos  
patiatuſ illos asylorum priuilegijs frui. Verba Iustiniani in Constit. hæc sunt: Ἐπεὶ δὲ συ-  
λιας τὸν & μοιχοῖς, καὶ παρβίων ἀρπαξί, καὶ φαρσί, καὶ ἀδ' ποφόνους.

Carolus quoque Magnus constituisse, Auentinus lib. 4. Annal. refert, vt fures, homi-  
cide, & huiusmodi crimina committentes, si ad asylum templumve fuga elapsi forent, repe-  
terentur, atque vi eriperentur.

Idem fecerunt ante Iustinianum & Carolus Ethnici quoque imperatores. Nam iuxta  
Ephesinum templum Asylum erat libertatis inuiolata ad stadij spatium ab Alexandro Ma-  
gno extensum: Mithridates paululum plus addidit. Marcus Antonius etiam vrbis partem  
comprehendit. Quod Augustus tamen damnosum esse ratus, quoniam impunitate proposita,  
multorum libido ad scelus inuitaretur, irritum fecit, vt refert ex Strabone Vadianus in E-  
prome trium part. terræ in Ionia. Et Alex. ab Alex. lib. 3. cap. 20. Experiuntur id hodie Ro-  
mani, apud quos tot sunt Asyla, quot Cardinalium aedes, in quibus seruati fures atque sicarij,  
vrbem alioqui pacatam & nobilem, veluti latronum speluncam efficiunt. Tiberius quoque  
Cæsar, referente Suetonio & Tacito, pertæsus tantæ Asylorum libertatis, priuilegia omni-  
bus abrogauit.

Imperatoria verò hæc leges firmæ alioquin & authenticæ enervatæ, obscuratæ imò penè abo-  
litæ sunt iure pontificio, ipsorumq; decretalibus. INNOCENTIVS enim III. Papa circa an-  
num Christi 1205. ad regem Scotorum in hanc sententiā scripsit: Nemo ab Ecclesia rapiatur,  
quantumuis GRAVIA commiserit. Deinde sanxit, vt, qui se ad Ecclesias receperint, si po-  
stea liberentur, non possint amplius pena corporis multari eius criminis causa, sed tantum  
quibusdam alijs pœnis ciuilibus. Prius verò quàm præfecti Ecclesiæ illos reddant, cautionem  
à magistratu accipiant, vt illos non occidant. Extat in Decret. de Immunitate Ecclesiæ, cap.  
Inter alia.

Ne tamen viderentur nimis frena sceleribus laxare, tres casus exceperunt Pontifices  
Max. Primum defendere nolūt latrones publicos, qui vias obsident. Deinde nocturnos gras-  
satores, qui vastant agros. Tertiò illos, qui vel in Ecclesia, vel in cæmeterio enormia scelera  
committunt, freti ea spe, quòd ibi futuri sint illæsi. Tales enim ab Ecclesia non proteguntur,  
cum in Ecclesiam grauiter peccent. Habentur hæc in Decret. de Immunit. Ecclesiæ. l. Im-  
munitatem.

De Seruis etiam statuerunt, si confugerint ad Ecclesiam, & armati fuerint, non esse re-  
cipiendos. Id etiam habetur in C. De ijs qui confugiunt ad Ecclesiam. l. Si seruus. At si eò se  
conferant iuuenes, & apud Ecclesiam querant aduocatos, recipiuntur: domini eorum conuo-  
cantur, qui data cautione impunitatis, eos recuperant.

Cætera verò quantumuis graua scelera, vt homicidia, raptus virginum, adulteria, sur-  
ra, &c. defendunt, quemadmodum in Decretis habetur 36. quæst. 1. Canone de Raptoribus.

Præstant quoq; illam immunitatem non tantum Christianis, verum etiam Iudeis, modò



non simulent: Ethnicis item, nec non excommunicatis & hereticis. Distingunt tamen ad hunc modum: Si hereticus propter alia crimina in periculum veniet, defenditur: Sin vero propter ipsam heresim, asylo non fruatur.

Præterea non tantum Ecclesiæ hæc libertas concessa est, verum etiam domui Episcopi, etsi coniuncta non sit Ecclesiæ. Quod habetur in Decret. 17. q. 4. Can. Id constitutum.

Ipsi quoque Episcopi Asylo sunt facti sceleratissimis quibusq; ad imitationem Ethnicorum, apud quos, si sacerdos Iouis pro soribus templi staret, qui venissent, seque pedibus eius aduoluerent, immunes erant: si vincti essent, illico soluebantur, ut Placarehus refert in problematis. Eadem ferè consuetudo introducit in Triburiensi Synodo ca. 46. Vbi ita præcipitur: Si cuius vxor cõsupta fuerit, & propterea maritus eam capitali sententia delere machinatus fuerit, ipsa vero vrgentis mortis periculo ad Episcopos confugerit, & auxilium quaesierit, operosiore, si potest, Episcopus labore desudet ne occidatur, si vitam ei obtinere possit, reddat: sin autem, omninò non reddat. Maritus vero quandiu ipsa viuat, nullo modo alteram ducat.

Tantundem etiam priuilegij concedunt suo Deo panaceo, cum vel in pompa, vel ad ægrotos circumfertur. Nam tunc sacrificio si se aliquis adiungat, asylo habet.

Qui autem degunt in asylo, & libertatem assequuti sunt, sibi possunt cum aduersarijs agere. Quod si obarati sunt, & fisco debeant, pontificij statuunt, eo casu licere iudicibus hominem illum citare, pro soribus Ecclesiæ. Si satis fecerit, bene res habet: sin minus procedunt ad bonorum possessionem, quæ deinde vendunt ac distrahunt, quo ad omne debitum diluatur. Sin vero non fisco, sed alijs debeant, inducitur 30. dierum illis dantur, quibus è templo exire liceat, & patronum quaerere. Quod si contra illos pronuntiat, coguntur vel stare iudicato, vel ad asylo redire.

Augustinus autem de concordia Euangelistarum lib. 1. cap. 12. factum Romuli & Remi, cuius supra mentionem fecimus, eo nomine damnat: quòd, ut auerent urbem quam condiderant, impunitatem sceleratissimis hominibus dederint, eosque aduersus patriam suam armarint, cuius leges timebant, ac inde pro mercede fuga impunitatem adipiscerentur. Quid optimus pater dicturus fuisset, si ius pontificium de libertate asylo legisset?

Vnde non immeritò decreta illa pontificum abolenda, vel saltem limitanda & coercenda visa sunt patribus in Colonien. Concilio congregatis sub Rodolpho Imperatore qui ita decreuerunt: Quia nonnulli homicidia, mutilationes membrorum, & alia maleficia perpetrant, quæ non essent perpetraturi, nisi quia sperant, quòd ab Ecclesijs, ad quas confugiunt, se tueri possint & impunitatem suorum excessuum obtinere: ut confugiens huiusmodi ad Ecclesias inde sine speciali licentia non abstrahantur, sed strictè custodiantur ibidem, ne inde effugiant, donec factum, vel eius qualitas cognoscatur: quo facto reus, vel ad veniam, vel ad penam, pro ut facti qualitas exegerit, pertrahatur. cap. 13.

Eandem licentiam nimiam, & præposteram clementiam grauitè quoq; reprehendit Polyd. Vergilius lib. 3. de Inuent. rerum cap. 12. Sunt hodiè, inquit, in orbe nostro Christiano, præsertim apud Anglos, passim asylo, quæ non modò insidias timentibus, sed quibus suis fontibus etiam maiestatis reus patent: quòd facit, ut manifestè appareat, nos id institutum non à Mose, qui illis duntaxat, qui nolentes hominem occidissent, asylo posuit, sed à Romulo esse mutatos. Quæ nempe res haud dubiè in causa est, cur bene multi à maleficijs minus abstineant manent. Quid, quòd templa nostra vbique gentium istiusmodi sceleratis hominibus iustar asylo sunt? Et id contra quàm Moses etiam instituerit, qui in Exodo cap. 21. ita sanxit: Si quis per industriam occiderit proximum suum, & per insidias, ab altari meo auelles eum, ut moriatur. His longè diuersa sanxerunt Pontifices Romani.

#### Miraculum falsum pro Asylo confirmatio.

**M**Auri cuiusdam seruus, cum perpetrato scelere aufugisset, in templum Lupi Tricastinorum Episcopi, à Domino suo est deprehensus. Cum autem ira commotus herus in hæc prorumperet verba: En tu Lupe, non auferes mihi seruum meum, nec manu tua eum proreges: mox lingua eius ligatur, ac mugire instar vacca incipit, & die tertia post moritur, se verum est quòd Gregorius Turonensis refert.

# DE ORIGINE ET PROGRESSV RERVM QVAE IN

TEMPLIS CONTINENTVR

LIBER SECVNDVS.

C A P V T I.

De Origine presbyterij seu Chori & gremij Templorum.



*Ita haftenus de Origine Templorum in genere: nunc de Origine partium eorundem, & rerum quae in ijs continentur, quaeq; illis sunt adiunctae, agam.*

*Habent templa pleraq; omnia duas praecipuas & a se inuicem distinctas partes, Presbyterium videlicet seu Chorum, & Gremium, ut vocant.*

*Presbyterium appellant locum in templis presbyteris & omni clero destinatum: Gremium vero, in quo stant aut sedent laici veriusque sexus. Presbyterium postea nominarunt Chorum, a corona: olim enim in modum coronae in eo stabant circum aras, & ibi psalmos concinebant concorditer: quod postea Flavianus & Theodorus immutarunt, alternatim psallere constituentes. Durand. Rat. lib. 1. cap. 1. vel per Metonymiam contentum pro continente accipitur: significat enim Chorus proprie multitudinem canentium aut saltantium, Seruio auctore.*

*Presbyterium autem seu Chorus ab initio non vbiq; in extrema, sed aliquibus in locis in media templi parte stetit, sicut & altare, quod Choro assignatur, quem admodum, cum ad Altaria ventum fuerit, multis comprobabitur. In alijs tamen templis Chorus prima seu extrema pars fuit.*

*Facta est haec distinctio ad imitationem Hierosolymitani templi, quod partes tres praecipuas habuit. Prima appellabatur Sanctum Sanctorum, & Aduitium adis, vel Oraculum templi. Secunda Sanctum. Tertia Atrium. In Sanctum Sanctorum nulli hominum licebat ingredi, nisi semel in anno summo pontifici tantum, Sanctum vero solis sacerdotibus patebat per vices sacra facientibus, seu ministrantibus. In Atrio colligebatur populus, qui ad Aram holocaustorum omni ex parte prospicere poterat, cum contemplandorum sacrorum gratia aduenisset.*

*In eo solum discrimen fuit, quod apud Iudaeos templorum pars prior, quae ipsis Sanctum Sanctorum dicebatur, stabat Occidentem versus, quod illi expectarent adhuc Messiam: deinde ne Ethnicos imitari viderentur, qui Orientem versus adorabant. Quia vero venit nobis benedictus ille Rex Israel, ideò Christiani priorem templorum locum versus Orientem aedificarunt. De solis Antiochenis Syris Socrates in hist. Ecclesiast. indicat, quod ipsorum Ecclesia inuersum habeat situm: libro 5. cap. 22. Vualafrius tamen abbas qui circa annum Domini 840. floruit in lib. de officijs ac ritibus Ecclesiast. cap. 4. cum de Ecclesiarum seu templorum forma differuisset, addit, veteres non admodum sollicitos fuisse, in quam partem vel templa, vel altaria fuissent conuersa, quod vbiq; Deum esse scirent: sed recentiores tantum ad Orientem conuertisse. Catal. test. veritatis fol. 120.*

*Haec autem Templorum distinctio quando primò coeperit, ab authoribus non indicatur. Aut si maxime Constantini M. aetate, vel paulò ante eam, cum magnificis templorum substructionibus coepit, illud tamen cerò non constat, quando, quo auctore & cuius mandato Clerus à populo in templis fuerit separatus.*

*Extat quidem Clementis 1. decretum, quo prohibet laicos Presbyterium ingredi, dum sacerdotes Missas celebrant, ut refert Platina. Unde quidam probare volunt, iam tum distin-*

Presbyterium.  
Gremium.  
Chor.

Chorus Orientem versus a-  
pud Christianos  
nos quare.

Distinctio tem-  
plorum quando  
coeperit.  
Clerus à popu-  
lo quando & à  
quo in templis  
discretus.



Et in templis fuisse loca, ubi presbyteri & clerici steterint. Sed decretum hoc falso Clementi tribui existimo: & duae sunt causae quae me mouent. Prima, quod Clementis huius tempore Christiani nulla prorsus templa in toto orbe habuerunt, ut supra pluribus indicauimus. Secunda, quod ea quos, etate Missae vocabulum, cuius Clemens in suo decreto meminit, penitus incognitum fuit.

Ex ea vero narratione quae apud Theodoretum lib. 5. cap. 18. & Sozomenum lib. 7. cap. 24. extat, apparet, hanc in templis cleri & populi separationem Ambrosij tempore in usum fuisse, incertum tamen a quo instituta. Cum enim Theodosius Imperator pro more intra cancellos, qui locus tum Sacerdotum Solus, sed Imperatori etiam propter eminentiam haecenus patuerat, consistere voluisset, exire iussus fuit ab Ambrosio Episcopo Mediolanensi, ob eadem Thessalonica perpetrata, ac cum reliquis assistere. Demonstravit illi Ambrosius (inquit Theodoretus) discrimina locorum, primumque, num quid vellet interrogauit? Cui Imperator cum respondiisset, expectare se communicationem diuinorum mysteriorum, haec illi per primum suum diaconum mandauit: Interiora, o Imperator, solis sacerdotibus patent, reliquis vero omnibus inaccessa & intacta: proinde exi, & communiter cum reliquis assiste, nam purpurati Imperatores, non sacerdotes facit. Neue assentationem aliquam resperet, & legitimum ordinem excederet, ut Theodoretus loquitur, si Imperatores in eo ecclesia loco, in quo sacerdotes, propter excellentiam a plebe separati, sederent, eum locum Imperatoribus in Ecclesia deputauit Ambrosius deinceps, qui ante Cancellos esset Sacrarum seu presbyterij, in quo erant Sacerdotes, ita ut Imperator ante plebem quidem praecipuo loco, ante ipsum vero Sacerdotes sederent. Quam praescriptionem optimus Imperator reuersus Constantinopolim quoque seruauit. Nam cum festiuitate quadam in templum ibi venisset, & munera ad sacrum altare obrulisset, statim exiit: quem cum interrogaret Nestarius Constantinopolit. Episcopus, cur non maneret? vix, inquit cum gemitu perdidici discrimen inter Imperatorem & Sacerdotem Theodoretus ibidem.

Iudicium de damnatione, & executione ex presbyterio Theodosij.

Hic mihi temerare non possum, quin de hoc Ambrosij factio addam grauisimum iudicium THOMAE ERASTI praecursoris mei, viri citra omnem controuersiam doctissimi acutissimi, qui cõtinet enim multa quae a nostro proposito haud aliena fuerint. Factum Ambrosij Mediolanensis Episcopi (inquit) iniunctum est, nec vnquam excusari veris et iustis rationibus poterit. Nam neque legem, neque exemplum eius facti proferrî poterit ex sacris literis. Certè Nathan propheta 2. Sam. 12. non sic egit cum Dauide, licet non minus peccauisse videri possit. Deinde solus absque suis presbyteris Imperatorem Theodosium ingressu templi prohibuit. Tertio in dicta causa illum condemnauit. Quarto, ut maximè peccauerit Theodosius, id quod minimè nego, multò tamen minus peccauit, quàm Ambrosius, si veriusque personam consideremus, ut ex historia patet. Auriga sceleratus & Sodomita, ausus est tentare pudicitiam pincernae, Butcherichii praefecti copiarum in Illyrico, cuius flagitij causa in carcerem coniectus est. Cum verò certamen Curule in ea vrbe peragendum esset, periuit plebs, ut Auriga ille (quia in tali certamine industrius esset) impunitus dimitteretur. Quod cum non impetrarent, excitato tumultu plerosque Imperatoris magistratus & principes viros, & inter hos ipsos ipsum quoque Butcherichium crudeliter necarunt, ceteros lapidibus obruerunt: & postea etiam per vias publicas raptores traxerunt. Huius rei indignitate Imperator motus, aliquot millia hominum occidit iussit, in missis militibus, cum ad spectaculum seu ludos quosdam conuenissent. Debebat quidem Imperator auctores huius rei inquirere, & perquisitos punire: debebat etiam nocentem plebem seueriter castigare, & innocentem dimittere. Sed quia tantum scelus impunitum noluit, nec etiam debuit, atque interim sine metu maioris seditionis, quae in vrbe populosissima, & vicinarum regionum principe merito poterat expectari, de auctoribus & plebe aliter penas sumere nequirit, ratione ea, qua potuit, facinus eorum puniuit. Quid hic Ambrosius reprehendit? Quod fontes cum in fontibus occidit in dicta causa. At non poterat tunc aliter plebem seditionis amplectere, quàm si impunitam dimisisset, longè grauius peccauisset. Quam grauius Deus seditiones puniuerit, sacra litera nobis demonstrant, ut alia exempla nunc o-

mittam.

mittam. Quomodo poterant in Deum & Imperatorem grauius peccare, quam propter impurissimum & nequissimum Sodomitam in imperatoris ministros & magistratus, eum punire volentes, scire? Nec satiarunt suam crudelitatem nece eorum, sed raptarunt etiam mortuorum corpora per vrbes vicos, vt maiore Imperatorem afficerent iniuria. Non admodum damnari factum debuisset, si urbem totam excidisset soloque aquasset. An Ambrosius egit melius? An Imperatoris excusationem audiuit? Et quomodo praeter ea templi ingressu eum prohibuit, quod patere etiam Ethnicis debet? Quomodo octo totos menses eum emanere coegit, cum ille se facti penitere tot lacrymis testificaretur? An hoc modo Deum nobiscum agere velimus? Dicam apertè vt sentio. Si Ambrosius habuisset præceptum à Deo tale aliquid faciendi, tyrannicè tamen egisset, nec excusari posset. Sed fuerat praefectus Mediolanensis, ideoque imperio assueuerat. Cur non potius Theodosij superstitionem reprehendit, quem sciebat ex Constantinopolitana vrbe cum exercitu Mediolanum iturum, prius implorauisse auxilium Ioannis Baptistæ in templo, quod ei extruendum curauerat? Scribit in epistolam ad Timotheum inter alia, Episcopos sine Seniorum consilio nihil agere solitos fuisse, & ipse interim propria autoritate tam immaniter tractat optimum aliàs Imperatorem. Neq; hoc contentus est, sed postquam admisit in templum, intra cancellos eum manere, quem admodum Constantinopoli consueuisset, & vbi aliàs consistere Imperatores solebant, non permisit, exire & descendere in inferiorem locum iussit, dicens (diacono primario internuncio vsus) interius Sacrarium à solis sacerdotibus adiri. Non hoc est superbire & ineptire? Nō fuit hoc fundamentum iacere Antichristo Romano? Exemplo certè præiuit, vt facilius ille postea ausus sit collum Imperatoris calcare, cum Ambrosius iam olim humi iacentem tam cōtumeliose excepisset. Videntur per pauci factum hoc iusto iudicio examinauisse. Ego sanè nūc primum intelligo quid sibi voluerit, cum in 1. Cor. 6. vbi iudices extraordinarios eligi consulit Apostolus, scribit, hoc ideo Paulum Corinthios iussisse, quia rector seu Episcopus nondum ordinatus aliquis fuisse. Voluit enim, vt apparet, penes solum Episcopum omnem esse potestatem, cum tamen alio loco videatur improbare factum doctorum, qui neglectis senioribus, auctoritatem sibi solis omnem sumpserant. Hactenus Erasmus. Quibus ego hæc adiungo, non potuisse Ambrosium vllum vel exemplum vel testimonium proferre noui Testamenti, quin totius primitiue Ecclesie vsque ad sua tempora, quo probauerit eiusmodi distinctionem templorum, & in ijs Cleri à populo separationem talem, vt interiora solis Sacerdotibus paterent, reliquis verò omnibus, ipsis quoque Imperatoribus, ea ingredi nefas esset & periculum. Sunt enim Imperatores, Reges, Principes & quicunq; magistratus politici, præsertim fideles, haud minus quam Episcopi, Sacerdotes & Clerici Serui Dei, Vncti Domini, imò Dij quoq;: Quæ ratione itaq; si maxime quæ loca in templis alijs sanctiora essent, vt nulla sunt apud Christianos nos nec esse debent, non perinde liceret ipsis etiam, ea accedere vt sacerdotibus licet? D. Chrysostomus homil. 74. in Mattheum causam reddit ob quam Apostolorum ætate viri ac mulieres non separatim, sed vnà orarint, quòd scilicet apud Deum nullus sit personarum respectus, imò neq; Iudæus neq; Græcus, non seruus neq; liber, non masculus nec femina in Christo Iesu secundum Apostolum. Quanto magis hoc argumento vri licebit contra illos, qui non viros à mulieribus, sed viros à viris, & Imperatores quidem, Reges ac politicos magistratus à Sacerdotibus in templis discernunt & separant?

Nec est quòd mihi Hierosolymitanum templum obijciant, in quo Sanctum solis Sacerdotibus patebat: nam hoc patèto Sanctum Sanctorum & reliqua quæ typi, figuræ & vmbra rerum futurarum in veteri Testamento fuerunt, in Christi Ecclesiam reuocanda forent.

Etsi verò posthac Constantinopoli quoque pijsimus Imperator Theodosius non amplius, vt consueuerat, in presbyterio sederit, sed extra illud, ante tamen plebem in excellenti quadam loco, eamque consuetudinem sequentes aliquot Imperatores sine dubio obseruarint, nihil ominis in Constantinopolitana Synodo 6. concessum rursus fuit à patribus, videntibus nimirum rei indignitatem iniquitatemque, vt ex laicis Cæsari saltem ingredi Chorum liceret, can. 69. Vide Caranzam fol. 324. b.



Non igitur puto hactenus lege aliqua, sed consuetudine tantum laicos à clericis separatos in templis fuisse.

**P**ontifices Rom. primi lege clerum à populo in templis dis-  
 creuerunt. De Felice 4. autem, qui pontificiam sellam ascendit anno Christi 525. Balæus et Panth. in Chron. alijs referunt, quod primus clerum à populo in Ecclesijs dum sacra peragerentur, discreuerit lege. Idem fecit Bonifacius 2. Felicem hunc proximè secutus, teste Balæo & Sabellico. Confirmatur hoc etiam in Synodo Turonen. 2. anno 570. celebrata iuxta Panuiniũ, cap. 4. Idem etiam decreuit Leo 4. anno 847. in Synodo à se Roma habita cap. 32. Sigebert. Sabellicus Esm. 9; lib. 1.

Clerus à populo quare in templis à pontificibus distinctus.

Factum hoc ab ipsis duplici de causa: Primò, ut populum in electione pontificum suis vocibus, suffragijs ac locis tandem priuarent: Secundo, Ne cuiquam eorum liceret in ciuili vel criminali causa, Episcopum aut clericum ad secularem iudicem vocare: cum ab initio hanc solum ob causam hæc distinctio locorum & personarum instituta fuerit, ne scilicet à plebe cõfusa sacra interurbarentur. Sed vide quid ex hac arrogancia illis euenerit: dum per capita rafa, digitos vnctos, & facella distincta, ceteris sanctiores cum ipsis pharisæis haberi voluerunt, à Christi sanguine redemptis fidelibus se separantes, atrium illud ingrediuntur, quod calamo non metiri, sed eijs foras Dominus iussit Apoc. 11. Timendum est ipsis, ne inde fiant hoedi, ab agnis in vltimo examine segregandi, Matth. 25. tanquam ad mysticum Christi corpus non pertinentes. Hinc facile est iudicaro, quantum isti ab Apostolo Petro discrepent, quem tantopere iactitant: cui fas non erat Cornelium gentilem laicum vel profanum statuere. Act. 10. Balæus in Actis Rom. pontif. Centur. 1. cap. 46. Script. Britannicæ.

Presbyterium à reliqua tẽplis parte cancellis distinctum.

Ex ea verò narratione quæ apud Theodoretum & Sozomenum extat de Theodosij condemnatione colligi potest, locum illum in quo Sacerdotes sederunt à laicis Cancellis quibusdam distinctum fuisse, atq; ut ex Chrysostomo colligi potest, quadam in parte sacrorum velo quodam & cadurco obrentum. Fecerunt hoc ad imitationem non solum Iudeorum, apud quos in Sanctum Templi venire plebi non licebat, verum sacris tantum ministris sed Ethnicorum quoque, qui in suis templis etiam quadam loca habuerunt, ad quæ fas non erat accedere profanos, sicut indicat Eusebius in lib. de vita Constantini.

In Choro quoque differentia locorum fuit.

In ipso etiam Choro quadam distinctio locorum esse capit, in quibus clerici sederent: ut patet ex can. 38. Toletani Concilij 4. Alijenim in primo Choro, ut presbyteri alij in secundo, ut Diaconi sessiones suas habuerunt.

Et in Constantinopoli. Concilio 6. restatur Constantinus presbyter Ecclesie magnæ, quod cum Photinus Episcopus Carthaginen. Constantinopolim venisset, & acturus Missas in templo Mariae, quæsiuisset, vbi deberet federe, vtrum ante Metropolitanos, qui ibi morabantur, an post eos: ibi inuentum esse in bibliotheca librum quinti Concilij Latinum, qui singulis sua loca & sedes distribueret. tom. 2. Concil.

Viri à mulieribus etiam in istis separatis locis, & care

Ex Chrysostomi quoque homil. 74. in Matth. colligitur, Constantinopoli locum illum extra presbyterium distinctum fuisse, & mulieres à viris parietes quosdam separasse: Oportet, inquit, interiore parte à mulieribus disseparari. Verum quoniam non vultis necessarium esse, patres nostri putauerunt, saltem his ligneis parietibus vos disseparare. Sed mox addit, parietes illos ab initio non fuisse, sicut à senioribus acceperit, in Christo Iesu enim non esse nec matrem nec feminam. Docet quoque ibidem, Apostolorum tempore viros & mulieres vnà orasse. Indicet tamen simul etiam causam, ob quam parietibus istis plebs Constantinopoli separata fuerit: quod nimirum multi ad formas mulierum aspiciendas, & ad adolescentulorum pulchritudinem curiosius intuenti in Ecclesiam venerint. Vnde illud vitium taxans, Quid facis homo (inquit) mulierum speciem curiosus in Ecclesia perferut aris, nec horrescis tanta templum Dei afficiens contumelia? Prostibulumne tibi videtur Ecclesia, et foro ignobilior? Nam in foro erubescis, etiam times ne quis te videat mulierem sectari: in Ecclesia verò Dei, cum ipse Deus te alloquatur, & ab istis deterreat, eo ipso, inquam, tempore maxime fornicatione ac adulterio vteris, quo tibi magna voce intonatur, ut ab his fugias, nec horrescis, nec stupes. Sanè præstare cecos, aut aliter agrotos esse, quàm ita oculis turpiter abuti, &c.

Præterea

Præterea etiam Constantinopoli alijsq; in templis locus fuit extra Chorum, quem Paulus Diaconus lib. 22. & 23. rerum Rom. Catechumenium appellat, in quo Catechumeni stabant vel sedebant. Erant autem Catechumeni, qui nuper de gentilitate venerant, & habebant voluntatem credendi in Christum, ut Isidorus de officijs indicat: vel, qui ex Christianis quidem parentibus erant geniti, nondum autem erant baptizati, ideoque etiam in religione seu fide Christiana nondum perfecte instituti, unde & nomen κατηχουμένων h. e. nondum iniciatorum, sed qui adhuc imbuuntur elementis religionis, sortiti sunt. Hi non admittentur ad communionem, sed dum illa fiebat, foras exire iubebantur, ideoq; etiam inter iniciatos seu perfectos non sedebant, sed peculiarem & ab alijs separatū locum in templis habebant.

## C A V T. II.

## De Origine cryptarum.

**A** Constantiniani Magni demum tempore in prima templorum seu basilicarum parte, sub Choro, uti vocant, cæperunt ædificare subterraneum quoddam specus siue cauernam, quam Græco quidem vocabulo, sed Latinis quoque usurpato Cryptam vocarunt. Unde & nos Germani nostrum mutuati sumus vocabulum, qui eiusmodi templorum partem vocamus Kluft vel Krust h. e. cauernam seu antrum. Hæc ferè Bullingerus lib. 1. de Origine erroris cap. 21.

Cryptæ quando cæperint. Cryptæ unde dicantur.

Onuphrius Panuinius in Appendice ad Platinam hunc locum in templis videtur appellare Confessionem, dicit enim: Antiquius Confessio idem erat quod Martyrium, scilicet ecclesia in martyrum honorem consecrata. Nunc verò in omnibus totius orbis terrarum Christianorum ecclesijs, quæ duplices sunt, superior scilicet, & inferior (quales multæ per totam Lombardiam & Italiam, Romæ etiam modò extant, & plures extabant) appellatur usque hodiè inferior Ecclesiæ pars sub altari maiori ædificata, ut Parmæ in cathedrali, Veronæ ad S. Stephanum, Romæ ad S. Priscam, S. Martinam in montibus, & alibi. Earum similitudine Confessio dicitur locus imus sub gradibus, & altari maiori ecclesiarum S. Petri, S. Pauli Lateranensis, S. Laurentij extra muros, S. Mariæ maioris & aliarum. Quæ Confessio non siue materiali ecclesia fit. Extruebantur autem à veteribus illis huiusmodi specus vel antra in templis ob memoriam persecutionum, quibus Christianis sub Imperatoribus ante Constantinum ne prodire quidem interdum licebat, ideoq; suos conuentus & sacra in abscondito & quandoq; in antris alijsq; latebris exercere cogebantur. Bullingerus ibid.

Crypta aliàs Confessio.

Cryptæ quare in templis ædificate.

## C A P V T. III.

## De Origine cathedræ Episcopi, quam alij Ambonem vocant.

**A**thedræ vox Græca ἐστὶν, significat Latinè propriè Sellam sublimiorem professorum, concionatorum, aut declamatorum.

Cathedra quid.

Idem etiam significat nomen Ambonis quo vitur Socrates lib. 6. cap. 5. suggestum scilicet seu pulpitem, ex quo Episcopi, ut clarius audirentur à populo, concionari solebant, sicut eodem loco Socrates testatur, & Lectores vel Diaconi lectionem seu Euangelium recitare. Huiusmodi locum templorum D. Cyprianus honoris causa Tribunal quoddam Ecclesiæ appellauit. Ab ambiendo dictum voluit, quòd locus ille vtrinque gradibus ambiatur. Næ in quibusdam Ecclesijs duo ordines graduum visuntur, vnus à sinistris, quo fit ascensus versus Orientem, alter à dexteris, Occidentè spectans, quo fit descensus. In quibusdam verò Ecclesijs Diaconus vna, Subdiaconus altera via in pulpitem, seu ambonem conscendit. Expositor Romani ordinis Ambonem idè hanc appellationem habere tradit, quòd ambiat & cingat intrantem. Sed verius est Græcè esse vocè ἀμβων ἀμβωνος, quæ inter cætera significat ascensum, et locum editum, à verbo ἀνίστασθαι quod est ascēdo. In Laodiceno Concilio ca. 15. quod Græcè est, ἐπι τὸν ἀμβωνα ἀναβαίνοντες, Latinè legitur, qui pulpitem ascendunt. Panuinius in interpretatione vocum obscur. Ecclesiast. in calce Platinæ fol. 93. Dicitur etiam pulpitem quasi publicum, quòd qui ipsum conscendit, spectari simul et audiri publice possint. Fuit pulpitem antiquius locus editor in orchestra, in quo Chorus Tragædiarum & Comædiarum, cæteriq; personarum habentes, fabula subserviebant, histrionibusq; in scenam abditis, ipsi populum gestulationibus detinebant. Inde pro quocunq; editore loco ponitur.

Pulpitū quid.



Item Suggestus, siue quod constet ex suggesta, h.e. congesta materia in qua concionatur stare possint, siue quod inde populo suggeratur, quod in rem eius esse possit.

Lectner.

Germani huiusmodi Cathedras sacras corrupte appellat Lectner, cum à prælegendo prificis nominatae sint Lectner, nimirum quod inde sacerdotes sacras literas populo in cœtum congregato prælegerent ac interpretarentur. Bulingerus in 23. cap. Matthei.

Kanzel.

Eademque loca nos Germani vocamus Kanzel, à Cancellis quibus nunciari solent, aditusque eorum præcludi, haud aliter quam scenæ, tribunalia atque fenestræ ijs munimur.

Cathedra in templis auctor.

Clemens autem Episcopus Rom. circa annum D. 90. statuisse dicitur, ut Cathedra Episcopalis in eminentiori loco statuatur vel erigatur, in qua stans seu residens Episcopus, omnes possit circumspicere, & ab omnibus circumspici. dist. 95. Martinus Polonus in Supputationibus in vita Clementis: Antoninus tit. 7. cap. 2. Minus verò si Clemens circa hæc, quæ res ipsa admonet fieri debere, occupatus fuerit: nam res per se, sine mandato, postulat, ut altiore quam alij loco stent Concionatores, quod nimirum inde ad populum verba facientes, commodius & facilius, maiore etiam cum auctoritate & gratia audiantur: adeoque locus hic

Cathedra Episcopalis quare alta.

in quo verbi diuini ministri stant docentes populum egregie etiam sui officij eos aduonet, ut scilicet meminerint, quando in altis his locis steterint, se & videri posse ab omnibus & diligentes ac prouidos habitus sui, gestuum, vitæ & morum suorum custodes esse oportere, quando homines plebeij in illis externa ferè magis oculos intendunt, quam in verba dicentis. Unde & lux mundi, & in specula positi, & capita appellantur. Ac quemadmodum ipsi in omnium hominum vitam ac mores ex alto inspicunt, sic in ipsorum vultus, gestus, voces ac mores, populus omnis oculos suos intendit. Quæ de causa qui locum hunc excelsum conscendunt, prudenter & cautè sese gerere debent, ne quid faciant aut dicant, quod eorum persona officioque sit indignum, proptereaque eis vitio verti queat.

Cathedra episcopalis ne sit sumptuosa.

Talem autem Cathedram in templis non debere esse sumptuosam ex epistola Concilij Antiocheni apparet, quæ inter mores portentosos Samaritanorum, hoc quoque numerat, quod non contentus mediocri, ut discipulus Christi, sede, gradum sibi in Ecclesia & thronum ad morem principum huius seculi extruxerit. Hoc verò non obseruarunt aliquot Pontifices Maximi, qui Romæ in multis templis has Cathedras splendidissimis pulcherrimisque marmoreis tabulis & Porphyræicis lapidibus exornarunt, sicut referunt Platina in vitis pontificum, Onuphrius Panuinius in Appendice ad Placina, alijque. Hac ratione autè fit, ut stupidus populus in tali ornatu & pompa animum occupans, doctrinam, quæ ex hoc loco proponitur, parùm attendat.

De Bor seu Portfyrchen.

Borfyrchen.

Sebastianus Frank in suis Chron. fol. 476. Superiorem illum Ecclesiarum seu templorum locum, qui ab inferiore paulùm est eleuatus, & in quo multi virorum inter concionandum sedere solent, vocat Germanicè pfortfyrchen, à portis, ut opinor, templorum, quibus plerique locus ille imminet, quem nos Heluetij corrupte vocamus Borfyrchen, quasi portus seu pfortfyrchen.

C A P V T. IIII.

De Origine Baptistery.

Quibus in locis baptizantur: A. postoli & primitiuæ ecclesia.



Postolorum ætate locis ad baptizandum, prout tulit occasio, liberè vsi sunt fideles, quibuslibet. Nam Philippus Eunuchum in flumine baptizauit. Act. 8. Videtur etiam Lydia, vnà cum familia sua, Philippus in flumine, ad quod solebant fieri preces communes, baptizata esse: Act. 16. Custos carceris à Paulo & Sila conuersus, videtur in aedibus suis baptizatus esse. In Corinthiaca Ecclesia super mortuis, hoc

tuis, hoc est, in eo loco ubi sepeliebantur, baptizatum esse, ex 1. Cor. 15. Constat: Non tamen exprimitur an ibi fons aliquis fuerit, vel peluis, aut aliud vas aqua plenum, ex quo baptizarent. Nec statuerunt Apostoli Christusque ipse usquam legem, de certo aliquo loco ubi, aut de vase ex quo baptizari oporteat, eligendo. Eamque ob causam nihil etiam expressi seu certi hac de re in primitiua Ecclesia historia reperitur. Vincentius quidem ex Martyrologio lib. 10. cap. 106. indicat, Pium pontificem Rom. circa annos Christi 150. consecrasset Baptistarium in thermis Nouati: sed id eadem fide qua multa alia facit: neque enim Iustinus, qui Pij coetaneus fuit, vel Baptistarii, vel consecrationis eiusdem facit mentionem. Credibile autem in seuisissimis illis ante Constantinum Magnum persecutionibus, quando nulla adhuc templa Christiani habebant, mansisse, eam libertatem, qua Apostolorum fuit temporibus, vel in fluminibus, vel si flumina nulla ad manum essent, ex vase quocumque honesto tamè mundoque, baptizarent & aqua homines perfuderint ubius locorum. Ita in carcere baptizatos conuersos indicat historia de Basilde apud Eusebium lib. 6. cap. 5. & in lecto aegrotantes, ut prolixè ostendit Cyprianus in epist. ad Magnum.

Pauvinius in Appendice ad Platinam affirmat, sed sine omni auctore, veteres Christiani Pelues baptis- nos, vasa, quibus in Baptismo vsi sint ad perfundendos homines aqua, PELVES appellasse. Peluis autem dictam volunt quidam à pellendo, putantque sinum esse aquarium, in quo variæ res pellantur. Huiusmodi peluis, ad primitiua ecclesiæ, ut opinor, formam, in multis reformatis Ecclesijs viuunt nostra adhuc aetate. Et in Concilio Nerdenfi conceditur, ut omnis presbyter, qui fontem lapideum habere nequiverit, vas solummodo conueniens ad baptizandi officium habeat, quod tamen extra ecclesiam non sit deportandū: si cui referat Gratianus de i. consecrat. dist. 4. c. Omnis presbyter, alioquin inter canones huius Concilij nõ extat.

Pace autem à Constantino ecclesijs reddita, & templis plurimis ex ædificatis, certum quoque baptismo locum ibi deputarunt. Erat ille vel intra, vel extra sed prope templa: & dicebatur FONDS, à fundendo nimirum, quòd aquam funderet, quibus homines mergi seu baptizari possent. Eiusmodi fontem dicitur extruxisse Constantinus Magnus Romæ apud Basilicam Constantinianam, quam Lateranensem vocant ex lapido prophætico, cuius tota pars illa quæ aquam continebat, ex argenteo erat. In medio huius fontis columna prophætica posita erat, in qua aurea phiala 50. librarum balsamo plena, in celebritate paschæ visum nocturni luminis præstabat. In labro fontis stabat agnus auri purissimi, unde aqua fundebatur. Non longe ab anno erat Saluatoris statua argenti purissimi 170. librarum. Ad alteram partem stabat Ioannis Baptistæ statua argentea 100. librarum, hunc præseferens titulum: Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Septem verò Cerui aquam fundebant, quorum singuli 80. librarum erant. Proventus quoque & redditus certos huic fonti assignauit idem Imperator ex massa Statiliana in agro Corano, ex fundo Bassi, ex domibus & hortis aliquot in vrbe positus, ex quibusdam fundis in Africa, Numidia & Græcia sitis. Hæc quidem Platina in vita Syluestrii, confidenter affirmat: ego verò eiusdem momenti esse puero cum ijs quæ ibidem narrat, de statu & imaginibus Christi, Angelorum, Apostolorum a horumque à Constantino Magno in basilicis Romæ positus: de S. Cruce ab Helena matre Constantini inuenta: deq; basilicis in honorem Petri aliorumq; Sanctorum ædificatis: harum enim rerum diligentissimus scriptor Eusebius de vita Constantini ne vno quidem verbulo meminit. Constat tamen, sepe locum hunc à veteribus Sacrum fontem appellatum fuisse, inde simpliciter, quòd aquam ad baptizandos homines funderet ac ministraret.

Nel dicebatur locus baptismo destinatus BAPTISTERIUM: quo nomine veteres Baptistarium. olim extra hunc sacrum vsu pro quodam lacu sunt vsi, ex ligno aut lapide ædificato lauandi gratia. Id in cellis, id est, in locis secretioribus solebat constitui. Ita enim Plinius Iunior ad Apollinarem, Cella, inquit, frigidaria, in qua baptisterium amplum atque opacum. Ab hoc vsu profano Christiani etiam locum seu vas illud in quo, vel ex quo aqua baptismi tincti fuerunt Baptistarium appellarunt. Inde quoque Germanica lingua vocamus Taufstein, Taufstein. quòd nimirum nobis in templo lapis sit ad id excisus seu excavatus, ut aqua inde perfundi in fontes possint.

Pelues baptis-  
mo adhibita.

Post Constanti-  
num M. certus  
in templis et ex-  
tra templa loa-  
cus baptismo  
destinatus.  
Fons baptismi.  
Baptisterium  
Constantini M.



Erat autē Baptisterium alicubi minus, alicubi verò maius & capacious. Meminit maioris huiusmodi baptisterij Athanasius in Epistola ad Orthodoxos ubi de Ariano rui oribus differens, ait, quòd ecclesijs & baptisterijs flammam iniecerint. Iudæos itē & atheos Ethnicos in sacrum baptisterium ingressos nulla cum reuerentia, eam verborum factorumque turpitudinem nudatis corporibus designasse, ut pudendum abominandumque sic relatu. Meminit & Augustinus de Civitate Dei libro 22. cap. 8. itemq; Gregorius Turonensis libro 10. hist. ca. 31. ubi dicit, se ad basilicam Martini baptisterium extruxisse. Ex historia quoq; Ratholdi Frisonum Ducis apparet baptisteria magna & capacia fuisse: is enim cum uno pede in lauerium sanctum intravisset, alterum pedem, retrahens, interrogavit, ubi nā plures fuorum maiorem essent in inferno, an in paradiso? Et audiens plures esse in inferno, intinctum etiam pedem extrahens: Satius est (ait) ut plures quam pauciores sequar. Et alibi quoque legimus, non solum infantes, sed & adultos toto corpore in baptisterijs aqua mersos fuisse.

Aliquando tamen Baptisterij nomen usurparunt pro toto illo loco seu area in qua extra templum fontis baptisimii stetit. Nā Platina in vita Hilarij dicit, quòd edificavit in baptisterio Vaticanae ecclesie tria Oratoria: addidisse etiam Oratorium S. Stephani baptisterio Lateranensi.

Colymbethra  
baptisterij quid

Aqua verò in baptisterio receptaculum, ex quo aqua baptizato superfusa, per aquaeductum seu inferiorem quendam alium meatum secedebat, Colymbethra appellatur à Socrate libro 7. capite 4. ubi indicat, Iudæum quendam incurabili morbo laborantem, è Colymbethra baptisterij leuatum, subito à morbo liberatum fuisse. Narrat idem de quodam alio Iudæo, qui propter munera baptismum petebat, quòd aqua in Colymbethra semel atque iterum emanuerit: libro eodem capite. 17. Similiter Deuterio Ariano Constantinspoli Barbam quendam baptizante, & corrumpente Christi institutionem, atque dicente, Baptizatur Barbas in nomen patris per filium in sancto spiritu, aqua repente in Colymbethra emanasse refertur à Theodoro Lectore libro 2. Collectan. Est & hoc nomen ex profano in sacrum usum translatum sed ferè per Meconymiam, qua continens pro contento ponitur: significat enim  $\chi\omicron\lambda\upsilon\mu\epsilon\theta\rho\alpha$  propria natatorium, hoc est locum in quo natate possumus aut nos mergere, Lauacrum, quin & Piscinam, sic enim scribit Athenæus lib. 12. ex Diodoro Siculo,  $\chi\rho\alpha\zeta\alpha\rho\tau\iota\upsilon\varsigma \epsilon\pi\iota \kappa\alpha\lambda\alpha\sigma\kappa\iota\upsilon \alpha\sigma\alpha\iota \Gamma\epsilon\lambda\omega\iota \text{Κολυμβήθρας πολυτελή τὸ πρῶτον ἔχουσαν σάδων ἐπιτά, βῆδδ & δὲ πηχῶν εἰκοσι: εἰς ἣν ἐπαγομένων ποταμῶν καὶ κρημνῶν ὕδατων, ἰχθυοτροφεῖον ἔται, καὶ πολλὰς παρέχουσα ἰχθύς.$  Est & nomen proprium Colymbethra ecclesie cuiusdam apud Theodorum Lectorem lib. 1.

Piscina circa  
templa quid:

Piscinam etiam vocant in templis vel extra, locum illum, in quem ex Colymbethra aqua baptizato superfusa per aqueductus aut alios meatus fecedit: in ea lauant utensilia templorum, tegumenta altarium & similia, vetustate vel alia calamitate corrupta. Ita præcipit capite. 5. Synodi Colonien. sub Rodolpho Imp. celebrata, ut infantes tertia die post confirmationem ducantur ad Ecclesiam, ubi presbyteri frontes eorum lauant, & comburant bandellos, hoc est, fascias, & cineres bandellorum & aquam lotionis in sacrum locum, in piscinam siue lauatorium reponant.

Fauisse apud  
Ethnicos quid:

Similiter quoque apud Ethnicos circa templa locus fuit, in quo erat aqua, qui Fauisse appellabatur. Sunt qui putant, Fauissas fuisse in Capitolio cellas cisternasque similes, ubi etiam reponi erant solita ea qua in templo vetustate facta erant inutilia ut tradit Gellius libro 2. capite. 10. ex Varronis sententia. Seruius, inquit, Sulpitius iuris civilis auctor, vir bene literatus, scripsit ad M. Varronem, rogavit que ut rescriberet, quid significaret verbum, quod in Censorijs libris scriptum esset, id erat verbum Fauisse Capitolina. Varro rescripsit, in memoria sibi esse, quòd Q. Catulus curator restituendi Capitolij dixisset, voluisse se aream Capitolinam deprimere, ut pluribus gradibus in eandem conscenderetur suggestusq; profastigij magnitudine altior fieret, sed facere id non quisse, quoniam Fauissa impedissent. Id esse Cellas quasdam & cisternas, que in area sub terra essent, ubi reponi solerent signa vetera,

tera, quæ ex eo templo collapsa essent, & alia quædam religiose donarijs consecratis. At deinde eadem epistola negat quidem se in literis inuenisse, cur Fauissæ dictæ sint: sed Q. Valerium Soranum solitum dicere ait, quos thesauros Græco nomine appellaremus, præsecos Latinos Flauissas dixisse, quod in eos, non rude as argentumque, sed statâ signataque pecunia conderecur. Coniectare igitur se delectam esse ex eo verbo secundâ literam, & Fauissas esse dictas cellas quasdam & specus, quibus ædifici Capitolini vterentur ad custodiendas res veteres religiosas.

Fuisse autem sacrosanctum Baptisteryj locum, restatur Euagrius libro 2. cap. 8. de Pro-Baptisterium  
terio Alexandrinorum Episcopo scribens, ipsum, quo necem effugeret, ad sacrosanctissimum sacrosanctum.  
baptisterium se recepisse, quo in loco & barbaris, & cunctis ferocibus hominibus reuerentia  
quædam incutiatur.

Non licere verò publicum Baptisteryum in parochia aliqua habere, nisi ubi Episcopus constituerit, cuius parochia sit, decretum fuit in Synodo apud Palatium Vernis habita sub Pipino Francorum Rege anno Domini 755. cap. 7.

## CAPVT. V.

## De Origine τραπεζῶν, hoc est, ciboriorum, Quæ Germanicæ vocantur Sacramentheuschli.

**D**e asseruandâ, aut in arcas, thecas & ediculas includenda Eucharistia, neq; Chri- De includenda  
tus neque Apostoli legem seu mandatum vllum dederunt: sed Christus Panem & Eucharistiam  
inuinum Eucharisticum simpliciter edere ac biberi iussit: & Apostoli, quod à Do-  
minum acceperunt, sine vilo additamento Ecclesijs tradiderunt. In veteri etiam Testamento: si vel Apo-  
Deus Israelitis præcepit, vt agnum Paschalem, qui typus fuit agni illius qui tollit peccata  
totius mundi, totum absumerent, aut residuum igni comburerent. Exod. 12. Hoc idè man-  
dasse Dominum voluit, primò, vt conuiuium sacrum à prophanis distingueret. Quam ob-  
dasse Domini voluit, primò, vt conuiuium sacrum à prophanis distingueret. Quam ob-  
causam etiam absque dubio Clemens tertius postea de consecr. distinct. 2. cap. Tribus gradi-  
bus, præcepit, vt nullus clericus externus aut laicus de fragmentis oblationum Christi ad  
promiscuam mensam quicquam poneret. Deinde quia emigrandum erat Israelitis ex Aegy-  
pto, si reliquissent aliquid, id fore à canibus, aut felibus, aut muribus absumptum fuisset, aut  
saltem aliqui corruptum, idè iubentur comedere, atq; etiam reuerentiæ causa comburere, ne  
cuiusquam contumeliæ exponantur. Forte etiam superstitionem cauere voluit, ad quam pro-  
ni erant Israelitæ: si enim æneum serpentem & aureum vitulum coluerunt, credendum multo  
magis agni paschalis reliquias veneratos fuisse.

Observatum hoc fuit in Ecclesia Christi à temporibus Apostolorum longo tempore. Cy- Eucharistia pri-  
priani verò ætate circa annos Christi 250. moris fuisse in ARCAM sanctum Dei, hoc est, uam domi in  
Eucharistiam concludere, ex eo casu quem recitat Sermone 5. de lapsis, apparet. Cum quæ-  
dam, inquit, Arcam suam, in qua Domini sanctum fuit, manibus indignis tentasset aperire, in clusa  
igne inde surgente deterrita esset, ne auderet attingere. Ex quibus tamen verbis haud obscu-  
re colligi potest, Eucharistiam non in templis, sed in priuatis adibus à quibusdam asseruatam  
fuisse. Dicit enim Cyprianus, quod in sua arca sanctum Domini conclusum habuerit. Ita e-  
tiam Tertullianus de sua vxore testatur, quod domi suæ Eucharistiam seruarit. Goygonia  
quoque Nazianzæni soror domum Eucharistiam deportauit. Et Ambrosius de Saryro fra-  
tre indicat, quod Eucharistiam in collo quasi viaticum portarit. Ita credibile quoque pres-  
byterum illum priuatim domi suæ Eucharistiam asseruasse, qui eam noctu Serapioni cui-  
dam seni & animam agenti per puerum misit, vt Dionysius Alexandrinus refert, in episto-  
la ad Fabium Antiochenum, apud Eusebium lib. 6. cap. 44. Neq; his connumerandum, quod  
Iustinus in Apologetico testatur, per Diaconos suo tempore Eucharistiam etiam ad absentes  
& ægrotos delatam fuisse. Nihil enim ibi dicit de reseruatione vel priuata vel publica: sed  
Eucharistia non  
ex capsâ, sed  
ex cætu missa  
ægrotantibus.



quod eo ipso tempore quo Cæna Domini in publico cætu celebrata sit, habita fuerit ratio eorum, qui propter mortuum abessent à cætu, & ad illos per Diaconos Eucharistia missa sit. Una igitur et eadè sit hæc actio, et proinde nihil pertinet ad epuli sacri reseruatæ reliquias. Ita etiam credendum Exuperium Tolosanum illum Episcopum Corpus Domini in canistro, sanguinem autem in vitro ex cætu ad absentes portasse. Quod verò illa privatam asseruationem in arcibus & thecis Eucharistia attinet, cuius modo exempla quedam recitauimus, illam ita reprehendit Origenes ex ipsis verbis institutionis Cæne, ut quamcumque etiam in templis detestetur & abroget. Nā in explicatione cap. 7. Leuitici, Dominus (inquit) panem, quem discipulus dabat, dicebat eis, Accipite, manducate; non distulit, nec seruauit in crastinum. Et auctor Sermōnis de Cæna Domini apud Cyprianum, dixerit ait: Recipitur, non includitur. Cumq; in veteri ecclesia fuerit valde difficile, imò penè à Suidator, cum Christiani simul cibū caperent in suis Agapis (quod ad multa secula, præsertim in concussu ad martyrum uincula uiguit) ita dimittere panem & uinum, quæ peculiariter Sacramentali cui desinabantur, quin aliquid plerumq; superesset: idèd varia quoq; de illis reliquijs statuta fuerunt, quæ reseruationem & inclusionem nullam probant. Hesychius Noxiarzeni discipulus expli canis illud Leuit. 8. Quiquid reliquum fuerit de carne et panibus, ignis absumet, indicat sui seculi morem fuisse, ut si quid omnibus communicatis reliquum esset, incenderetur & cremaretur. Aliquibus etiam in locis legimus reliquias illas uel à clericis, uel etiam à pueris ludum literarium frequentantibus comedi atq; consumi solitas fuisse. Constantinopoli consuetudo fuit, ut clerici eodem die, quo epulum sacrum celebrabatur, reliquias consumerent: quando uerò plusculum supererat reliquiarum, quibus consumerendis clerici non sufficiebant, adhibebantur etiam Scholastici, ut ex Nicephori li. 17. ca. 25. apparet. Huiusmodi consuetudinis postea quedam facta est mutatio. Concilium enim Matisconense 2. anno Christi 587. iuxta Panuinum habitū, reliquias, quæ post communionem peractam supererant, quartâ aut sextâ feria à pueris illis percipiendos esse præcipit. Humbertus uerò Sylua Candida Episcopus contra libellum Nicetæ monachi, hunc Græcorum ritum grauiter reprehendit ex ipsius institutionis uerbis, & inter cætera inquit: Legimus Dominum non imperfectam, sed perfectam cōmemorationem suis discipulis tradidisse, pane benedicto, & mox fracto, & distributo. Non enim benedixit tantum, & reseruaui frangendum in crastinum, nec fregit tantum & reposuit, sed fractum statim distribuit. Unde Alexander Martyr, & Papa ab Apostolo Petro, Passionē Domini inserens Canonū Missæ, ait: Hoc quotiescūq; feceritis, id est, benedixeritis, fregeritis et distribuueritis, in mei memoriam facietis. Quia quodlibet horū trium sine reliquis fiat, scilicet aut benedictio sine fractione et distributione, aut fractio sine benedictione & distributione, perfectam Christi memoriam non representat, sicut distributio nulla sine benedictione et fractione. Hæc Hüberrus. Darauit hic mos Romæ adhuc Clementis 3. tempore, hoc est, circa annū Christi 1188. præcepit enim, siquid de Eucharistia residuum fuerit, non asseruandum in crastinum, sed à clericis consumendum esse, ut habetur de Consecr. dist. 2. can. Tribus gradibus. Gabriel Biel etiam in Canonem Lect. 26. allegans Paschafij sententiã inquit, Christus uolens discipulos suos fructus huius sacramenti participes fieri, postquã corpus suū cōsecrauit, nō sissebat in cōsecratione, neq; dedit discipulis, ut ipsum honorifice cōseruaret, sed dedit in sui usum, dicens Accipite, comedite.

Incerim tamen non dissimulandum uidetur Ansegisum Canonem ponere, quo iubentur presbyteri Eucharistiam semper habere paratam, ut ad ægros deferatur, ne sine communione moriantur. Refert etiam B. Rhenanus in suis ad Tertulliani librū De Corona militis Annotationibus, extare apud Burkardum Borbetomagen. Episcopum Canonem eiusmodi Concilij Turonensis, ut omnis presbyter habeat pyxidem, aut uas tanto sacramento dignum, ubi corpus Dominicum diligenter recondatur ad uaticum recedentibus à seculo. Idem tamen Canon docet simul, Eucharistiam illis temporibus sub altari solitam asseruari, non proprijs satellitibus, ut hodiè. Nam sequitur, Semperque sit obserata sub altari, propter mures & nefarios homines. Neque etiam tandiu seruabatur, ut nunc fit: nam sequitur eodem Canone, Et de septimo in septimum diem semper mutetur, id est, à presbytero illa sumatur,

& alia

Eucharistie  
privata inclusio  
suo reprehensa.

Quid cum reli  
quijs Cæne ser  
uatum.

Eucharistia  
quando publice  
sub altari conser  
uit asseruari.

& alia que eodem die consecrata est in locum eius subrogetur, ne forte diutius obseruata, mufcida, quod abijt, fiat. Præterea non ubique, imò ne in ipsa quidem vrbe Roma mos hic obseruatus fuit. Clemens 3. enim pontificis Rom. edictum legitur de Consecrat. distinet. 2. Can. Tribus gradibus. In quo iussit tantum panis in altaria ponendum, quantum populo sufficere possit; quod si quid residuum fuerit, non asseruandum in crastinum, sed à clericis consumendum esse. Ex quibus intelligimus de asseruanda Eucharistia aliud Clementem sensuisse, quam successores eius postea statuerint, & si constet alicubi eam in agrotantium vsu asseruari solitam, tamen id non factum Romæ Clementis tempore, palam Canon ille docet. Ingressus est autem hic Clemens 3. Pontificatum suum anno Christi 1188.

Hæc aliquantò prolixius enumerare libuit, vt omnibus palam fiat, caruisse Ecclesiam huiusmodi sacellis, thecæ, arcis, ciborijs & ædiculis, quas Christus Math. 24. τραπεζα vocat, in templis suis 1200. totos annos à nato Christo, nimirum vsque ad tempora Innocentij 3. Is cum in Lateranensi Concilio anno 1215. celebrato, Transsubstantiationis dogma approbasset, & inter fidei articulos recitasset, hominibusque persuasisset in Sacramento Cœnæ nihil superesse substantia vel panis vel vini, sed verum ibi contineri corpus & sanguinem Domini, ceperunt tunc etiam primo in honorem huius Sacramenti parare in templis tabernacula, thecæ & ædiculæ, & coram his procumbere. Mandauit enim, vt Eucharistia in omnibus Ecclesijs sub serâ & clauis custodia conseruetur. Decretal. lib. 3. tit. 44.

Non tamen hic mos ab omnibus placitè ecclesijs admissus aut receptus fuit, quod ex Decreto Honorij 3. facillimè potest intelligi, quo Innocentij huius nouam institutionem approbavit, & omnibus ecclesijs obruit. Id lib. 3. Decretalium cit. De celebratione Missarum ad hunc modum habet: Ne propter incuriam sacerdotum diuina indignatio grauius exardescat, districte præcipiendo mandamus, quatenus à sacerdotibus Eucharistia in loco singulari modo, & signato semper honorificè collocata, deuotè & fideliter conseruetur. Sacerdos verò frequenter doceat plebem suam, vt cum in celebratione Missarum eleuatur hostia salutaris, se reuenter inclinet. Quo ipso, quod tam districte præcipi, satis constat, id quo sic mandat diu non durasse, sed se auctore & approbatore maximè institutum. Neque enim edictis nec mandatis tam districte habemus opus, in his retinendis quæ aut vetus consuetudo, aut honesta aliqua ratio maiorum auctoritate confirmata commendat.

Possè confirmatum verò & stabilitum miraculis & signis falsissimis Transsubstantiationis dogma, ceperunt tunc demum in honorem noui sui Dei Nazim in templis maximo sumptu & apparatus edificare sacella, tabernacula & ædiculas, in quas tanquam in carcerem & custodiam hunc Deum suum incluserunt. Proinde certissimum est, nullam in toto terrarum orbe capsam aut ædiculam sacramentariam inueniri posse, quæ non intra trecentorum quinque ginta annorum spatium extructa sit.

Præuidit hunc errorem Dominus, & propterea maturè monuit suos in Euangelio vt sibi ab eo cauere, dicens: Si quis vobis dixerit, Ecce hic Christus, aut illic, nolite credere. Surgent enim pseudo Christi & pseudopropheta, & dabunt signa magna & prodigia, ita vt in errorem inducantur, si fieri possit, etiam electi. Ecce prædixi vobis. Si ergo dixerint vobis, Ecce in deserto est nolite exire. Ecce ex tunc τραπεζα hoc est, in conclauiibus, seu penetralibus est, nolite credere &c. Quamuis verò hic locus à multis soleat exponi de Iudæis calamitatibus, negari tamen non potest, quod & ipse fatetur Hieronymus, eadem operatiorius mundi ad finem vsque seculi fata contexi. Concluditur certè hic locus sententia de ultimo Christi in mundum sub diem nouissimi iudicij aduentu prolata in hunc modum: Sic fulgur exit ab Oriente & apparet vsq; in Occidentem, ita erit aduentus filij hominis. Prætereà negari non potest, simpliciter hic damnari à Domino doctrinam quæ Christum in diuersis terrarum locis, in scrinijs, penetralibus, ædiculis aut munitis locis præsentem ostendit. Id quod in erectis, à transsubstantiationis auctoribus, Corpori Christi claustris, tabernaculis, sacellis & ædiculis, periri nemo bonus negari quantumuis perfrictè admodum frontis fuerit. Nam in malis locis hæc verba eiusmodi ædiculis sacramentarijs inscripta seu inscul-

Quando primū ædiculæ sacramentariæ institutæ.

Ædiculæ sacramentariæ non ab omnibus approbatæ.

Contra ædiculas sacramentariæ Christi ad monitio.



DE ORIGINE

pra leguntur, HIC DEVM ADORA. Item, Flecte genu, lapis hic venerabilis bespice Christo. Quid est Christum & trauertis, id est, in penetrabilis & claustris ostendere, si hoc non est? Atqui Apostolus clarissime dicit, Non in manufacta ingressus est Iesus, quae sunt exemplaria veterum, sed in ipsum caelum, ut appareat nunc vultui Dei pro nobis.

CAPVT VI.

De Origine Altarium.

Ara & Altaris  
erunt quae ac  
differentia.

**I**cam primò hoc loco quaedam de differentia & deriuatione Altaris & Ara: de quo Gyraldus Syntag. 17. de Dijs gentium hæc serè tradit ex Sernio Grammatico: Ara, inquit, Dijs superis & inferis consecrata erant: Altaria verò sunt superiorum tantum Deorum: quae ab altitudine constat esse denominata: Ara verò, ut inquit Varro de lingua Latina, quod arca in vrbe pura sint: à quo Ara potest etiam deum esse, quod pura, nisi potius ab ardore, ad quem ut fit, fit ara. Idem tamen Varro libro 5. Diuinae dicit, aras primum ansas dicitas, quod esset necessarium à sacrificantibus teneri: hanc opinionem Macrobius est securus, & Virgilijs etiam auctoritate conprobat. At verò Isidorus Aram ait à quibusdam vocatam, quod dibi incensa victimae ardeant. Alij ab imprecationibus, quos Graeci a'p'as dicunt. Hæc Gyraldus de differentia & deriuatione, Altaris & Ara, quantum ad ritus & consuetudinem Ethnicorum. Alij Aram ab æfer: hoc est, à tollendo dicitam volunt, quia sit adificium è terra exaltatū. Sacra verò littera & Christiani hodie sine discrimine vno pro altero vtiuntur, & intelligūt adificium sacris faciendis idoneū & aptum.

Noe primus Al  
tare fecit.

Primus omnium autem Noe, ut legitur Genes. 8. fecit ALTARE hoc est, suggestum seu adificium quoddam ex lapidibus, terra vel lignis & super illud Domino holocaustum obtulit. Cemeslor in Genesim indicat, Noachum altare hoc ex octo lapidibus construxisse, propterea quod octo homines Deus in arca seruasset. Unde posteros quoque ipsi Noacho tandem Deus servauit: à duodecim duobus colonijs, post se aiunt. Sic postea etiam Isus ob peritiam rei memoriam, quod duodecim tribus Israeliticae per Iordanem transissent duodecim lapides maximos ex mandato Dei erexit. Et Helias propheta ex duodecim lapidibus altare destructum instaurauit lib. 3. Reg. 18. cap.

Abel quidem, Cain & alij quoque sacrificasse leguntur, sed super qua materia quæ adificio non in sacris liceris exprimitur. Omnes autem circumstantia sacris indicant, factum hoc super strue aliqua lignorum, quæ in hunc vsum collegerunt & temporarunt.

Altare Iacob  
patriarcha pri  
mus iussu Dei  
erigit  
Altare terreū  
erigit inbet Do  
minus.

Genes. 35. primum Domino iubente, Ara erigitur à Iacobo patriarcha: quæ prius legitur, sine Dei præcepto facta erant, teste etiam C. Pellicano in Genesim.

Inbet deinde Dominus per Mosem Israelitis altare cerreum facere, & sacrificare in eo holocausta. Exodi 20. Quæ lex de ijs tantum accipienda est Aras, quas ante templum extruunt & tabernaculum factum, extra ordinaria ratione ad tempus aliquod extruxerunt: talibus in capis Moabiticis, & in deserto Exod. 24. Iosue et Gedeon, item Samuel vsq. sunt. Helias quoque, talem fecit. Et ob hanc causam ex terra aram erigere iubet & ex lapidibus impolitus ac rudibus ne diu durarent, sed obruerentur cito, & eis posteris offensus essent, & putarent sibi semper licere ibi sacrificare, vbi ad tempus solum certa ratione sacrificatum fuerat. Sunt etiam qui hoc idè factum fuisse volunt, ut Israelitarum Ara à gentiliū aris differrent, quæ ex preciosis & politis lapidibus plerumq. constabant. Latet etiam in eo mysterium. Constat enim ex epist. ad Hebraeos. 13. cap. per altare Christum adumbratum fuisse: is abiectum hominem, & quidem formam serui induit, non carnem de caelo attulit iuxta Valentianorum blasphemiam, ut Irenæus, Philaster & Tertullianus de ijs retulerūt. Lapis est Christus ille impolitus, quem edificantes reiecerunt. Corpus quoque Christi, hoc est, ecclesia, ex lapidibus impolitus & rudibus collecta est.

Tertio iubet Dominus, cum iam extructum esset Tabernaculum, Altaria in eo erigere, sed non

sed non plura quam duo tantum: unum aureum, quod thymiamatis appellatur vel incensi, ac in medio inter mensam auream & candelabrum stabat ante velum in Sancto: id diligenter describitur Exod. 30. In hoc incensum siue suffimentum quotidie bis offerebatur mane & vespere ab uno ex Sacerdotibus quem fors destinauerat.

Erat Altare hoc Christi Iesu typus, Suffimentum verò illud preces adumbrabat, quod non obscure David docuit, dicens: Dirigatur oratio mea tanquam incensum in conspectu tuo, eleuatio manuum mearum sacrificium vespertinum: Sacerdos verò, qui per aëto sacro ad suffimentum faciendum ingrediebatur, Christi mediatoris personam sustinebat, ut pote ex officio quasi medius inter Deum & populum constitutus. Monebat igitur hæc actio, in ecclesia preces assiduas fieri debere, eas autem vni & soli Deo offerendas esse, qui tunc demum acceptas sibi & ratas habiturus esset, si per Christum offerantur, qui nobis ab illo mediator factus est, & qui solus patris iram placauit. Idè neque plura Altaria thymiamatis extruere, neque thymiamata illud (cuius compositio singulari a Mose describitur) in alios usus transferre licebat. Sacerdotem verò interea dum suffimentum fiebat, populus fors expectabat, donec illo rursus egresso benedictione solenni dimittebatur, ut ex ea historia, quæ ab Evangelista Luca capite 1. narratur, apparet.

Alterum stabat in atrio tabernaculi, quod dicebatur Aeneum & Holocaustorum, depingiturque Exod. 27. Nec licebat alibi, nisi per singularem quandam dispensationem, quam in loco sancto ad hanc aram sacrificare cuiquam. Proinde quum Rubenitæ cum suis socijs extruxissent aram in ripa Iordanis, idque fama delatum esset ad alias tribus Israelis, decernunt hæ publico bello hoc scelus persequendum esse. Hæc res non caruit mysterio,

Altare etenim hoc nostrum vnicum & catholicum est Christus Dominus, qui seipsum obtulit hostiam viuentem Deo. Nec est vllum in toto mundo sacrificium, quod peccata expiet nisi hoc vnicum.

Apostolorum autem tempora, & quæ eos proximè sequuta sunt, quod attinet, nulla tunc fixa seu de lapidibus extructa fuisse altaria, cum illorum temporum conditio satis probat, qui bus fideles metu tyrannorum in aëdes priuatas, loca vacua, syluas, solitudines & antra subterranea conueniunt: tum id quoque argumento esse potest, quod Paulus discretè Mensæ Domini meminit. Vnde & Bullingerus in lib. de Origine Erroris, Apostolica, inquit, secula mensis positis canabant: ignorabāt Aras fixas & lapide extructas. Nam portatilis mensa magis quadrat exemplo Christi: statæ verò are magis idoneæ sunt pecudibus mandandis fouendisq; ignibus: in quem finem aræ tam apud Iudæos quam apud Gentes è lapide construebantur, vel è tabulis aræ contectis, aut terra interius oppletis.

Quocirca mirandum valde est, vnde Hardingus alijque habeant, quod tam confidenter asseuerant, Altaria semper ab Apostolorum temporibus extitisse.

Caruisse autem Aras vel Altaribus eiusmodi lapideis & fixis Christianos Origenis adhuc atate, ducentis nimirum post natum Christum annis, ex eius libro 8. contra Celsum apparet, vbi inquit: Celsus & Aras, & simulachra, & delubra nos ait defugere quo minus fundentur: quandoquidem inuisibilis nostra huius & inexplicabilis communionis fides & charitatis factionem esse existimat. Cum interim non videat nobis quidem pro Aris & Delubris iustorum esse mentem, à qua haud dubiè emittuntur suauissimi incensi odores, vota inquam & preces ex conscientia puriore. Et mox: ut summatim expediam, Christiani omnes, & quas diximus, aras, & quæ iam ostendimus simulachra collocare maximè admittunt, NON tamen inanimata & insensibilia quædam, nec demonum siue loca siue simulachra, ut diximus, susceptibilia, quæ prius illi insederint, SED Spiritus Dei capacia, qui virtutem inhabitat. Item: Disquirat igitur quicumque velit aras quas nuper exposui, & si lubet cum aris his conferat quas intulit Celsus, & simulachra ipsa Deum colentium animis insidentia cum Phydæ illius & Polycleti simulachris, & opificum cæterorum huiusmodi, profecto aperte intelliget, illa quidem inanimata & temporis processu corruptibilia fore, nostra verò hæc in anima immortalis permansura tandiu, quandiu rationalis anima in ea voluerit permanere. Idem lib. 4. contra

Altaris 2. in tabernaculo erigeretur Dcus.

Altare thymiamatis. Altare thymiamatis cuius typus.

Altare holocaustorum.

Altare holocaustorum cuius typus.

Apostolorum tempora ignorarunt Altaria lapidea & fixa

Origenis tempora cità ignorarunt altaria lapidea ac fixa



eundem dicit: Obijcit nobis Celsus, quod non habeamus imagines, aut aras, aut templa. Quibus verbis Origenes vetustissimus simul & constantissimus fidei Christianae defensor, manifestissime testatur, Christianis nulla suo seculo visibilia sive materialia fuisse Atria vel Aras in templis, sed virtutum duntaxat in animis. Hoc etiam colligitur ex Clemente Alexandrino primitivae Ecclesiae celeberrimo scriptore, qui lib. 7. Stromat. ait. Hic apud nos est altare, terrestri congregatio eorum qui incumbunt orationibus, qui velut unam vocem habent communem, & unam mentem. Et paulo post: Aram autem verè sanctam, iustam animam, & qui ab ea emittitur, suffitum, nobis sanctam dicentibus orationem, non credent. Similiter Arnobius, qui aliquantò post Origenem vixit, libro 4. contra Ethnicos scribens, Accusatis, inquit, nos, quod nec templa habeamus, nec imagines, nec Aras.

Altaria quis instituerit iuxta pontificios.

Volateranus quidem, Vernerius aliique nonnulli, testantur, Sixtum Romanum Episcopum erigendas Aras primum instituisse. Quo ipso manifestè fatentur isti, vetustatem Aras earumque usum, qualis hodie est, penitus ignorasse. Vbi tamen simul admonendum arbitror, hanc Sixti constitutionem apud nullum veterem probatum autorem reperiri: nisi id inde colligere velis, quod Martinus Polonus indicat, Sixtum hunc instituisse, ut Missa celebretur super Altare. Ego autem verumque falsum esse puto. Vixit enim Sixtus hic sub Adriano Imperatore circa annos Christi 124. Ea autem aetate Missa vocabulum, necdum res ipsa prorsus incognita fuit. Deinde ea fuit conditio illorum temporum maxime, ut nulla templa Christianis erigere liceret, quandoquidem ne pro dire quidem ipsi in publicum plerumque eaderent, & benignè secum agi tum crederent, cum intermissis persecutionibus in urbibus tolerarentur, ut supra pluribus indicavimus. Num verò Aras prius extructas, quam templa fuisse arbitrabimur? Aut recentioribus istis plus fidei habere volumus, quam Origeni & Arnobio, qui centum ferè annis post Sixtum Romanum Episcopum floruerunt, & tamen hi produnt, sibi suo adhuc tempore ab Ethnicis obiecta fuisse, quod nec templa, nec Aras haberent ullas?

Altaria lapidea & fixa quando aut qua occasione ne ceperint.

Nec tamen negare ausim Constantini Magni tempore cum magnificis templis, etiam magnifica & splendida altaria multis in locis originem sumpsisse, eaque fixa & de lapidibus aut simili materia extructa fuisse. Non enim contenti splendidissimis templis Christiani nonnulli, in super quoque eiusmodi aedificijs condigna altaria aliaque ornamenta habere voluerunt: quod ab initio bono quidem zelo ipsis datum & concessum est, postea verò superstitio ni materia & occasionem praebevit.

Idem ferè de Iudeis, quod modo de Christianis diximus, Pellicanus refert, in locum Genesis. 20. cap. Quod si altare lapideum feceris mihi, non aedificabis illud de sillis lapidibus, & c. haec scribens: voluisse videtur Deus abesse sacris suis omnem splendorem artis & precij. Idque esse quod placeant illi, & quod absolute prodesse posset fidelibus, cupientibus Deum in Spiritu & veritate colere. Quod autem postea Moysi ostendit tabernaculum arca & ararum preciosum, illustre, artificiosum & laboriosum aedificium & sanctuarium, id ipsum vel ex hoc loco videtur ostendisse, permissionem potius fuisse, quam mandatum, & ad duntaxat ceruicis populum & superstitiosum nimis continentium in officio: alioqui, ut patet, nimium propensum ad ritus gentilium, deosque eorum. Ea tantum ratione condescendendo fragilitati ipsorum, quàm ara pulchra carere in sacris suis nollent, & sculptrile habere non permitterentur, atque nondum fixum locum scirent, vel consequerentur sub Mose ad cultum Dei: id ordinavit ista externa sacra ad peiora cauenda, usque ad tempus correctionis & pacificae habitationis: de voluntate eorum & ex ipsorum donarijs, ad quae erant promptissimi. Haëtenus ille.

Altarium lapideorum auctor

Sufragatur meo sententiae Gerson, qui lib. 4. contra Floretum scribit, Sylvestrum Episcopum Romanum qui et Constantini Magni temporibus vixit, Aras primum lapideas statui iussisse: vetustisque ne quisquam deinceps ad aram ligneam Lateranensis ecclesiae consecraret, nisi ipse sui que successore: refert etiam Gabriel Biel lect. 13. in can. ex Alexandro de Ales. Huiusmodi altaria ab Ethnicis desumpta sunt: nam Herodoto & Strabone lib. 17. testibus, primi omnium Aegyptij Dijs & aras, & simulachra, & delubra statuerunt, sacrificiaque curarunt. Alij verò ex Mose sumpta putant.

Non nego tamē, habuisse primitiuam Ecclesiam ante Constantinum Altaria seu Aras: meminit enim & Tertullianus adgeniculationis penitentium ad Aras in lib. de Pœnitentia. Mentionem quoque facit Altaris Cyprianus lib. 1. epist. 7. ad Epictetum: & 9. ad Presbyteros & Diaconos & plebem Furnis constitutos: item lib. 3. epist. 13. & epist. ad Iubaianum. Ea autem Ara non fuerunt lapideæ nec fixæ, vt postea Syluester constituit, & quales Durandus lib. 4. sui que similes alij, necessariò faciendas esse contendunt, idque propterea, Quia petra erat Christus: sed erant lignæ, & quidē simplices. Mensæ. Paulus enim disertè Mensæ meminit, nō Altaris lapidei aut fixi, 1. Cor. 10. sicut & Lucas cap. 22. Et Clemens 1. post Petrū Papa in epist. ad Iacobum Hierosolymic. episcopum, Mensæ Domini bis meminit: de Consecr. dist. 1. ca. Nemo. Alexander quidem de Ales, referente Gabriele Biel in Canon. lect. 13. indicat, ab Episcopatu Petri Apostoli vsque ad tempus Syluestri v. scilicet persecutorum rabie, certam non fuisse Rom. ecclesiam episcopalem stationem, sed vbiunque necessitas compulerit, siue in cryptis, siue in ædibus fidelium, siue alijs quibuscuque locis Missam celebrasse Petri successores super altare ligneum in modum arce concavum, idque portatum à sacerdotibus vbiunque Rom. episcopus latuerit. Et hoc illud esse Altare, quod adhuc hodiè conspiciatur in Lateranensi basilica, & super quod nemo nisi Pontifex Romanus, idque tantum in die Cœnæ & sabbatho sancto Paschæ, sacrum ministerium peragere audeat. Refert hæc Alexander sine omni auctore, coniecturis tantum, vt opinor, ductus. Deinde si verum est quod attestatur ille Episcopus Rom. à Petro vsque ad Syluestrum, ob tyrannorum rabiem, certam non habuisse suæ ecclesie sedem, sed vbiunque necessitas compulerit, siue in cryptis, siue in ædibus fidelium, hoc est, in priuatis & abditis locis Missam celebrasse, falsum erit quod reserunt Pontificij scriptores, de extructis à Christianis Romæ templis & basilicis, deque septem Diaconis in eadem vrbe per septem regiones constitutis, vt omnibus horis sacris ministerijs inuigilarent: falsa etiam erunt que in Decretalibus epistolis referuntur ab Anacleto, Alexandro, Hygino Eleuthero & alijs de Primatu Romanæ Ecclesie eiusque Episcopi, de appellatione ad sedem Romanam, de comparitione, de Episcopo pulso ante iudicium restituendo, de maioritate Episcoporum & sacerdotum super principes & magistratus, de qua Clemens in 1. & Anacletus in 1. de non arguendis aut damnandis Episcopis & sacerdotibus, deque alijs huius generis infinitis. Si enim ijs temporibus quibus hæc conscripta, decreta & mandata contendunt, Romanus Episcopus nullam sedem fixam habuit, sed sua sacra in antris alijsque locis abditis traiecit, qualem censet primatum eius fuisse? aut putasne vel in mentem tunc viris sanctissimis venisse potestatem aliquam in alias Ecclesias sibi arrogare? cui item verosimile videri posset in tam horrendis & cruentis persecutionibus Curiam Romanam episcopos habuisse in qua lites estimarentur, cum ne certum quidem locum exercendi religionem habuerint? aut censet licuisse fidelibus ad hanc Curiam, si maximè qua fuisset, ex longinquo commeare, ibidemque lites suas mouere? quod circa annos Domini 400. aut etiam seruius, primum cepit fieri. Multo minus credendum est edicta illos promulgasse de potestate sua in Imperatores, principes & magistratus seculares, deque non arguendis aut damnandis Episcopis & sacerdotibus à laicis: Cum tanta indignitate tractati fuerint, vt ne prodire quidem eis plerunque liceret, & benignè secum agi crederent si in vrbibus, Romæ præsertim tyrannorum sede & alumna, tollerarentur: cumq; D. Petrus, quem illi principem Apostolorum constituunt, in 1. Epist. 2. cap. hortetur fideles cuiuscunq; generis aut status seu conditionis, vt obediant tunc legibus, tum magistratibus non solum summis, sed & inferioribus: eò quòd Dominus istius humanæ, id est, inter homines constituta, politica auctor & vindex sit, ideoq; veros huius Domini seruos oportere præ cæteris huius ordinis obseruandi esse studiosos.

At licet huiusmodi Aras lapideas, quales Syluester fieri præcepit, cum quòd diuturniores eum quia firmiores stabiliore que essent, quibusdam in locis receptas esse Gregorius Nyssenus non ab omnibus Basilij frater de S. Baptismo testetur, plurimis tamen in Ecclesijs, veterum consuetudinem secuti, lignæ Mensas retinuerunt. Athanasius enim in epistola ad orthodoxos de Arianorū ac Macedonianorū furoribus scribens, in sacrosanctam (inquit) MENSAM (prob) quantæ

Altari in primitiuam Ecclesia  
qualia.

Altare ligneum  
in Laterano  
Romæ.

Ara lapideæ  
non ab omnibus  
receptæ.



impietas & facinora commissa? Vidisses enim ibi aues & nuces pineas immolare, &c. Idem in epistola ad solitariam vitam agentes Mensa quoque lignea mentionem facit. Meminit etiam Theodoretus lib. 5. cap. 19. sacrae MENSAE ad quam in Mediolanensi ecclesia, munera fuerint oblata. Eiusmodi Mensas ligneas in Aprica quoque in usu fuisse ex Augustino patet, qui Tractatu 26. in Euangelium Ioannis dicit, Sacramentum corporis & sanguinis Christi DOMINICA MENSA preparari, & de Mensa Dominica sumi. Eandem Mensam ibidem etiam Altare aliquoties vocat. Et epist. 50. meminit idem pater Altaris, quod ex ligno fabricatum fuisse videtur: scribit enim Donatistas horrendo impetu, & furore crudeli Episcopum sauciuisse, & ligna altaris effregisse. In Quaestionibus item veteris & Noui Testamenti. quaest. 101. Officium est, inquit, Diaconi portare altare: quod profecto non de Altari fixo, aut lapidum mole aliqua, sed tantum de Mensa Eucharistica intelligi debet. Qua de causa eam saepenuero etiam Chrysostomus *ἱερὰν τράπεζαν*, alijsq; similiter innumeris in locis Patres Mensam Domini appellant. Et Sozomenus lib. 8. cap. 7. indicat, Eutropium summum cubicularium Imperatoris, ob quoddam facinus admissum, ex aula profugum, ad sacram mensam in templo supplicem iacuisse. Idem facit mentionem sacrae mensae lib. 9. cap. 2. Ac sacram mensam ex auro gemmisq; pretiosissimis artificiosissime adornatam, ex voto pro virginitate sua ecclesiae Constantinopolitanae dedicasse, Pulcheriam Theodosij posterioris sororem, recitat idem Sozomenus lib. 9. cap. 1.

Mensa veteri  
cur Altaria ap-  
pellentur.

Ex quibus duo colligi possunt: Primum, veteres in Templis suis MENSAS tantum simplices habuisse, sed etiam eas interdum Altaria vel Aras appellasse: non quod ita reuera esset, sed tantum propter eam, quae illis cum veteris legis Altaribus, intercessit similitudinem. Sic Irenaeus lib. 4. cap. 34. Christum nuncupat Altare nostrum: & Origenes, Cor nostrum, Altare nostrum appellat: non quasi aut Christus, aut corda nostra verè sint altaria, sed translaticia duntaxat quadam loquendi formula.

Altarium seu  
Mensarum ac  
pud veteres vo-  
casus.

Deinde has ipsas siue Mensas, siue Altaria, siue Aras appellare libeat, nullis alijs ritebus, quam administrationi Cæne Dominicae, & oblationibus fidelium in usum pauperum destinatas fuisse.

Altaria lapi-  
dea Tiguri  
quando coep-  
erint.

Huius primitiuae Ecclesiae simplicitatis studiosissima fuit maiorum meorum, hoc est, Tigurinorum ecclesia. Scumpsius enim lib. 6. cap. 14. Chron. indicat, etsi Templum maius Tiguri, quod vulgo vocant *das gross Wüster*, à Carolo Magno conditum fuerit, nullum tamen eius templi Altare lapideum ac fixum, tempore Reformationis, circa annu 1520. factæ, antiquius trecentis annis inuentum fuisse, id quod etiam fundatoria tabula seu instrumta publica illorum Altarium testentur. Cum etiã templi D. Petri apud Tigurinos summum altare solo aequatum esset in Reformatione, & anno Domini 1527. baptisterium in eum locum transferre conarentur, non obscure notis deprehensum est, idem illud baptisterium antea quoque locum istum occupauisse. Nam & loci capacitas illud arguebat, & aqueductus per quem baptismi aqua effusa effluerat, ibidem inuentus, idem illud infallibili signo demonstrabat. Quibus etiam illud adnumerari debet, quod Summum ac precipuum Corporis Christi Altare, quod Germani vocat *Stonaltar*, in primario templo Tiguri, año demum 1278. extructum, & ab Hartmanno Augustano Episcopo consecratum dedicatumque sit, annis videlicet post institutam ab Urbano 4. Corporis Christi festiuitatem 14.

Altaria in qua  
templorū par-  
te apud veteres  
fuerint.

Non omitendum hoc loco videtur, quod D. Iuellus Sarisburien. in Anglia Episcopus contra Hardingum Artic. 3. Sect. 26. monet, Altaria videlicet apud veteres non semper & ubique in extrema templorum parte, quam vulgo hodie Chorum vocamus, sed in medio posita fuisse. Eusebius enim, templi formam apparatusque, qualis suo tempore exiit, lib. 10. ca. 4. his verbis ostendit: *Abiituo templo ac sedibus excelsum, ad honorem presidentium, & subsellij ordine collocatis, ornato, & post omnia sancto sanctorum, videlicet Altari in medio constituto, &c. Altare non in extremo Choro, sed in medio templi populiq; positum fuisse Eusebius scribit. Augustinus etiam de verbis Domini secundum Ioannem Serm. 42. Christus inquit, quotidie pascat: Mensa ipsius est illa in medio constituta. Quid causa est, o audientes,*

ut mensam videatis, & ad epulas non accedatis? In Constantinopolitano Concilio 5. act. 1. sic habetur: Tempore Diptychorum currebat omnis multitudo cum silentio circum altare, & audiebant. Denique, ut reliquos mittam, Durandus lib. 5. quid causa sit, quam obrem sacerdos ad altare adstans seipse convertat, inquirens, hanc illius rei rationem adhibet: In medio Ecclesie aperui os meum. Bonifacium etiam Episcopum Romanum à populo sacerdotem in sacra Liturgia primum disiunxisse supra indicavimus. Sed ut testimoniorum longiore commemoratione superfedeam, ex paucis hisce intelligimus, Chorum eo tempore, in templo medio stetit, cancellus quibusdam septum & conclusum, atque à reliquis partibus distinctum: unde etiam Cancelli, dictus est, & à Græcis usitate βραβυρτίον, quia locus erat presbyteris atque ministris propriè designatus, cæterisque omnibus, ne sacra interturbarentur, præclusus, quem admodum egregiè ex historia Ambrosij apparet apud Theodoretum lib. 5. cap. 18. & ex Nazianzeno in vita Basilij: & ex decreto quodam quod Clementi tribuitur, de Consecrat. dist. 2. Sacerdotum. & ex Concilio Laodicen. can. 19. Fuitque locus iste, id quod ex Chrysostomo colligi queat, quadam in parte sacrorum velo quodam & caduro obtentus. Imò etiam hodie in magnis Ecclesijs Mediolani, Neapoli, Lugduni, Moguntia, Roma, & in Ecclesia B. Laurentij apud Florentinos, sacerdos rem divinam faciens ad Occidentem spectat, atque populum præ oculis semper habet.

Hodie pleræque Altaria in Papatu in prima templorum parte collocata sunt, & versus Orientem spectant: quod etiam ab Ethnicis sumpserunt. Nam multi Ethnorum colebant Solem pro Deo: unde & in publicis suis sacris verterunt se versus Solem. Administrabant etiam alia sua negotia Solis iudicio. Nam, ut Herodotus scribit, Persarum Principes pacti inter se sunt, ut statuto die omnes equos suos ante regiam primo manè perducerent, & cuius equus ante Solis ortum hinnitum primus edidisset, is Rex esset. Iustinus etiam lib. 18. refert, quòd cum in Tyroseri conspirassent in dominos suos, eosque trucidassent, deliberantes de Reip. statu, decreverint, eum potissimum, quasi Dijs acceptissimum; Regem fore, qui Solem Orientem primus videret. Apud Apuleium quoque legitur: Tunc in Orientem conversus, vel incrementa Solis Augusti tacitus imprecatus, &c. Et propterea in lege Dominus instituit, ut Sanctum Sanctorum, in quo positum erat Propitiatorium, non ad Orientem, sed Occidentem verteretur, ne Israeliticæ Ethnorum more ei servire viderentur.

Fuit autem Altarium lapideorum ac fixorum etiam usus ab initio tolerabilis, nec ego ea facile damnaverim, si modò Cæna Domini serviat, nec modum excedant, aut superstitioni inserviant: quòd primò cepit fieri circa annu nati in carne Christi 430. quando vbius locorum, etiam extra templa in honorè & memoriam Martyrum, hoc est sanctorum mortuorum, aut opinione saltem talium, extruere altaria cœperunt. Perspicitur hoc ex Canone 14. Concilij Carthaginen. 5. anno Christi 438. celebrati, vbi etiam iste abusus altariu reprehenditur, & sancitur, ut altaria, quæ passim per agros aut vias, tanquàm memorie martyrum constituuntur, in quibus nullu corpus, aut reliquia martyru condita probantur, ab Episcopis, qui iisdem locis præsunt evertantur. Sin aut hoc propter tumultus populares fieri nõ possit, plebs eam rem admoneatur, ne illa loca frequentet, aut aliqua ibi superstitione devincta teneatur. Statuuntur item, ut omnino nulla memoria martyru probabiliter acceptetur, nisi aut ibi corpus, aut reliquia aliqua certè sint, & vbi origo alicuius habitationis, vel possessionis, vel passionis fidelissima origine tradatur. Nam quæ (inquiunt patres eiusdem Concilij) per somnia & per inanes quasi revelationes quorumlibet hominum vbiq; constituuntur altaria, omnimode reprobentur. De Consecratione distinct. prima. Placuit. Durandi Ration. libro septimo cap. primo. Voluerunt patres in hoc Concilio crescenti idololatriæ de cultu sanctorum, templorum & altarium resistere. Quid hodie disturos putas, quando passim aras & sacella Divorum, ob somnia similesque revelationes fabricata, infinita in Papatu conspiciere licet? Præterea sancti illi viri concedendum putaverunt, ut vbi corpora sanctorum sepulta iacerent, ibi ara extruerentur. Posterioribus autem seculis, quò, vbiunque vellent, lapideas domos colere possent, piumque hoc decretum eluderent hypocrisis, nec non uniuerso orbi nequiter imponentur,

Altaris in Papatu in prima templa parte vnde.

Abusus altarium.

Altaria nulle sine aliquibus erigenda.



disperserunt vnius sancti cadauer, vestesque in aliquot milia particularum, ac in aras diuersissimis locis reposuerunt: vt sic dici possit, in omnibus illis templis esse corpus eiusdem sancti, si non totum, ac certe particulam aliquam vel ipsius, vel eius calceorum: sicq; praclarè ac suo more Concilium hoc sibi seruasse videntur. Catalogus test. Veritatis fol. 142.

Cum verò Carthaginense hoc Concilium isto suo decreto parum admodum profecisset, eam ob causam Hormisda Papa circa annos Christi 516. constituisse videtur, Ne altaria sine Episcopi consensu erigerentur: vt refert Gratianus de Consecr. dist. 1. Nullus presbyter. Alioqui nec in Synodus ab ipso celebratis, nec in epistolis ab eo scriptis hoc inuenitur. In Concilio quoque Spalensi erectio altarium solis Episcopis iniungitur: Act. 8. Et in Senonensi Synodo anno 1528. habita: ca. 38. praecipitur, ne praetereu noui miraculi erigatur altare nouum, nisi Episcopus loci de eo negotio ante definierit quid sit tenendum.

Abusus altarium 2.

Cum etiam Caroli Magni tempore altaria plurima in vno eodemq; templo coepissent exeri Imperator coactus fuit in suis Constitutionibus praecipere, ne super sua sint in Ecclesijs. Quid hodie diceret, si in vno templo viginti aut plura videret? Bruschius ceritè de Monasterijs Germ. fol. 129. testatur, incomparabilem illam Vlmensium Basilicam 51. aris decoratam fuisse. Idem quoque refert fol. 106. in Basilica Caenobij Salemitani fuisse 28. insignia altaria.

Petrus de Bruis, qui sermo ante annos 500. vixit, reprehendit etiam, quòd sua arote ree super sua ecclesiae, & tot altaria in ijs tam sumptuosè aedificentur: item quòd tantum sumptuum in eorum cultum fiat, & vera Ecclesia, id est, miseri Christiani negligantur, vt in Catalogo test. Verit. indicatur.

Facta sunt haec profusè ad Ethnicorum imitationem, vt plar. ete alia in Papatu. Nam apud illos plura altaria in vno templo fuisse, ex Prudentio apparet, qui lib. 1. contra Symmachum inquit de simulacris Romae Deae iutelari adiunctis:

Omnibus ante pedes posita est sua cuiusque vetusta  
Arula. Et Vergilius de Venere ait:

Vbi templum illi, centumq; Sabaeo

Thure calent aera.

Nec in templis tantum, sed etiam in aulis (vt apud Theodoretum lib. 3. cap. 16.) & in Curijs (vt patet ex epistola Symmachi ad Imperatores pro sacris Patrum) Aras habuerunt, in quibus sacrificarunt.

In veteri autem Testamento duo tantum erant altaria: & ea quidem Christum admitterunt. Quia verò umbra veterum & typi praeterierunt, nulla altaria dinceps in Ecclesia excitari seu erigi debebant. Esaias enim propheta cap. 17. de regno Christi vaticinans, inter alia ait: In tempore illo respiciet homo ad factorem suum, & oculi eius ad sanctum Israelis contuebuntur, & NON RESPICIET ET AD ALTARIA, opus manuum eius, & ea quae fecerunt digiti eius non intuebitur, &c. Vnde apud Christianos etiam in primitiua Ecclesia cuiq; templo vnicum tantum fuit altare seu mensa Eusebius enim lib. 10. cap. 4. inquit: Vnum est altare toti Ecclesiae. Sic Chrysostomus in 2. Cor. hom. 8. Baptismus vnus est, & mensa vna. Et Gentilius Heruettus, Ecclesiae Graece rationem, quem hodie habet commemorans, ait: In Graecorum templis tantum vnum est altare, idque in medio Choro. Damigitur hodie in Papatu contrarium fit, replendo tam prouata quam publica loca Altaribus, iure optimo in eos quadrat grauissima Domini reprehensio quae extat apud Prophetam Ioseph. 8. cap. Quia multiplicauit Ephraim ad peccandum altaria, fuerunt ei altaria ad peccatum. Quod perinde est ac si diceret Dominus: Ego vnicum Altare esse volui, vt sacrificij illius vnici eos admonerem, quod solum expians peccatis sufficit. Et notu est facti quantacum religione & zelo maiores ipsorum pro vnico isto altari contendierint, cui: Transiordani altare nouum exiuruisse videntur, Ios. 22. At isti omnium istorum obliui diuersis in locis multa passim altaria aedificant, & ita demum sibi ipsi religiosi videntur, si passim extent inobedientia ipsorum vestigia & monumenta. Erunt ergo altaria haec ipsi in peccatum, id est, cadent

cedent illis in grauem culpam & exitium. Quibus utique verbis clarè admonemur, Deū longè aliter de cultibus per nos institutis iudicare, quàm superstitiosi facere soleant. Israelitæ enim altaria in nullum alium finem, quàm ad colendū Deum edificabant, & ideò quo plura essent, eo magis Deum ab se coli arbitrabantur. At Deus illa ad peccandum facta dicit, & peccata illic committi, quæ breui ipsis exitium sint allatura. Cuius sententia hæc vnica ratio est, quòd contra leges præscriptum hoc omne facièbant. Idem hodiè quoque iudicandum est de altari- bus: constat enim in Christo ea abrogata esse. Quicumque ergo vel vetera illa reducant, vel nouum ad illorum exemplar instituunt, hi omnes horribiliter peccant, eoque sapius & grauius peccat, quòd studiosius istis rebus occupantur, & suas intentiones bonas, uti vocant, Dei man- datis præferunt. Quod enim fit præter Dei voluntatem, ac secus quàm ille vult fieri, quan- quam existimatur acceptum Deo, tamen est omnium pessimum & iniquissimum, ut Chry- sostomus ait Oratione 1. Contra Iudeos.

Accedit his erroribus adhuc tertius, quòd nimirum crescente superstitione & idololatria, Abusus alta-  
 Aras non Deo, sed Sanctis mortuis eorumque imaginibus erigere & construere cœperunt. In rium 3.  
 veteri autem Testamento Noe, Iacob, Iosue & alij semper Deo Altaria extruxisse dicun- tur. Tantum etiam absuit, ut hic error Augustini adhuc etate vigeret, ut eum quoque in gentilibus acriter reprehenderit. Sic enim inquit tom. 10. Serm. 6. Ara est, quæ testatur, pro numine id haberi cui erigitur. Nam illi, scilicet Ethnici, quod numen habeant, & pro numine accipiant illam statuam, ara testatur. Quid illic faciat ara, si illud non habeatur pro numine? Nemo mihi dicat, Non est numen, Non est Deus. Iam dixi, utinam ipsi sic norint hoc, quò modo nouimus omnes nos; sed quid habeant, pro qua re habeant, quid ibi faciant, ara testatur. Hæc sanè D. Augustinus obijcere Ethnicis nõ potuisset, si eo tempore consuetudo hæc in Ec- clesia fuisset, quæ aliquot iam seculis fuit, ut nimirum vnicuique sancto peculiare Altare eri- gatur. Si Ethnicis hæc dixit, quid putas eum Christianis dicturum si hodiè viuere? Non pu- tauit sanctissimus Pater, futurum, ut ista omnia in nostros Christianos aliquando caderent, qui hoc loco Ethnicos reprehendit, & tamen venit tempus quo Ethnicos Christiani in hoc errore longissimè superant.

Hic prætereundum nõ videtur, quòd licet apud Ethnicos etiam quæq; Ara vni & certo alicui Deo vel Deæ dicata seu destinata fuerit, solos tamen Athenienses etiam ignotis, seu incertis Dijs Aras erectas habuisse, ut Cælius lect. antiq. lib. 2. cap. 2. ex Philostrati lib. 6. de vita Apollonii indicat. Id verò inde factum existimant, quòd Epimenides Creterensis vrhem Athenarum, peste grauissimè laborantem, lustraturus, oues sumpserat, Laertio auctore, nigri & caudidi velleris, duxeratque in Areopagum, atque inde quo vellent abire permiserat, com- mitibus mandans, vbiunque ille accubissent, singulas mactarent peculiari cripiam Deo: hinc passim apud eos Ara inueniebantur sine nomine: ex quibus etiã illa fuisse videtur, quam Paulus Athenis reperit, quamque inscriptionem I G N O T I D E I habuisse testatur, Actorum 17. Sunt qui referant Aram istam huiusmodi titulum habuisse: Θεοῦ Ἀγνοῦτος καὶ Ἐυρωπαϊκῆς καὶ Λυβικῆς καὶ Ἀσιατικῆς Ἐκκλησίας. Id est, Dijs Asiæ, & Europa, & Lybie, Deo ignoto & peregrino: hoc tamen postremum in plurali numero, Θεοῖς ἀγνοῦτοις, apud nonnul- los legitur.

Ara ignoti Dei  
 apud Athenien-  
 ses.

Inter hæc autem Altaria in Christianorum templis erecta, vnū summum ac præcipuum cepit esse post annos Christi 1200. hoc est, ab eo tempore, quo Transsubstantiationis dogma ab Innocentio 3. receptum, approbatum, interque articulos fidei relatum, & Corporis Christi festiuitas ab Urbano 4. instituta fuit. Germani hoc altare vocant Fronaltar, hoc est, summum vel præcipuum altare. Fron enim antiquum Germanicum vocabulum, nihil aliud quàm summum seu præcipuum Latine sonat. Unde & Corporis Christi festum, quo pontificij aliud non habet maius, vocant Fronleichnamstag. Ita verò Altare hoc vocatur, quòd in eo credant Corpus Christi ipsissimum consecrari & offerri: seu quòd Christo dicatum sit, reli- qua verò Diuis & Sanctis mortuis.

Altarium diffe-  
 rentia.  
 Fronaltar.



D E O R I G I N E  
De Ornamentis Altarium.

**A**ltarium ornamentis in quibus consistat. Phylacterium quid. **O**rgatus Altaris versatur in velamentis, crucibus, capsis, textibus & phylacterijs. Belesb. in Rationali capite 85. Et autem phylacterium vasculum vel argentum, vel aureum, vel etiam crystallinum, in quod sanctorum cineres & reliquiae reponuntur. Idem ibidem capite 115.

**A**ltarium tegumenta quis instituit. **I**sidorus & Polydorus Vergilius Stephano primo altarium tegumenta attribuant, qui Romanum Episcopatum tenuit circa annos Christi 250. Alij id Felicium ascribunt, circa annos Domini 280. Non autem videtur tam bene habuisse eo tempore Romanam Ecclesiam sub crudelissimis tyrannis, ut Episcopi Romani aliud nihil quod agerent haberent. Quamvis ex Origenis homilia decima in Iosua appareat, ad ornatum altarium iam tum à fidelibus quaedam collata esse. Pantheon igitur in Chronico & Zegedinus in Speculo, Albas & Corporalia altarium Syluestro Primo tribuunt. Alij vero Bonifacio Tertio Romano Episcopo, qui circa annum Domini 607, auctor fuit, ut altaria candidis operirentur ac linteis pannis, teste Polydoro Vergilio de Inventione rerum libro sexto capite sexto. Et Regino lib. 1. De disciplina Ecclesiastica capite 60. docet, mundissimis linteolis & pallijs altaria vestienda esse. Quae cum ita sint, mirum quod Gratianus refert de Consecratione dist. 1. capite Nemo, &c. Durandus in Rationali diuinarum libro primo capite tertio, Clementem Primum Papam statuisse, ne mortui sepeliantur, vel inuoluantur seu operiantur, vel etiam feretrum, cum palla id est, pannus altaris.

**A**ltaribus thuris usum quis assignari. **L**eo Tertius Papa circa annum Domini 798. thuris usum altaribus assignauit, Ethnicorum more. Liber Pontific. Balauis in vita eius. Quod si Decretalibus fides aliqua habenda fuerit, incensi & thuris usus diuante Leonem hunc fuit iuxta illas enim Soter Episcopus Romanus circa annum Christi 172. constituit, ne monacha incensum ad altare deferat: refert etiam Antoninus Titulo septimo cap. 6. §. 1. & Platina in Vita.

**A**ltarium tegumenta in proprijs vasis lauantur. **G**ratianus de Consecratione distinctione 4. Omnis Presbyter indicat in Concilio Ilerdensi (non tamen inter eius canones inuenitur) statuit, ut ad tegumenta altaris lauanda sacerdos propria habeat vasa, in quibus nihil aliud fiat.

**A**ltaris vasa à mulieribus non attingenda. **S**ixtus circa annum 125. statuisse dicitur, ut mulier, vel monacha sacra vasa altaris, & pallam sacram non contingeret vel leuaret. Sabellius Enne. 7. libro quarto. Antoninus Titulo septimo capite quinto §. 1. Hoc Bonifacius anno 425. renouat, ut Martinus Polonus & Balaeus referunt.

In Laodiceno Concilio primo anno 368. habitum iuxta aliquos, cap. 44. sancitur, ne mulieres ad altare accedant, & ea contingant, quae virorum officijs deputata sunt. In eandem ferè sententiam Gelasius Primus in decretali statuit capite 28. ut femine sacris altaribus non ministrarent, vel aliquid ex his, quae virorum sunt officijs deputata, praesumant.

In Bracarensi Synodo prima anno Domini 610. habitum sancitur, ut non liceat cuilibet ex Lectoribus altaris sacra vasa portare, nec alijs nisi his qui ab Episcopo Subdiaconi fuerint ordinati D. 23. Non licet cuilibet.

**A**ltaria lauanda. In multis locis altaria tribus illis ante Pascha diebus lauantur vino & aqua, & ramis fricantur, praesertim ramis de Sauina. Et lauantur cum psalmo penitentiali, vel cum cantu ad passionem pertinente: plus autem vini quam aquae adhibetur. Durandus Rat. libro sexto capite 76. Fit hoc ad imitationem Ethnicorum, apud quos Lauatio matris Deum festum erat quo aquis adiuncta cineris frictione, sordes statuae eius abluebantur. Arnobius libro septimo contra Gentes.

In Parasceue altaria suis ornamentis spoliari, Honorius Augustodunensis presbyter qui claruit anno 1120. testatur, in Sermonem die Cænae Domini habito.

In Colonienfi Synodo sub Rodolpho Imperatore habita à Sifrido eius loci Episcopo, praecipitur ca. 7. ut loca circa altare, ab araneorum telis & pulueribus, ac cæteris immundicijs sepius emundentur. Item, ut sursum super altare ad latitudinem & longitudinem altaris, pannus lineus

nus lineus albus extendatur, vt protegat ac defendat altare ab omnibus immundicijs & pulueribus descendentibus. Item, vt Cortina in lateribus altaris vtrinque appendantur, nec in aliquo tempore sacrificij detrahantur.

Signum & miraculum falsum pro extruotione Altarium.

**P**aulus Diaconus lib. 6. cap. 2. de Gestis Longobard. & suo in Chron. narrat: quod cum tempore Constantini 5. Imper. cognomento Pogonati, circa annos Domini 682. per tres menses, Iulium Augustum & Septembrem, pestis Ticinum adeo depopulata esset, vt ciuibus inde fugientibus herbae & fruticeta enascerentur in plateis, reuelatum esse quibusdam viris, non prius pestem cessaturam, quam Sebastiani martyris altare in basilica Petri construeretur, atque euentum correspondisse. Reliquijs enim Sebastiani Roma Ticinum translatus, & altari extructo, lues illa quieuit. Atque hinc superstitio de Sebastiani contra pestem praefecto iudicium animos primum occupauit.

Sebastianus pe-  
stis medicus  
vide.

C A P V T VII.

De Origine & progressu Imaginum vel Simulachrorum apud Gentes.

**H**istoria sacra, quae extat Genes. 31. & apud Iosephum lib. 1. cap. 27. Antiq. apparet, longe ante Mosem simulachrorum usum fuisse. nam Rachel Syria, cum eius maritus e Mesopotamia à Labano socero auisugisset, simulachra Deorum seu Theophim patri suo furata ibi dicitur. Facta sunt haec anno mundi conditi 2205. Credibile igitur Labanum idola ex suorum maiorum traditione accepisse. A quo verò aut heri ea profecta sint inquirere, haud fore alienum ab instituto nostro arbutur.

Simulachrorum  
inuentor Ninus  
iuxta Berosum.

Berosus igitur de Origine simulachrorum apud gentes non procul à vero aberrasse videtur in via Nini, quem affirmat urbem Ninuen ornasse, & primùm omnium Belo patri & matri Iunoni ac Rebe auiæ templum & statuas in media Babylone extruxisse. Refert etiam Victor Mabilienfis lib. 3. Videtur hoc esse factum circa annos à mundo conditi 1915. Confirmat hoc Cyrillus lib. 3. contra Iulianum, vbi testatur ante Diluuium nullam fuisse idololatriam, sed primò exortam in Babylone, vbi Ioui Belo primùm diuini honores impensi sint. Qua de re Auentinus etià lib. 1. Annalium ita scribit. Anno regni Tuiskonis centesimo duo de vicesimo, Belus Iupiter filius Nemroti Rex Babyloniorum 2. nature factoque concessit. Ninus filius patri in regno succedens, seu vt diuina stirpe natus videretur, seu peccate motus, vt memoriam defuncti genitoris coleret, seu quod magis credam, instinctu mali Genij patrem consecrat, pro Deo ab omnibus coli praecipit, eidem diuinos deferret honores, ab omnibus deferri edicto publico iubet. Templum insuper addit, cuius Plinius meminit. statuam in media Babylonia ponit atque dedicat, quae ab omnibus adoraretur. Ibi tum desertores lares, spiritus fallacissimi, diuinitatis affectatores, vt huiusmodi errorem humano generi immitterent, atq; ea pestis lae longeque inualefceret, auocaret à veri Dei notione, per quam solam potest mors aeterna vitari, illapsi huiusmodi potentissimorum regum simulachris, adstiterunt eorum nomina. Mentis itaq; atq; ascitis eorum nominibus, vt fallerent, responsa dederunt, & sub horum titulis, honores sibi Deorum vendicarunt, sub nominibus mortuorum delitescetes, viuientibus plagas excenderunt. Humanas enim hostias, ipsi hostes humani generis, excogitarunt, vt perquam multas deuorarent animas. Ita deiiciendi hominis causa se Deos mentiti sunt, & varios sibi cultus peruersa religione condiderunt. Cum enim sint perditores hominum, custodes tamen se vocarunt, vt ipsi colerentur, Deus non coleretur. Quoniam cum sine Spiritus tennes & incomprehensibiles, insinuabant se corporibus hominum, occultè valetudinè viciabant, morbos citabant, somnjs animos terrebant, mentes furoribus quatiebant, vt homines his malis co-



gerentur ad eorum auxilia decurrere: prodesse putabantur, cum nocere desinebant, qui nihil aliud possunt quam nocere: pluias quas iam sentiebant reprimitebant, fallacia eorum fuit aqua cribro gestata, eos nouacula discissa, nauis cingulo promoti, ut numina lapides crederentur, &c. Hucusque Auentinus.

**Simulachrorū author Thare secundum Epiphaniū.**  
 Epiphanius verò principium idololatriæ ad tempora quidem Nini, sed tamen ad alium auctorem extendit. Nam in Panaria sua inquit: Eo tempore (viuente Patriarcha Saruch) incepit idololatria: nondum tamen in status, sed duntaxat in imaginibus per colores representatis. Et iterum idem: Nascitur ipsi Saruch filius Nachor, & huic Thare. Hinc fieri ceperunt statuae ex luto & arte figulari, per industriam huius Thare. Et in Ancephalæosi inquit clarius, paulo tamen aliter: Græcismus à temporibus Saruch exorsus per idololatriam, & sicut quisque tunc procedebat secundum aliquam superstitionem, ad ciuilem vitam, moresque ac statuta, ita tamen ut simulachra tum ceperint poni hominum genera, quæ tunc sequebantur & deificabant, per colores quidem ab initio depingentes ac representantes eos, qui olim apud ipsos in honore fuerunt, aut tyrannos, aut praestigiatores, aut qui aliquid fecerunt in vita memorabile, per fortitudinem sue corporum robur. Deinde verò à temporibus Thare patris Abraham, etiam per statuas idololatriæ errore inducto, primos suos parentes colentes, & eos qui ante ipsos vita functi erant fabricantes, ex singulari primum arte, deinde cum omnes artes ad imitationem excitarentur, adificatores quidem lapidem ad hoc cadentes atque exsculptentes: argentarij verò & aurifusores per propriam artis suæ materiam effingentes: ita etiam fabri lignarij & reliqui. Aegyptij autem & Babilonij, simulque Phryges ac Phoenices, huius superstitionis primi auctores fuerunt, tum statuaria, tum mysteriorum, à quibus plurima ad Græcos translata sunt, ab ætate Cecropis, & deinceps. Deinde verò & longè postea Saturnum & Rheam, Iouemq; ac Apollinem, & alios Deos declararunt. Hactenus Epiphanius. Regnavit autem Belus Iupiter temporibus Saruchi Patriarchæ, circa annos à condito mundo 1850. Ninus verò ætate Thare patris Abrahami.

**Idolorum auctor Nimroth.**  
 Gilbertus etiam Cognatus Narrationum lib. 4. idolorum initium non ad Ninum, sed ad eius auium Nimrothum giganteum Babilonicum refert. Is enim filio suo primogenito Ioue Belo amisso, ad leuimè sui delyderij statuam posuit, & ex exit aueam in templo et in palatio, eamque mox colere cepit tanquam Deum, ad eam sacra fecit, hostias immolauit, atque sacrificia constituit inter domesticos. Deinde successu temporis talis error pro lege custoditus est: & ad eam confugientes homicidæ, latrones, & capitales supplicij rei, statim venia codicillari donabantur. Videtur in hac quoque sententia fuisse auctor libri Sapientia cap. 4. ubi inquit: Inani hominum gloria seu ambitione in mundum introducta sunt idola vel simulachra. Aucto enim luctu præmaturè abrepti filij dolens pater imaginem fecit, & iam antè mortuum hominem, nunc tanquam Deum colere cepit, & domesticis suis tradidit, & constituit inter seruos suos sacra & sacrificia. Deinde progressu temporis, impia consuetudo præualescens, pro lege seruata est, &c.

**Simulachra ante Diluuium iuxta Tertullianum.**  
 Tertullianus verò adhuc alius ascendens, affirmat, etiam ante Diluuium idola & idololatriam in usu fuisse: quod tamen Cyrillus & Epiphanius constantissimè negant. Nam in libro de idololatria dicit, Enochum simul & cultores idoli & fabricatores damasse.

**Simulachrorum inventor Prometheus.**  
 Nihilominus tamè historici tam Græci quam Latini, idolorum et simulachrorum usum ad alios auctores referunt. Laërtianus enim Firmianus à Prometheo manasse huiusmodi usum tradit lib. 2. Diuinarum Insit. quum inquit: Quia Poetas dixeram non omnino mentiri solere, sed figuris inuoluere & obscurare que dicant, non dico esse mentiros, sed primum omnium Prometheum simulachrum hominis formasse de pingui & molli luto, ab eoque natam esse primò artem fingendi statuas & simulachra.

**Simulachrorum auctores apud Aethyopas, Aegyptios, Græcos.**  
 Alij, ut auctor est Diodorus lib. 4. dicunt Aethiopes simulachrorum usum inuenisse primum. Nonnulli Aegyptios tradunt, quod eorum reges, Sesostris, Amasis, Rhapsinates & Sennandius id primum moliti sint. Eusebius in præfatione ad Chronicon suum, dicit, Cecropem Diophem primum omnium Iouem oppellasse, simulachra reperisse, aras statuisse & victimas immolasse.

molisse. *Vixit autem Cecrops Mosis tempore. Alij rursus Cadrum Agenoris filium apud Græcos tradidere. Cum enim ex Semele filia ab ignoto compressa, puerum suscipisset, mortuum postea ab eo deauratum, & quasi Deum ingenti cultu & sacrificijs decoratum fuisse ferunt, parentemq; Iouem existimatum, ut scilicet Semeles stuprum leniretur, Gilb. Cognatus Narrationum lib. 3. & 4. Macrobius lib. 1. Saturnal. ab Hercule simulachra profecta autumat ex Epicadi sententia: Epicadus, inquit, refert, Herculem, occiso Geryone, cum Victor per Italiam armenta duxisset, ponte, qui nunc Sublucius dicitur, ad tempus instructo, hominum simulachra pro numero sociorum, quos casu peregrinationis amisisset, in fluvium demisisse, ut aqua secunda in mare deuecta, pro corporibus demortuorum, veluti patrijs sedibus redderentur: & inde vsus talia simulachra fingendi inter sacra mansisse. Iuxta hanc sententiam simulachra originem sumpsissent post annum demum à condito mundo 2715, quo Hercules Amphyrionis natus perhibetur. Idem tamen Macrobius sibi magis placere ait, hunc morem à Pelasgis fluxisse. Illi enim, teste Dionysio Halicarnasæo in 1. Annual. Roman. postquam diu errabundi in Latium venerant, in lacu Cutulienfi enatam insulam deprehenderunt, decem prædæ secundum responsum Apollini consecrata, erectisque Diti sacello, & Saturno aras, illum humanis capitibus, hunc virorum victimis placare se existimabant, propter oraculum in quo erat, Et capita inferno, & patri transmittite lumen.*

Posthæc Herculem ferunt cum Geryonis pecore per Italiam reuertentem, suasisse illi, profiteri, ut faustus sacrificijs infausta mutarent, offerentes Diti non hominum capita sed oscilla, id est, parua ora, ad humanam figuram formata, & Saturni aras non mactatis vitis sed accensis cereis excoleptes. Inde fuit consuetudo, ut & Cerei Saturnalibus mitterentur, & sigilli, hoc est, oscilla arte fictili fingerentur, referente Polydoro V. e. gilho lib. 2. cap. 23. de Inventionem rerum.

*Pausanias in Messenicis refert Bupalum architectum & Talslem insignem Smyrnæis Fortune signum omnium vetustissimum finxisse primum, capitique volum inposuisse, altera manu cornu Amaltheæ tenentem. Herodotus quoque auctor est, primos è Græcis Athenienses, à Pelasgis edoctos, statuas Mercurij efformasse. Sunt præterea quidam, qui Telichnes apud Rhodum Deorum statuas primum fecisse velint. Quidam Hætruscos seu Tyrrenos prædicant. Cælius lib. 29. cap. 24. Antiq. Lect. Plinius lib. 25. cap. 3. de picturæ initijs, ait, incerta quæstio est. Ægyptij sex millibus annorum apud ipsos iuuentani, priusquam in Græciam transiret, affirmant, vana prædicatione, ut palam est. Græci autem alij Sicyone, alij apud Corinthios reperit, omnes vmbra hominis, lineis circumducta. Itaque talem primam fuisse, secundam singulis coloribus & monochromaton dictam, postquam operosior inuenta erat, duratque talis etiam nunc. Et cap. 12. eiusdem lib. multus agit de inuentoribus Plasticæ. Inter alia ait: Fingere ex argilla similitudines Dibutades Sicyonius figulus primus inuenit, Corinthi filie opera, quæ capta amore iuuenis, illo abeunte peregrè, vmbra ex facie eius ad lucernam in pariete lineis circumscripsit, quibus pater eius in pressa argilla, typum fecit, & cum cæteris fictilibus induratum igni proposuit, eumque seruatum in nymphæo donec Corinthum Mlummius euerteret, tradunt. Egregium scilicet principium habuit res vehementer florida & recors.*

*Non mirum autem à plerisque auctoribus Idolorum seu simulachrorum inuentum Græcorum in eis imbuti, cum aliunde ad illos manarit: fuit enim gens ambitiosissima, ut quæ non solum antiquissima ac princeps seu parens omnium populorum, sed & cunctarum rerum inuentrix haberi voluerit, atque etiam in scripta sua reculerit. Ea verò res posteriores auctores & historicos mirifice decepit, ac meritiendi potestati, vetus aliquid scribere volentibus, amplissimam fecit. Unde Cato Maior non iniuria Romanis persuadere conatus fuit, Græcorum liceris ut abstinerent: umque nihil obtrivisset, ipsi qui nimium eorum scriptis delectari videbantur, peculiarem de Originibus rerum scripsisse ob id librum putatur.*

*Ceterum ut ad Græcos vsus & cultus simulachrorum aliunde manavit, ita vanitate & stultitia Græcarum religionum Hætruscarumq; domi imbutus Tarquinius Priscus, Roma*

*Græcorum insolentat. axatur.*

*Idolorum auctor apud Romanos.*



nos primus edocuit ipse simulachra Dijs ponere: quod Tertullianus subsignificat, inquit: Age iam rebus religio profecerit. Nam est à Numa concepta est curiositas superstitiosa, nondū tamen aut simulachris aut templis res diuina apud Romanos constabat, frugi religio & pauperes ritus, & nulla Capitolia certantia celo, sed temeraria de cespite altaria, & vasa adhuc Samia, & nidor ex illis, & Deus ipse nusquam. Nondum enim tunc ingenia Græcorum atque Thuscorum fingendis simulachris urbem inundauerat: sicuti refert etiam Ludouicus Vives ad Augustini lib. 4. De Ciuitate Dei cap. 31. Idemque Romani postea ex ære simulachrum primum fecere Cereri ex Sp. Cassij peculio, à patre propter affectatum regnum interempti, Plinio auctore lib. 34. cap. 4.

Simulachrorū  
vbi politicus  
apud gentes,  
eiusq; autho-  
res.

Obseruandum autem apud Ethnicos non sacrum vbiq; ac idololatricum, sed profanum tantum, hoc est politicum simulachrorum vsum multis in locis fuisse, historia & gratæ memoriæ causa. Diophantes Lacedæmonius, qui Antiquitatum libros quatuordecim scripsit, Syrophanem ait Ægyptium, hominem locupletissimum, filio superstitem, eius de Syderio simulachrum domi constituisse, ad quod familiares confugeret, cum domini iracundiam furoremq; vitarent: quo modo veniam ab hero consecuti, beriles filij simulachrū defuncti floribus & coronis ac feris, alijsq; rebus ornabant. Plinius lib. 34. cap. 4. de Origine imaginum & statuarum nihil certi offerens, Effigies hominum, inquit, non solebant exprimi, nisi aliqua illustri causa perpetuam merentium. Et mox: Athenienses nescio an primi omnium Harmodio & Aristogitonii tyrannicidæ publice posuerint statuas. Hoc actum est eodem anno, quo & Reges Romæ pulsi. Excepta deinde res est à toto orbe terrarum, humanissima ambitione. Et iam omnium municipiorum foris statua ænamentum esse capere, prorogarique memoria hominum, & honores legi auro, & basibus inscribi, ne in sepulchris tantum legerentur. Mox forum & in domibus priuatis factum atque in atrijs. Honos clientum instituit sic colere patronos. Hæc Plinius. Exemplorum huius rei plena sunt omnes cum Græcorum tum Latinorum historia.

Ex politico si-  
mulachrorū v-  
bi apud gentes  
fit superstitio-  
sus.

Huic verò politico imaginum vsui per se nō reprehendendo, apud eosdem progressu temporis accessit vel successit superstitiosus & idololatrius cultus: quod postea etiam apud Christianos factum, vt suo loco indicabitur. Nam & politica quædam imagines in ipsa templa collocata, ac puluinaribus Deorū impositæ leguntur. Mox vulgi vel ignorantia & stulticia, vel adulatio præter flores & coronas, sufficit etiam vel incensis, cereis, sacrificijs, supplicationibus, anathematis alijsque diuinis honoribus idola seu statuas illas venerabatur. Quo pacto factum est, vt idolorum simulachra apud omnes Gentes tandem omnia delubra impleant, & diuinum cultum vniuersum ad se paulatim rapuerint. Ceterum hæc quæ diximus auctor libri Sapientiæ cap. 14. quando dicit: ἀρχὴ τῶν ἰδωλῶν ἐστὶν ἡ ἀνομία τοῦ ἀνθρώπου, hoc est, Initium scortationis (spiritualis scilicet) est excogitatio simulachrorum, & adinuentio illorū, corruptela vitæ est: neque enim erant ab initio, neque in perpetuum manebunt. Nam veros & veræ, id est, inani hominum gloria seu ambitione in mundum introducta sunt, atque idcirco velox ipsis interitus destinatus est. Acerbo enim luctu præmaturs è abrepti filij, dolens pater imaginem fecit, & iam antea mortuum hominem, nunc tanquam Deum colere cepit & domesticis suis tradidit, & constituit inter seruos suos sacra & sacrificia. Deinde progressu temporis, impia consuetudo præualefcens pro lege seruata est. Et ob tyrannorum mandata religiosi ceremonijs culta sunt sculptilia. Et quos coram vel præsentibus honorare non poterant, eò quod procul abessent, eorum è longinquo ad viam expressam imaginem regis, quem honorare volebant, representarunt, vt absentem, tanquam præsentem per adulationem studiosè colerent. Ad inuentiorem autem cultum, imperitiores prouexit artificis diligentia. Ille enim potentiōri studens placere, similitudinem arte elaborauit ad summam elegantiam. Vulgus verò opificij venustate abductum, quem paulo antè vt hominem honoratam, mox vt numen colendum existimat. Et hæc fuit vitæ humanæ deceptio, quod homines in seruitutem redacti incommunicabile nomen lignis & lapidibus imposuerunt. Infandorum enim simulachrorum cultus, oennis mali origo, causa & finis: nam inanimatis confisi simulachris, vltionem malè facientes

non timent, &c. In quam sententiam Cyprianus quoque de Idolorum vanitate inquit: Ad defunctorum vultus per imaginem detinendos expressa sunt simulachra. Inde posteris facta sunt sacra, quæ primitus fuerant assumpta solatia.

Ex his igitur quæ hucusq; de Origine Imaginum, Simulachrorum & Idolorum ex proba-  
tis historijs commemorauimus, liquidò constare puto, ea ab Ethnicis & Superstitiosis homi-  
nibus profecta, & post annos demùm 1600. conditi mundi ab illis ficta & excogitata fuisse.  
Inuit id etiam Ambrosius in Psal. 118. vbi dicit: Gentes lignum adorant, tanquam imagi-  
nem Dei. Et Gregorius Neocesariensis Episcopus disertis verbis inquit: GENTILITAS  
IN VENTRIX, & caput est imaginum: Concil. Nicen. 2. Act. 6. Similiter Eusebius lib.  
7. cap. 18. de Christi, Petri, & Pauli imaginibus loquens, Hoc mihi videtur (inquit) ex  
ἔκ τινος ἑσθλῆς ex Ethnica consuetudine obseruatum: quòd ita illi soleant honorare, quos hono-  
re dignos duxerint. Itaque etiam D. Augustinus contra Adimantum cap. 13. sic habet: Si-  
mulant se fauere simulachris, quod propterea faciunt, vt miserrimæ & vesanæ suæ scilicet e-  
tiam Paganorum concilient beneuolentiam. Nam de paganis sic scribit etiam Lactantius  
lib. 2. cap. 2. Verentur ne religio vana sit, si nihil videant, quod adorent. Athanasius quoque  
dicit: ἡ τῶν ἰδωλῶν ἕρπαιος ἐκ τῆς ἀγνοίας, ἀλλ' ἀπὸ παλαιῆς ἰστορίας. Quæ cum ita sint,  
mirari satis non possum summam impudentiam & blasphemiam Thomæ Hardingi pontifi-  
cij Angli, qui in libro suo contra Iuellum Episcopum Sarisburiensem scribere non erubuit,  
Imagines non inuentas primùm ab homine fuisse, sed institutas à Deo, confirmatas traditio-  
ne Apostolorum, &c. Quibus verbis Deum ipsum imaginum primùm inuentorem atque  
authorem constituit, sed eadem fide, qua ipse & sui similes Missam à Christo eiusque Aposto-  
lis, aut Aquam benedictam ab Elizeo propheta, aut illum Cardinalitium petasum seu gale-  
rum ab Hieronymo repetunt. Tam enim abest quòd Deus Imaginum usum instituerit, vt  
senerissima etiam lege eum in Decalogo prohibuerit. Nisi ita quoque argumentari velint:  
Deus dixit: Non facies tibi sculpsilem imaginem, aut ullius rei simulachrum: Exod. 20. Itē,  
Maledictus sit, qui imaginem facit: Deut. 17. Et, Confundantur omnes ij, qui imagines co-  
lunt. Ergo, Deus Imagines, statuas & simulachra fieri præcepit.

Ethnici simula-  
chrorum primi  
auctores.

Thom. Hardin-  
gi impudentia.

Illud etiam hoc capite nequaquam prætereundum videtur, quod D. Epiphanius scribit,  
cum primùm falsa religio per demonum maleficia innotata esset, & Deorum simulachra ex-  
pressa, quemque pro artificij sui materia Deos sibi effinxisse: figulum ex luto & argilla, fa-  
brum lignarium ex ligno, aurificem ex auro, argentarium ex argento, & ceteros simili ra-  
tione. Hoc aliquantò fusius explicat Gyraldus De Dijs gentium Syntag. 17. cum dicit, si-  
mulachra, seu signa illa & statuas appellemus, antiquos ex varia materia factitasse, cerni-  
mirum, sale, vitro, omnis generis marmore, creta, ere, ferro, chalybe, plumbo, stanno, gemmis  
& lapillis: item & ex varij generis ligno, vt ex Plinio, Solino, Plutarcho, Pausania, Euse-  
bio alijsq; obseruari potest. Pausanias tamen affirmat, se animaduertisse has tantum ar-  
bores sumi solitas, ebenum, cupressum, cedrum, quercum, smilacem, loton & buxum: quibus ra-  
dicem oliuæ in minoribus simulachris addidit Theophrastus. Plinius ait ex vitis Iouis simu-  
lachrum vetustissimum tot æuis incorruptum se vidisse. Sed cum non ex omni ligno Mercu-  
rius, vt etiam in prouerbio dicitur, fieret, præcipuè tamen ex thyia, quam Trogetem vocauit  
Homerus, fieri solebat. Natalis Comes Mythologia lib. 7. capit. 16. testis est, Lucum fuisse  
in Boeotia non procul ab Alalcomenis omnium maximum, & peruectustas in eo quercus. I-  
bant in eum lucum Plataenses, & elixarum carnum frustra exponebant, coruosq; omni co-  
nato arcebant. Ex alijs verò volucribus obseruabant, quæ carnem abripuisset, super qua  
arbore consideret: ex illa dein arbore Dædala, hoc est, lunonis imaginem parabant.

Idola & simula-  
chra gentium  
ex qua mate-  
ria facta.

Et vulgi quidem superstitio apud Ethnicos huiusmodi simulachris aureis, argenteis, li-  
gneis etc. penitus fuit affixa, ita vt crederet Deos veros esse. Quem errorem Seneca ita irri-  
sit: Sacros, inquit, immortales inuiolabilesq; Deos in materia vilissima atq; immobili dedicat;  
habitus illis hominum, ferarumque & piscium, quosdam verò iuxta sexum diuersis corpori-  
bus induunt, numina vocant, quæ si spiritu accepto subito occurrerent, monstra haberentur.

Quæ opinio-  
nes adora-  
runt statuas.



Eam ob causam etiã Plato lege vetuit, ne Deorum imagines ex auro vel argëto, ferruë que cre fierent, sed tantum ex ligno vel lapide, ne imperiti homines in materiam illius simula-  
 chrorum externam preciosam intenti essent, vt Polydorus refert de Inuent. rerũ lib. 8. ca. 3.

Arnobius verò lib. 6. indicat, prudentiores apud gentes, statuas adorandas & colend s  
 docuisse, non quòd æs, aurum, argentum, lignum & similes statuarum materie Dij sint, sed  
 quòd Deorum, qui inuisibiles sunt, & procul à nobis habitant, presentia per simulachra ex-  
 hibetur & representetur, & quòd ijs vel Dij, vel diuine virtutes inhabuerit, seu quòd per  
 ea Dij inuisibiles honorentur & colantur propter dedicationem. Idem scribit, Gentes sensisse  
 Deos in templis ad statuas inuocatos, libentius & citius exaudire, quàm si sub axe nudo ad-  
 rentur. Athanasius in Oratione contra idola refert, Philosophos respondisse, statuas quidem  
 non esse Deos, verùm simulachra Deorum idò haberi, vt Dij subtilis imaginibus respon-  
 deant, & se reulent, qui alioqui inuisibiles aliter cognosci non possunt. Vnde & Lactantius  
 lib. 2. cap. 2. testatur, multos gentilium arbitratos fuisse, vanam esse eam religionem, in qua  
 nihil videant quòd adorent. Rursus fuerunt Athanasio auctore, qui dicerent, Simulachra  
 esse pro elementis literarum, vt per ea discant homines Deum inuisibilem cognoscere. Euse-  
 bius que q. lib. 3. de preparat. Euangel. indicat, quòd rudiores tantùm ad ligna & lapides in  
 statuis respiciant: Sapientes autem voluisse Deum & Dei virtutes sensibus nostris per ima-  
 gines nobis familiares significare seu patefacere, inuisibilia Dei, per picturas visibiles effin-  
 gentes seu exprimentes, illis qui affreti sunt ex simulachris tanquam ex libris literas seu in-  
 stituciones de Dijs legere seu colligere. Hæc idò prolixius commemorauit, vt ex his & ijs  
 que in sequentibus indicabuntur, deprehendatur similitudo cultus imaginum apud Gentes  
 & Christianos.

Simulachra eo-  
 rum q. cultum  
 multo quoq. E-  
 tilium d. minu-  
 runt.  
 Sybilla.  
 Aegyptij.

Lycurgus.

Seres.  
 Germani.  
 Romani.

Diagoras.

Varro.

Numa.

Licet verò, idolorum, statuarum & simulachrorum vsus apud Ethnicos sit antiquissi-  
 mus, constat tamen plurimos inter ipsos quoque ab idolis eorumque adoratione abhorruisse, et  
 absq. simulachris Deum coluisse. Sophocles enim inquit, mortales plurimos cor de aberrasse,  
 in anime perniciem simulachra stuentes lignea, lapidea, aenea vel iuurea. Notum etiam  
 e. Ex Iuliani Admonitorio Gentium, quid Sybilla de idolis senserit. Persas quoque nec sta-  
 tuas nec aras Dijs suis erexisse testatur Strabo & Herodotus. Aegyptijs licet Templo  
 marmore & auro essent luxu ingenti & mira arte elaborata, tamen Deorum imagines ipsis  
 risui fuisse, scribit Alexander ab Alex. lib. 2. cap. 22. vbi etiam addit, Lycurgum quidem a-  
 pud Lacedæmonios multarum ceremoniarum auctorem fuisse, nullam tamen Deorum ima-  
 ginem facere iussisse sed hominum aut animalium species Dijs tribuere sibi per vetuisse, quòd  
 immortalibus mortales species tribuere nefas esse duceret. Eusebius quoq. de Preparat. E-  
 uangel. libro 6. refert, apud Seres, antiquissimam gentem, lege cauitũ fuisse, ne simulachra ve-  
 nerarentur. Idem etiam scribit Tacitus de Germanis prisicis: ac Crinitus libro de Hon. disc.  
 12. cap. 8. de ijsdem ex vetustis referens auctoribus, Deorum (inquit) imagines minime ad  
 humanam formam faciunt, quòd illa celestis maiestas supra humanitatem sit. Epiphanius  
 in Ancorato suo scribit de Diagora Philosopho, quòd Hercules suum lignum in penuria lig-  
 ni exusserit, & per ludibrium ad ipsum dixerit, Age Hercules decimum tertium laborem  
 subiurus adesto, obsonium nobis cocturus. Et sane (inquit Epiphanius) acceptum ipsum in  
 scindulas fudit, deridens proprium Deum, velut qui nullus esset. Augustinus de Ciuit. Dei  
 libro 4. cap. 31. ex Varrone indicat, antiquissimos, Romanos, plus quam annos 170. Deos si-  
 ne simulachro coluisse: & addit hæc verba Varro. Quodsi adhuc, inquit, mansisset, castius  
 Dij obseruarentur. Idò concludit illum locum his verbis. Qui primi simulachra Deorum po-  
 sultis posuerunt, ij ciuitatibus suis & melum dempserunt, & errorem addiderunt: prudenter  
 existimans, Deos facile posse in simulachrorum stoliditate conueniri. Idem quòd Augustinus  
 ex Varrone, etiam Plutarcho de Numa refert, inquit, Quæ de Deorum immortalium si-  
 mulachris Numa statuit, quàm simillima sunt Pythagoræ documentis. Nam primum prin-  
 cipium ille, neque sensui neque perurbationi subiectum, sed mentem inuisibilem & increata tam  
 esse censuit. Hæc etiam Romanos prohibuit existimare imaginem Dei, aut hominis speciem,  
 aut ani-

aut animalis habere formam. Nec fuit apud eos, neque picta, neque ficta Dei prius species: sed in prioribus 170. annis templa quidem ædificabant, sacraq; uigilia erigebant, simulachrum uero nullum eorum dicabant. Perinde atque nefas esset deterioribus meliorem assimilari. Hæc ibi. Eadem apud Clementem, ut Eusebius Casariensis refert, & Dionysium Halicarnassensem extant, qui ait, templa esse à Numa Dijs erecta, negat tamē simulachra in ijs fuisse ulla, quod Deum nulla specie formate effingi posse crederet: Refert Lud. Viues in Comment. ad cap. 31. lib. 4. de Ciuit. Dei August.

Seneca quoque in Moralibus, simulachrorum & imaginum adorationem uerissimè irridens, ait: Simulachra Deorum uenerantur, illis supplicanti genu posito, illa adorant, illis per totum assident diem, aut astant, illis slipem iaciunt, uictimas cadunt, & cum hæc tantopere suspiciant, fabros, qui illa fecere contemnunt. Quid inter se tam contrarium, quam statuariū despiciere, statuam adorare? & cum ne in conuictum quidem admittere, qui tibi Deos faciat?

Hæc si diligenter mecum repeto, miror presertim uehementer, hominibus Christianis pudorem nullum ista incutere, quod audiunt homines Ethnicos, in densissimis tenebris palpantes, ad hanc lucem peruenisse, ut agnoscere poterint simulachrorum uanitatem, adeoque Dei maiestate indignam esse imagines, quod mecum eius diminuunt hominibus, erroremque augeant, si numen in simulachrorum stulticia, ineproque & absurdo figmento proponatur. Res certe ipsa testatur, uerè hoc non nimis quam prudenter ab ijs dictum fuisse.

## C A P V T. V. II.

## De Origine &amp; progressu Idolorum apud Iudæos.

**S** Antti Patriarchæ & semō eorum uerum Deum uerè & sanctè coluerunt absq; idolis et ritibus peregrinis, donec in Aegypto cõtaminarentur cõsortio cohabitantiū: sicut Dominus ipse testatur Ezech. 20. In Aegypto igitur primùm caput populi Iudæi superstitio, quam demum in deserto palam ceperunt exercere. Post pauculos siquidem dies à lata lege, Deum suum, ad imitationem Aegyptiorum colere uoluerunt: simulachrum enim suæ statuam erigunt auream uituli speciem representantem ac Deum significantem. Viderant namq; in Aegypto simulachrum Apis, b. e. Tauri, ad honorem Dei coli, id quod transferunt illi in suam quoq; religionem, & Deum eiusq; æternam & immensam maiestatem in illa specie colere uolunt. Quantopere uerò Deo hic cultus displicerit, & quam infelicitè Iudæis infame hoc principium idololatriæ cesserit sacræ literæ abundè docent. Exod. 32. Facta autem sunt hæc anno à conditio mundo 2449. Tãdiu populo Dei idolis & simulachris caruit.

Hæc uerò res ita sapere docuit populum hunc, ut Augustinus existimet illum ante Iudicium <sup>idololatriæ progressu in Israele.</sup> tempora, nulla uel habuisse, uel si habuerit maximè, non tamè coluisse idola. Ubi uerò Niofes & Iosua, pijsimi, fortissimi, uerissimiq; principes mortui essent, et alij alijq; succederent, erupit tandem error & impietas. Nam & Deum ipsum idolis coluerunt, & tunc quidem primò Baalem, postea uerò aliarum Gentium Deos ac idola in suam quoque religionem receperunt. <sup>idololatriæ israelit. causæ.</sup> Causa huius mali fuit, nima familiaritas & consuetudo cum Chananeis hominibus superstitiosis & idololatriis, quos à Deo proscriptos ac damnatos, pleræq; tribus non deleuerant, sed tantum uestigales sibi reddiderant: ideoq; non mirum si malo ipsorum exemplo corrupti fuerint Israelitæ, id quod Iudic. 1. & 2. cap. non obscure innuitur.

Temporibus autem Samuelis, Dauidis & Solomonis floruit, ut magis nunquam, uel <sup>idololatriæ sub Solomone.</sup> ra religio in Israele: sub finem uerò regni Solomonici suppullulauit iterum superstitio & idolorum cultus. Cum enim Solomon amaret mulieres idololatrias, inclinauerunt cor regis, ut excelsa b. e. templa atq; in editioribus locis constructa, ac sana Dijs peregrinis in uxorum gratiam extruere inberet. Quam ob causam etiam regnum illud Israeliticum florētissimum, potentiissimumque in duas partes scissum ac diuisum est. Nam sola tribus Iuda & pars quaedam Beniamitarum adhæsit domui Dauidis, reliquæ tribus omnes crearunt sibi impium regem Ieroboam, qui nouum ritum colendi, & nouam religionem instituit.



DE ORIGINE

Facit enim duos viculos aureos, nimirum aeterni & veri Dei signa, & templis in Bethel & Dan magnificentissimè extructis imponit idola & aras. Præterea minuit feriarum numerum, & pro tribus vnum tantum instituit festum, & id quidem ad finem anni, cum iam omnes fructus collecti essent, ordinavit: perinde vt postea Gregorius 4. circa annos Christi 834. Omnium Sanctorum festum ex Id. Ma. ad Calendas Nouembris transtulit, vt tunc collectis terra frugibus, in otio & rerum omnium abundantia, magno suo Deo, scilicet vntri, & novis suis Dijs, hoc esset, Sanctis mortuis, opimiora sacrificia possent offerre. Sed & sacerdotes non ex vna tribu, quemadmodum Dominus instituerat, sed ex omnibus tribubus delegit. Quæ quidem omnia videbantur fieri & in Dei gloriam, & Reip. utilitatem.

Duravit hic error & idololatricus cultus ad Captiuitatem vsque Babylonicam, annos circiter 265. Nam impietatem Ieroboami auxit Achab qui primus inter Reges Israelis, Baalis, Sidoniorum Dei, cultum in terram sanctam inuexit, Lucosq; plantauit, cum Iesabellæ regis Sidoniorum filiam, vxorem duxisset: auxerunt eandem & sequentes ipsam reges, adijcentes & ipsi ex gentiliū ritibus & consuetudinibus nefanda quadam, ne non absente esset ipsorum religio. Breui ergo in immensum creuit idololatria in Israele, quousque Deus ipsos excinderet.

Serpsit hoc malum, ceu contagium quoddam, inde ex Israele, etiam ad Iudæam gentem. Sub Achaz enim & Manasse in ipsum Domini templum idola, aras & similia importarunt, præterea extruxerunt in locis amœnioribus, in collibus Sylais, vijs, prætis & vallibus sacella, ac delabra Deorum: & quamuis Iosias Rex hanc idololatriam sustulisset, non deerant tamen, qui domi suæ statuas & imagines haberent, quibus cultum superstitionis exhibebant. Quam ob causam & ipsi à Deo puniti sunt. Jerem. 3.

Et hi quidem omnes egregie sibi Deo seruire visi sunt: sed quia nõ fecerunt ad eum modum quo Deus præceperat, idè religio & cultus eorum omnis abominatio fuit in oculis Domini.

Post Captiuitatem verò Babylonicam, & instauratam urbem Hierosolymitanam, videntur Deum purius sanctiusq; coluisse, nimirum absq; vllis simulacris & idolis: quod ad idè sanctè obseruarunt, vt, cum Caius princeps Petronium legatum in Syriam misisset, eique mandasset, vt quacunq; ratione curaret, suam simulachrum in templo Hierosolymis erigendum, Iudæi nõ patrias leges frangerent ita resistunt, vt iam iam ad arma ventum, esset, nisi Agrippa Iudæorum rex à Caio impetrasset, ne huiusmodi statua in templo collocaretur. Ioseph. lib. Antiq. 8. Didicerant namq; suo magno malo quantum opere Deo idololatria displiceret.

Similiter Iudas Sariphai filius & Marthias, legis patriæ interpretes præstantissimi, postquam cognouerunt, Iosepho auctore lib. 17. cap. 8. Antiquit. Herodis regis incurabilem esse morbum, concitauerunt iuuentutem, vt sublatis operibus quæ rex præter patriam consuetudinem fecerat, propugnatores pietatis se ostenderent, debitum inde expectantes præmium. Incer cætera verò supra maiorem templi portam dedicauerunt Aquilam auream magni ponderis, contra leges patrias, quæ vetant imagines statuere, aut consecrare animantium effigies. Claro itaque meridie ascendentes iuuenes nonnulli, detraxerunt Aquilam, eamq; securibus conciderunt, inspectante congregata in templi multitudine. Dux verò regius, maiorem aliquam conspirationem metuens, occurrit eò, cum valida suorum manu colubiturus aequile demolitores. Facile reliquis disiectis, circiter 40. iuuenes resistere ausos comprehendit, cumq; his Iudam & Marthiam, turpe putantes cedere, omnesq; ad regem perduxit. Eo rogante, quos freti ausi sint secretam imaginem demere, aiebant se & deliberasse id multò antea, & deliberatum executos, vt fortes & religionis amantes viros decernerit. Ab Herode igitur vni excussi sunt omnes. Pilatus quoque Iudææ præses à Casarea Hierosolymam traductus in hyberna militibus, signa cum effigie Casaris in urbem intulit ad legis Iudæarum contumeliam. Qui ante ipsum iuere præses cum signis aliter insignitis urbem ingredi solent. Primus Pilatus ignarus omnibus noctu illatas effigies Hierosolymis statuit. Quod vbi cognitum esset Iudæis, magno agmine Casaream petierunt, vbi per multos dies supplices orauerunt præsidem, vt aliò transferret imagines illas. Pilato verò pernegante se facturum hoc, quòd cum-

Idololatria ab  
Israelitis ad iu  
dæos serpsit.

Idololatria nul  
la inter Iudæos  
post reditū ex  
Babylone.

quod cum ignominia Caesaris coniunctum esset, cum Iudei precari non desinerent. sexto post die iustus clam in armis esse militibus, sedit pro tribunali in stadio, captata loci opportunitate, quod insidijs aptissimus esset. Ibi compellatus iterum de eodem negotio, figuram dat militibus ut eos circumueniant, mortem minitans nisi quam primum quiescerent, & suam quisque domum discederent. At illi procidentes humi, & exertos præbentes iugulos, manifestè præ se ferebant, vita sibi chariorem esse obseruationem legis patriæ. Tum Pilatus admiratus tam constans legum studium, continuò reportauit illas imagines Casarem Hierosolymis, Iosepho referente lib. 18. cap. 4.

## C A P V T IX.

## De Origine &amp; progressu imaginum &amp; Idololatriæ apud Christianos.

**I**X certis & probatis authoribus constat, sicut Erasmus in sua Catechesi testatur, vsq; ad Hieronymi ætatem fuisse probatæ vitæ & religionis viros, qui publicè in templis nullam habuerint Imaginem nec pictam, nec sculptam, nec textam, ac ne ipsius Christi quidem. Fatetur hoc quoque Georgius Cassander & ipse pontificius, in sua ad Ferdinandum & Maximilianum Imp. Consulatione, vbi disertè dicit, ex Clemente et Arnobio certum esse, initio prædicati Euangelij aliquanto tẽpore INTER CHRISTIANOS PRÆSENTIM IN ECCLESII Imaginem vsu nullum omnino fuisse. Caruit ergo Ecclesia Christi in externo cultu Dei annos plus minus 360. à nato in carne Christo Domino imaginibus & simulacris, seu idolis & statuis. Quemadmodum enim Christus Seruator noster nullum præceptum dedit de inferendis in templa imaginibus, ijsq; ad ministrum Ecclesiæ adhibendis: Ita etiam Apostoli ad prædicandum emisit, Ecclesijs ne vno quidem in loco imagines commendaſſe vel Christi vel aliorum, leguntur: sed potius damnarunt eas, ab ijsq; vt verè fideles sibi caueant sedulo monuerunt. Cum enim in er Corinthios nonnulli idolis inseruisſent, & tamen nihilominus Christum colerent: quod hodiè apud Christi annos adeò vitium est, vt maxima eorum pars licet Christo nomen dederit, simul tamen quoq; creaturas & sanctos mortuos idolis seu imaginibus veneretur & colat: siccirò Paulus Corinthios diligenter monet, ne commisceantur cum Simulachrorum cultoribus: significans vtique, prius ipsos simulachris & imagines colere solitos fuisse, nunc verò cum Christum profiteantur, dedecere vt ad vitium redeant, adeòq; etiam eorum, qui hoc faciant, consortium fugere debere. Idem Apostolus ijsdem cap. 10. disertè præcipit, inquit, μή δὲ ἰδωλόλατραι γίνεσθε, h. e. ne idololatræ efficiamini vel, vt vulgata habet versio, ne simulachrorum sitis cultores. Et in 2. cap. 6. docet, nihil negotij esse debere fideli homini cum simulachris: quid, inquit, conuenit, vel, quæ est consensio, τίς συγκατάθεσις templo Dei cum simulachris? Ad Galatas 5. simulachrorum cultum inter opera carnis numerat. Et in 1. Thess. 1. cap. haud obscure docet, veros Dei cultores cõuerti à Dijs & simulachris, & seruire Deo viuo & vero spiritui et veritate. D. Petrus quoq; in 1. epist. 4. ca. à tempore et ante actus argumētis adhortans ad vitæ nouitatem, satis aliàs docet, superq; satis flagitiorũ designatum iam olim cū Christi sinceram doctrinã nescirent: at posteaquã edocti sint ita se per Christum à peccatis esse lotos, vt posthac studeant innocentie, æquum esse vt voluntatem ethnicam, id est, mores vitæ ethnicæ, hoc est impiæ abnegent. Deinde per partes & σωμασποισιὸν exponit, quæ sit illa voluntas ethnica, Cum versaremur, inquit, in lasciujs, concupiscentijs, violentijs, comessationibus, compotationibus & ἀδελύτοις ἰδωλόλατραις, hoc est, abominandis, seu sceleratis, nefarijsq; simulachrorum cultibus. Sanctus deniq; Euangelista & Apostolus Ioannes hac grati admonitione concludit epistolam suam Canonicam, Filiioli caute vobis à simulachris. Quod perinde est ac si diceret. Si cognitione Dei vera nõ frustra gloriamini, re ipsa vos testari conuenit, vos illũ amare, & abhorrere ab omnibus, quæ gloriam ipsius obscurare solent. Id verò cum præcipue imagines et simulachra faciant, illa vitare et ab ijs ceu peste nocentissimã

Imaginibus in templis quãdiu Christiani caruerint.

Imagines damnarunt Apost.

1. Cor 8.



cauere oportet, ne vel infirmis fratribus offendiculo sitis, vel consuetudine vulgari decepti, Deum imaginibus aut exprimi & effingi, aut saltem aliquo modo coli putetis. Et in Apocal. 9. cap. docet, illos quoque homines æternum perituros, qui non resipuerint ab operibus manuum suarum, vt ne adorarent demonia & simulachra aurea, & argentea, & ærea, & lapidea, & lignea, quæ neq; videre possint, neq; audire, neq; ambulare.

Ad hæc neminem latere arbitror, non modo Apostolos in terris adhuc agentes coli & adorari noluisse, sed etiam Angelum in Apocalypsi bis reprehendisse Ioannem, quòd se voluerit adorare. Quod si neq; homines, neque angeli adorandi sunt, multo minus ipsorum imagines ad cultum & adorationem sunt proponendæ. Nec Petrus Act. 10. id absq; ratione prohibuit, dicens: Surge, nam & ipse homo sum: & angelus, Similis tui sum, & fratrum tuorum, qui testimonium habent Iesu Christi, id est, qui ei credunt. Cùm itaque omnes simus eadem gradu, nec alter præstet alteri, idèd nequit adoratio inter nos locum habere, non solum quæ viuentibus, sed multò magis quæ imaginibus ipsorum exhibetur & præstatur.

Imaginum cultus non traditio Apostolica.

Ex his meridiana luce clarius percipici posse arbitror putidissimum mendacium esse, quòd in Nicæna 2. Synod. finxerunt, Apostolos in Antiocheno Concilio decreuisse, vt loco Idolorum imago Christi proponeretur, ad quam conuersi ablegarentur. Falsissimum etiam esse putò quòd Damascenus, eximius imaginum patronus, aliq; nonnulli affirmare non erubuerūt, Cultum imaginum esse traditionem Apostolorum nō scriptam. Quasi verò Apostoli tam leues & inconstantes fuerint, vt aliud vna voce docuerint, aliud verò in literas reculerint. Atrocissima ergo iniuria sanctissimos viros & fidelissimos Dei seruos afficiunt. Et quis obsecro vel mediocriter bonus hanc sibi maculam inuri pateretur?

De quibus imaginibus loquitur Apostoli.

Sed obijciunt Apostolos hoc loco non de Christianorum, sed de Ethnicorum imaginibus & simulachris loqui. Quod perinde mihi videtur, ac si quis diceret, Diuum quoq; Petrum modo citato loco vbi abominandos simulachrorum cultus damnat, nō loqui etiã de lasciujs, concupiscentijs, vinolentijs, comessationibus & comotationibus Christianorum, sed Ethnicorum tantum, & lasciuas, comessationes ac comotationes gentilium solum, non Christianorum reprehendi & damnari ab Apostolo. Quod non tam absurdum, quàm ridiculum esset dicere.

Inter Idola & Simulachra quæ differētia.

Verùm ne alij rationibus agere videantur, inter idola & simulachra distinguunt, ac illa quidem prohibita esse fatentur, vt pote in Deorum gentilium honorem facta, hæc verò non item, quia in Dei veri & sanctorum ipsius honorem erigantur. Egregia autem hoc commento suam ipsorum ignorantiam, ne quid grauius dicam, manifestè producit. Quid enim inter idolum & simulachrum distinguunt obsecro, cùm non eiusdem linguæ voces sint, idem verò significent? Aut ergò monstrent aliam Latinam vocem, qua quid sit idolum expriment, aut simulachrum relinquunt nobis, quo idem quod idolo significatur. Aut negabunt etiam Romanos suis Dijs simulachra posuisse, cùm id Latini auctores passim doceant? Plinius libro 43. cap. 4. ait, primum simulachrum æreum factum esse Cereri ex peculio spurij Cassij. Videmus hic auctorem hunc, idolum Cereris simulachrum appellasse. Vitruuius Diane imaginē, simulachrum appellat lib. 2. cap. 11. Septuaginta interpretes vbi Hebraicè habet Afabbim, ibi id idola ver tunt, Latinus verò textus, habet Simulachra. Et in plerisq; alijs locis id obseruandum est, vbi Septuaginta ponunt id idola, Latinum simulachra vertisse. Quin & Ioannes loco iam adducto ait, ουλα εστει εαυτες εινδ ταυ id idola, quod in Latino ce dice legimus, Fugite simulachra. Et Hieronymus in 11. cap. Isaie tradit, idola imagines esse mortuorum. Perinde itaq; faciunt comminiscendo eiusmodi vanas & ridiculas distinctiones, ac si quis diceret, non fornicationem & adulterium, sed πορνειαν καὶ μορχειαν in scripturis prohiberi.

Idololatrie apud Christianos eadem ratio quæ apud Ethnicos.

Constat præterea eandem esse idololatriam apud Christianos, quæ olim apud Ethnicos fuit ratio, sive ipsa simulachra, sive eorū vsum cultumq; consideres. De gentilium enim simulachris Dauid loquens, ea ad hunc modum describit: Simulachra ipsorum sunt argentea & aurea, opus quod manibus hominis producitur. Os habent, & non loquuntur: oculos habent, & non vident: aures habent, nec audiunt: nasum habent, nec odorantur: manus habent, nec palpant: pedes habent, nec ambulant, neq; sonum edunt suo guttore, & c. psal. 115. Quid verò

ab his

ab his Christianorum simulachra differunt vel materia, vel forma, vel etiam actionibus. Et ut de forma pluribus agamus, fingebant gentiles alium quidem senili, alium verò iuuenili habitu. Alius ceuiratus fulmen librabat aut ensem, alius rursus mihi & placido aspectu inuuentes alliciebat. Inter Deas alia matronalem gravitatem referebant, alia lasciuia & intemperantiam non obscure loquebantur. Accedebant his & brutorum animalium formæ, ut Paulus ad Romanos scribit. Num verò hæc omnia in Christianorum templis non etiam conspiciuntur? Sedet seniliforma (imò ridicula, ut Augustinus monuit in libro De fide & Symbolo) Deus pater, & filium adhuc cruentum atque lacerum sinu fouet. In fide humero, vel pectori adhæret spiritus sanctus, adhuc columbæ speciem, in qua semel apparuit, referens. At cum idem Deus sit, num nos Deo volucris speciem seu formam asfingere negabimus? Gladio armatus astat Paulus. Cultero nudato cernitur Bartholomæus. Eques cataphractus pugnat Georgius. Imò ferè nullus Diuorum inermis fingitur. De Diuorum imaginibus pudet dicere, sed res ipsa loquitur, tali ferè eas habitu pingi & sculpi, qualem nemo bonus pater in filia, nec maritus probus in uxore ferret. Nec desunt brutorum animalium imagines in templis Christianorum, cum Vuendelino oues bouesque, Antonio porci, Martino asines, Eustachio canes & cerui, ac Gertruda mures adsint. Quid quod asinus, quo aliud non est stupidius animal, simulachrum peculiaræ meruit? Quodsi cultum spectes, in hoc etiam à genibus nihil differunt. Nam ut illi olim, ita Christiani hodie simulachris sacella & templa extruunt, aras consecrant, eadem vestiunt, ad hæc esculenta & poculentæ sacrificia una cum pecunijs offerunt. Coram illis procumbunt, preces ad illa dirigunt. Cum ergo eadem sit tam simulachrorum quàm cultus qui ipsis impenditur, ratio apud nos, quæ olim apud gentes fuit, minimè putandum est, horum tantummodo simulachra prohibita fuisse, nobis verò licere, ut mutatis tantum nominibus Deorum eadem faciamus, propter quæ illi olim damnati sunt: sed sic statuendum, cum similitum, eadem sit ratio, iuxta Dialecticorum regulam, aequè nostra ac gentiliū simulachra ab Apostolis damnata fuisse. Et loquitur quidem Ioannes in Apocalypsis 9. cap. non quidem de sui temporis idololatrijs, sed de nouissimorum temporum simulachris & simulachrorum cultoribus, cum inquit: Reliqui quoque homines peribunt & damnabuntur, qui non sunt occisi his plagis, sed non respuerunt ab operibus manuum suarum, ut ne adorarent demonia & simulachra aurea, & argentea, & ærea, & lapidea, & lignea, quæ neque videre possunt, neque audire, neque ambulare. Arrigite hæc aures idololatræ. An non Ioannes eodem modo de nouissimorum temporum simulachris loquitur, quo David & Esaias de suorū temporum idolis locuti sunt? Obseruate an non idem iudicium denunciet Christianorum idololatrijs, quod omnis scriptura iam pridem cunctis simulachrorum cultoribus denunciauit.

Idem verò etiam Apostolorum successores & discipuli fecerant, ut qui non minorem operam, studium & laborem imaginibus confutandis & inapugnandis, hominibusque ab eorum cultu & veneratione auocandis impenderunt. In libris enim Recognitionum, qui, licet falsi, Clementis Romano attribuantur, extat libro 5. ad Iacobum fratrem Domini generalis disputatio contra imagines, vbi refutatur præcipuum argumentum Ethnicorum, quo etiam nunc hodiè Pontificij imaginum & simulachrorum cultum defendunt, quando dicunt, ead honorem inuisibilis Dei imagines visibiles se adorare. Respondet Clemens, Cæsaris nomen nulli alij audetis imponere, quia reum suum statim punit: Dei verò audetis, quia reum suum puniri propter penitentiam differt. Et si verè velitis Dei imaginem colere, homini beneficientes, veram in eo Dei imaginem coleretis. In omni enim homine est imago Dei, non in omnibus verò similitudo, sed vbi benigna anima est, & mens pura. Si ergò verè vultis honorare imaginem Dei: nos verò vobis quod verum est aperimus, ut homini qui ad imaginem Dei factus est bene faciat, honorem & reuerentiam deferatis, esurienti cibum, sitienti poculum, nudo indumentum, ægro ministerium, peregrino hospitium, & in carcere posito necessaria ministerijs: & hoc est quod verè Deo delatum reputabitur. Hæc autem in tantum ad honorem

Imagines dam-  
norunt Aposto-  
lorum successo-  
res.  
Clemens Ro-  
manus.



Dei imaginis cedunt, ut qui ista non fecerit, contumeliam imagini diuinæ intulisse credatur. Quis ergo iste honor Dei est, per lapideas & ligneas formas discurrere, & inanes, atque exanimas figurarum, tanquam numina venerari, & hominem, in quo verè Dei imago est spernere? Et mox: Intelligite ergò, quia latentis intrinsecus serpentis est ista suggestio, quæ persuadet pios vos videri posse, cum insensibilia colitis, & non videri impios, cum sensibiles & rationabiles laeditis. Item: Quid certè tam impium, tam ingratum, quàm à Deo beneficium consequi, & reddere lignis ac lapidibus gratiam? Propter quod expergefcimini & intelligite salutem vestram, &c.

**Tertullianus.** Tertullianus, vetustissimus autor, testatur aliquot locis in Apologetico, Christianos suo tempore maximè odisse statuas cum suis ornamentis: hinc etiam ille in Deorum idola toties inuicitur capit. 9. 11. & alibi. Ac in libro de Corona militis, Altius, inquit, Ioannes: Filii custodite vos ab idolis, non tam ab idololatria, quasi ab officio, sed ab idolis, id est, ab ipsa effigie eorum. Indignum enim ut imago Dei viui, imagini idoli & mortui fiat. Et cap. 30. Apologetici inquit: Nos adoramus oculis ad cælum sublatis, non ad imagines seu picturas. Cyprianus quoque contra Demetrianum disputans, idola non tantum contra legem Dei, sed etiam cum hominis natura & conditione pugnare existimauit.

**Clemens Alexandrinus.** Et Clemens Alexandrinus, qui circa annos Christi 200. floruit, libro 6. Strom. clarè dicit, Nobis (Christianis nimirum) NULLVM est simulacrum in mundo. Quoniam in rebus genitris NIHIL potest esse referre Dei imaginem. Idem in Parænetico scribit: Nobis aperit vetitum esse artem fallacem exercere: Scriptum enim est, Non facies cuiusvis rei similitudinem. Appellat quoque speciosum quidem, sed improbum artificium, quod postquam floruerit, auctus sit error: Et prophetiam citat, quæ dicit, Res hæc se habebunt infeliciter, quando crediderint statuis. Et mox: Nobis non est imago sensilis, de materia sensibili &c. Quid obsecro clarius contra imaginum usum apud Christianos veteres dici poterat?

**Adrianus Imp. Christo templum sine imaginibus condidit.** Referunt etiam de Adriano Imp. quòd cum cogitasset Christum inter Deos recipere, in honorem eius templum extruissert, sed sine ullis simulacris seu imaginibus, quæ etiam ob eam causam longo tempore post, nimirum vsque ad tempora Constantini M. Adriani templum dicta fuere. Quod equidem factum non fuisset, si tunc temporis aliquis saltem apud Christianos imaginum usum fuisset. Sed & ex Aelio Lampridio in vita Alexandri Seueri demonstrari posset, eum morem illius Imperatoris ætate Christianis fuisse, ut neque in domibus suis priuatis, neque in publicorum congressuum locis ulla simulachra haberent. Quos factum est, ut ex differentijs, inter religionem Gentium & Christianorum, hæc non minima semper fuerit, quòd Gentes idolis Deos suos colebant, Christiani verò sine idolis, in spiritu &

**Origenes.** Ex ea enim concertatione quæ Origine cum Celso fuit, apparet, inter præcipua accusationis capita, hoc etiam Christianis Ethnicos obiecisse, quòd religionem absque simulacris haberent. Respondet autem Origenes, non ita, ut simulachrorum gentilium loco, vel Christi vel Apostolorum substituat imagines, adeoque asserat, Christianis atrocem iniuriam fieri, si de illis spargatur, quòd in externo cultu imaginibus prorsus careant, quòd secisset verique, si vel vnam imagunculam Christiani eo tempore habuissent. Sed sunt, inquit, nobis simulachra, non per impuros opifices aliquos fabricata, sed per Dei verbum in nobis edita & formata, virtutum scilicet exempla & structura, quæ imitatrix sunt Christi. Allatum etiam fuerat à Celso dictum Heracliti, quo ille indicabat, stultè facere eos, qui simulachris preces offerunt, nisi norint Deos & heroes qui nam sint: respondet Origenes, sciri posse Deum & ipsius unigenitum, & eos, quicumque à Deo honorantur Deorum appellatione, deitatis eius participes, diuersos esse à Dijs gentium, qui sint daemonia, impossibile tamen esse ut quis Deum nouerit, fiat supplex statuis: nec hoc tantum stultum esse, si quis preces simulachris offerat, sed etiam cum id aliquis simulat vulgi opinionibus se attemperans: nihil enim aduerit debet esse in anima hominis verè pij erga Deum. Nos verò idèò quoque, non honoramus simulachra, quia quantum possumus cauemus, ne incidamus in eam credulitatem, et ut ijs tribuamus diuinitatis aliquid, li. 7. contra Celsum: Sed longum esset commemorare quæ in hanc sententiã apud hunc patrem contra Celsum extant.

Lactantius

Lactantius Firmianus grauis in primis auctor, qui sub Imperatore Constantino vixit, idem quoque demonstrat, videlicet non solum vllum vsum simulachrorum sui seculi Christianus, sed ita etiam tum vsum fuisse, vt ne liceret quidem simulachris vii. Nam libro 2. Diuinarum institutionum capit. 2. simpliciter asserit, Dei imaginem semper superuacua esse, quippe cuius nomen & spiritus vbique diffusus abesse nunquam possit. Quæro, inquit, si quis imaginem hominis peregrè cõstituti contempletur sepius, vt ex ea solatium capiat absens, num idem sanus esse videatur, si eo reuerso, atque præsentè in contemplanã imagine perseveret eaque potius, quàm ipsius hominis aspectu frui velit? Minime profecto. Etenim hominis imago necessaria tum videtur, cum procul abest, superuacua futura cum præsto est. Dei autem cuius spiritus ac nomen vbique diffusum abesse nunquam potest, semper vbique imago superuacua est. Et simulachrum Dei non esse illud quod digitus hominis ex lapide aut ære aliã materia fabricatur docet, sed ipsum hominem, quoniam sentit & mouetur, & multas magnasque actiones habet. Quin amentiam esse iudicat, effingere quæ postmodum vereamur, aut vereri & colere quæ finximus nos ipsi. Sed & ineptissimos esse homines qui non intelligunt, ipsa simulachra si sensu donarentur magnam gratiam habitura artificibus, & non seipsas, sed artifices potius, à quibus & per quos essent, adoratura, vt quorum manibus nata speciem figuramque, ac pulchritudinem accepissent, idque fuissent, quod fuisse se Priapus apud Horatium fateatur, cum inquit:

Olim truncus eram ficubus, inutile lignum,  
Cum faber incertus, scamnum faceretne Priapum?  
Maluit esse Deum: Deus inde ego furum auumque,  
Maxima formido &c.

Sed hæc, inquit Lactantius, nemo considerat, infecti sunt enim persuasioe homines ac mentes eorum penitus succum stultitiæ biberunt. Adorant igitur insensibilia qui sentiunt: irrationabilia qui sapiunt: ex anima qui viuunt: terrena qui oriuntur à celo, &c. Adorare autem Latinus est genu flectere, coram vereri, honorem exhibere, honore exhibendo procumbere. Suetonius in Caligula de Artabano Parthorum rege supplicet, venit, inquit ad colloquium legati Consularis, & transgressus Euphratem, Aquilam & signa Romana Casarumque imagines adorauit. Rufinus eodem capite Lactantius, Nam ista, inquit, mortalium digitorum lubrica & fragilia signa, ex quolibet materia genere formata, quid aliud sunt, nisi terra ex qua nata sunt? Quid ergo rebus inferioribus subiaceris? quid capitibus vestris cernum superimponis? &c. Alloquitur quidem his verbis Genes, cum Christianis nulla tum essent simulachra. Demus autem tum fuisse, vt sunt & prostant hodie, humanis itidem manibus de fragili materia artificum ingenijs enata, quis negare ausit, etiam aduersus nostra tam quadrare Lactantij verba, quàm aduersus Ethnicorum statuas scripta sunt? Certè nihil nostra ab illorum idolis origine, materia, effigie & artificum manu differunt, etiam si contendamus nihil horum à nobis adorari. Iam negat Lactantius, Dei simulachrum rellè de vlla materia posse constitui, quoniam ipse Deus coram vbique præstò sit, nec verius exprimi possit, quàm ipse se expresserit, hominem ad imaginem suam condendo. Nam & Paulus Rom. i. palàm testatur, Dei immortalis gloriam imminui, quoties per mortalis hominis imaginem aut similitudinem effingitur. Idem Lactantius cap. 4. eiusdem libri: Vbi ergo, inquit, veritas est? Vbi nulla vis adhiberi potest religioni: vbi nihil quod violari possit apparet: vbi sacrilegium nullum fieri potest? Quicquid autem oculis manibusque subiectum est, id verò quia fragile est, ab omni ratione immortalitatis est alienum. Frustrà igitur homines aurò, ebore, gemmis Deos excolunt & exornant, quasi verò ex his rebus vllam possint capere voluptatem. Capite autem 18. inter causas vane religionis idolorum duas potissimum adducit. Alteram, quod simulachra quæ coluntur, effigies sunt hominum mortuorum: alteram, quod imagines sacræ quibus inanisimi homines seruiant, omni sensu carent, quoniam terrasunt. Prinde capite 19. Quare inquit, non est dubium quin RELIGIO



NULLA SIT, VBICVNQVE SIMVLACHRVM EST. Nam si Religio ex diuinis rebus est, diuini autem nihil est nisi in celestibus rebus, carent ergo religione simulachra, quia nihil potest esse caeleste in ea re qua fit ex terra. Quod quidem, inquit, de nomine ipso sapienti apparere potest: Quicquid enim simulatur, id falsum sit necesse est, nec potest unquam veri nomen accipere quod veritatem suo & imagine mentitur. Si autem omnino imitatio non res, potissimum seria, sed quasi ludus ac iocus est: non Religio simulatio sed Mimus religionis est. Preferendum est igitur verum omnibus falsis, calcanda terrestria, ut caelestia consequamur. Hucusque Lactantius, non cultum modo, sed & fabricacionem simulachrorum exagicans, indignumque existimans ad speciem religionis trahi quod fragile, caducum terrenumque & sine sensu est. Qua fronte verò hæc dicere aut scribere ausus fuisset, si ecclesia Lactantij & Constantini M. seculo imagines & simulachra aurea, argentea, lignea & lex alia materia caduca & fragili vel Christi, vel Apostolorum, vel aliorum Sanctorum habuissent? Nonne illud Catonis iure optimo illi obijcere potuissent?

Qua culpare soles, ea tunc feceris ipse.

Turpe est doctore cum culpa redargui ipsum.

Nec perfectò magis, quam prophetæ deridere idola, imagines & simulachra tanta cum libertate primitiue Ecclesie Doctores potuissent, si ex lege vti illis licuisset. Hoc enim quod exclamant Psalter, Simulachra gentium argentum & aurum, opera manuum hominum: Os habent, & non loquuntur, &c. tam contra Iudeorum simulachra fecisset, quam faciebat contra Gentium idola. Nihil enim est horum omnium que sunt: propheta aduersus statuas eo loco in situ Spiritus sancti prodita, quod non dictum videatur in vniuersum contra omnia simulachra. Nisi probauerint nostris quædam simulachra esse, que de nulla terrestri materia, nec ullius hominis manufacta constare possint.

Elibertina Synodus.

Accedit his omnibus manifestum editum contra picturas & imagines Christianorum, capite 36. Elibertini Concilij Constantini M. temporibus celebrati, quo sancitur, picturas in Ecclesijs fieri non debere, ne quod colitur & adoratur in parietibus depingatur. Eiusdem Concilij can. 41. sic habet: Admonere placuit fideles, ut quantum possunt prohibeant, ne idola in domibus suis habeant. Si verò vim metuunt seruatorum, vel seipsum puros conseruent. Si non fecerint, alieni ab Ecclesia habeantur. Exat apud Burkardum Vuormatiensem Episcopum libro tertio Decret. cap. 35. & Carranzem in Epitome Conciliorum. Honorum patrum decreto & sententia cum se in angustias cogi videret Peresius, respondet, non omnes imagines eos patres tolli voluisse, sed tantum que deformes iam factæ fuerint in parietibus, non item in pannis & tabulis. Sed postea cum hoc nimis friuolum & elumbe animaduerteret, fingit picturas tales rectè potuisse ad tempus sufferri, quod homines tunc adoratione lætæ pæcipuas coluerint. Hac verò sententia Gregorio M. aduersatur, qui sanxit illas non propterea remouendas, sed potius homines admonendos, ne eas adorarent.

Ego ex hoc decreto Synodi huius sic argumentor:

Quod colitur & adoratur, in parietibus non est depingendum.

At Sancti in Papatu coluntur & adorantur: Ergo,

Sancti in parietibus non sunt pingendi. Item:

Quicquid in parietibus depingitur non est colendum & adorandum:

Sancti in parietibus apud pontificios depinguntur: Ergo,

Sancti apud eosdem non sunt colendi & adorandi. Quid verò SANDERVS?

Sanderi paralogismi pro imaginibus.

Contra Faustū lib. 20. cap. 21.

Imagines, inquit, parcius ab initio fiebant, & raro in Ecclesijs ponebantur: cum quòd si deles quotidianis persecutionibus adstricti, de ornamentis & accessionibus rituum sacrorum non magnopere solliciti erant, sed in magno lucro ponebant, si vel necessaria religionis Christianæ sacramenta retinere possent: tum etiam, ne Iudeos ac infirmos Catechumenos offenderent, si quamuis hominū Deo charissimorum, tamē hominū imagines adorandas proponerēt. Periculū enim erat, ne (quod Manichæos fecisse legimus) Christianos nō nisi cōuertisse idola dicerent, dū pro veteribus Dijs Apostolos et Martyres colere putarētur: ob quas causas mi-

randum non est, si Concilium Elibertinum rebus Christianis nondum in pace & tranquillitate constitutus accommodare ad illorum temporum & locorum rationes decreuit, Picturas in Ecclesijs esse non debere, &c. His verbis haud obscure innuit, imagines semper quidem in Ecclesijs existisse, sed tamen ab initio parcius in ijs propter persecutiones positas fuisse. Vtrumque autem hoc falsum est. Nam non modo non parcius, sed nulle omnino statuæ vel imagines in Ecclesijs Christi Domini erectæ fuerunt, vsq; ad annos 370. reparatæ salutis. Deinde videtur hic fallacia παρὰ τὸ μὴ αἰτιῶν αἰτιῶν. Non enim persecutiones & offendicula sed lex & verbum Dei causa fuerunt ob quam non tantum parcius, vt ille loquitur, sed, vt res se se habet, nulle prorsus in ecclesijs imagines in primitiua Ecclesia positæ fuerunt. Testem habeo Origenem. Cum enim Celsus lib. 7. probare vellet, Christianos peiores esse barbaris Lybicus, & atheis Scythis, hoc potissimum argumēto videtur, quod nō patientur simulachra & statuas intueri. Persas ex Herodoto ostendit irrisisse simulachra, quod non crediderint cū Græcis Deos ex hominibus genitos. Quid verò ad hæc Origenes? Num dicit, non licere Christianis ob persecutiones simulachris vti, quibus, si pax concederetur, libentissimè dare locum in templis vellent? vel ad tempus saltè ab imaginibus se abstinere velle, ne sint offendicula Iudeis? Minime verò. Sed inquit, Non patimur Iesum apud aras & tēpla, & simulachra colere, quia scriptum est, Non sint tibi Dij alieni: nec feceris tibi rei vllius similitudinem: non adorabis ea, nec seruias illis. Et lib. 8. Nos, inquit, simulachrorum fundaciones idè defuginus, quia vbi per Iesu doctrinam comperimus, quomodo colendus sit Deus, ea nos euitamus, quæ sub pietatis prætextu & opinione quadam, impios reddant. Et Clemens Alexandrinus in Parænetico, Nobis, ait, aperte videtur esse artem fallacem exercere: scriptum est enim, Non facies cuiusvis rei similitudinem. Quod synodū Elibertinam attinet, celebrata est illa pace iam reddita Ecclesijs à Constantino Imperatore. Illa quoq; non persecutiones aut offendicula præten dit, propter quæ pictura in Ecclesijs fieri non debeant, sed in genere dicit, NE QVOD COLITVR ET ADORATVR IN PARIETIBVS DEPINGATVR.

Et vt summam dicam, Non solum Doctores veræ primitiue Ecclesiæ imagines cunctas & omnem illarum cultum damnarunt, sed etiam quando in probatis authoribus describuntur ritus, quibus vetustissimi Christiani in conuentibus Ecclesiasticis & exercitijs cultus diuini vsi fuisse leguntur, nulla omnino fit mentio adhibitæ imaginum seu statuarum vel Christi vel Apostolorum. Imò qui inter Christianos vel ipsum Christum in statu seu per imagines colebant & adorabant, à Doctoribus primitiue Ecclesiæ tanquam heretici damnabuntur. Theodoretus enim & Augustinus de hæresibus referunt, Simonem Magū discipulum suū dedisse suam & scorti sui Selenes imaginem colendā & adorandam, ad figuram Iouis & Minervæ. Narrat quoq; Irenæus lib. 1. cap. 23. & 24. & Epiphanius, Basilidis & Carpocratis sectatores, quos vulgo Gnosticos nominarunt, occultè ipsos fuisse imaginibus, coloribus depictis, seu ex auro etiam, argento & simili materia factis: quas dixerint esse imagines Iesu, & sub Pilato ad effigiem Iesu versantis inter homines factas. Præterea quoque Philosophorum quorundam, vt Platonis, Aristotelis, Pythagoræ & aliorum imagines habuisse eos dicunt, quas ad imagines Christi collocarint, ac gentium more sacrificijs & adorationibus coluerint. Vsa est & Pauli ac Homeri imaginibus Marcellina, quæ decepta à Carpocratianis, vt Epiphanius refert, eorum venenum Roma sparsit. Authores igitur primi Imaginū in nouo Testamento heretici sunt. Hodie verò, qui cum sacris literis, & veteribus Doctoribus imagines earumq; cultum damnant, pro hæreticis habentur. ò tempora, ò mores.

Quæ cum ita sint, haud immeritò Nicolaus Clemangis, Magister Parisiensis & Archidiaconus Baroensis, qui floruit circa annos Domini 1416. testatur etiam in libro què de Nouis Sanctorum festis edidit, Imagines in primitiua Ecclesia prohibitas inuicinat asq; fuisse.

Quod autem de Abagarò Damascenus & Nicephorus referunt, Christum nimium imaginem suam Abagarò cupienti misisse, falsum est: nec cum Eusebij narratione, quæ in fine libri 1. hist. Ecclesiastica extat, cōfentit. Ibi enim Eusebius indicat, se in Archivis Reip. Edessæ sena legisse, Abagarum per literas rogasse Iesum seruatorem nostrum, vt Edessam veniret,

Authores imaginū apud Christianos heretici. Hodie contrarium fit.

Imaginem suam Christus Abagarò miserit



& se à graui morbo liberaret. Iesum verò Dominum nostrum literis respondisse, se post assumptionem suam missurum aliquem, qui hoc præstaret. Mississe igitur post Ascensionem in caelos Taddæum Apostolum, qui impostis Abagaro manibus ipsum pristinae valetudini restituerit. Huic narrationi Eusebij Damascenus lib. 4. cap. 17. & Nicephorus libro 2. cap. 7. multa affingunt, quæ Eusebius in archiuus Edessenis nec inuenit, nec legit. Abagarum nimirum hunc, mississe pictorem ad depingendam imaginem Christi. Cum verò pictor ille propter claritatem, quæ ex vultu illius resplendebat, hoc præstare non posset, Christum ipsum vestem diuinam & visico vultui admouisse, & quasi abstergendo vestem imaginem suam impressisse, & Abagaro eam cupienti mississe. O Bone Iesu qualem te isti homines, pro stabiliendo vanissimo imaginis errore, fingunt! longè scilicet alium & quidem diuersissimum ab eo qui nobis à spiritu sancto in Euangelica historia describitur. Vnde etiam Gelasius Papa distinct. 15. hoc signum inter apocrypha numerat: & à Carolo Magno etiam lib. 4. cap. 10. contra Nicænam 2. Synodum, tanquam à veritate Euangelica alienum, rejicitur.

De Veronica  
fabula.  
Legenda aurea

Eiusdem monetæ est altera fabula, de VERONICA, ut vocant, quæ habetur in Legenda illa, quam immeritò, Vne etiam tesse, Auræa vocant, cum scripta sit ab homine plumbæ cordis, & ferreioris.

Quibus etiam tertia annumerari debet, quam superiori de Abagaro assuit Nicephorus, qui Persarum rex pictorem mississe, & per hunc Christi & Mariæ matris eius depictam imaginem accepisse narratur.

Historiam quoque de imagine Christi, à Nicodemo olim facta, usurpata verò à Gamaliel, Iacobo, Simeone, Zachæo alijsque, Hierosolymis autem delata in Syriam, et tandem abducta in ciuitatem nomine Beryctum, non procul à Tyro & Sidone, quæ inter Athanasij opera habetur, suppositiciam esse, ne ipse quidem Nannius Louaniensis, qui Athanasij opera in comos digessit, negare audeat. Qui enim locum illum paulò diligentius inspexerit, nisi vehementer habes fuerit, istius fabulæ futilitatem, mox perspexerit. Homo quidam Christianus aliò cum familiaria sua concesserat: cum domi suæ imaginem Christi haberet, ipsi Christo & longitudine, & latitudine, et cætera magnitudine æqualem, eam in loco quodam occulto obliuione reliquit. Iudæus postea eam domum longo tempore inhabitat, nec imaginem videt: alius quidam peregrinus Iudæus discumbens in prandio, eam statim aspexit apertam, & ad parietem inclinatam. Hæc isto modo refert fictus ille Athanasius. Ita & stat aperta, & tamen occulta est: & occulta cum sit, tamen aperta & ad parietem inclinata est: nec eam vnquam vidit, qui longo tempore domum illam, in qua latuit, inhabitauit, alius quidam peregrinus mense accumbens, mox illam conspexit. Scilicet ista conueniunt. Deinde sacerdotes & magistratus Iudæorum eò conueniunt, & imaginem in dignissimis contumeliosissimisque modis tractant: spina coronant, myrrham & sel ad bibendum porrigunt: denique cor lancea perfodiunt: sanguis abutè de effluxit: potestates cæli commouentur: sol obscuratur, luna amittit lumen suum: plura & quidem maiora miracula fiunt in passione imaginis mutæ, sudæ, cæcæ, quin omni sensu et motu carentis, quam cum verus ille Iesus, verus ille Deus & homo crucifigeretur. Atque inde fluxit etiam (inquit nouus ille Athanasius) cum Athanasij, tum alius omnis per orbem terrarum sanguis. Mirum autem est, Eusebium, Sozomenum & Theodoretum, qui de Athanasio multa scripserunt, hoc tamen quod ab istis iactatur, omninò præterijisse. Mirum etiam est, alios multos doctos & præclaros Episcopos, qui eodem tempore vixerunt, & quorum scripta nostra adhuc ætate existat, mentionem huius fabulæ ne verbo quidem facere: qui ceteri si tanta res eo tempore conuigisset, eam in suis libris & historijs nequaquam silètio præterijissent. Sigebertus scribit hanc fabulam accidisse circa annum Christi 765. Lombardica verò historia in Legenda: 130. annotat annum 750.

Imago à D. Luca  
et picta.

Theodorus denique Lector lib. 1. indicat, Eudociam mississe Mariæ imaginem, quam Lucas Euangelista fecerit, Hierosolymis Pulcheriæ Imperatricis, sed qua fide hoc referat, incertum est. D. enim Paulus Coloss. 4. ait, Lucas Medicus, non Lucas pictor. Etsi fuit Iudæus ac vnus ex 70. discipulis non est verisimile pictorem fuisse eum, cum apud Iudæos hæc artes non fuerint in vsu, ut ex lib. 4. Origenis contra Celsum intelligitur. Is verò beatissimam virginem

orationis & eloquentiæ suæ, qua cæteris omnibus præstare visus est, coloribus depinxit: alio autem modo eam depingere nec illi haud sicut otium: Nam quod etiam Lucam pictorem fuisse, & Christi matrisque ipsius imagines fecisse, Nicephorus scribit lib. 14. cap. 2. eadem fide facit, qua ibidem refert Eudociâ Pulcheriæ ἀθανάτου, τὸ θεῖον εἶκον (Maria scilicet) ἀδὰμισσῆ. Quod idem ex Simeone Metaphraste, quem fallendi gratia auctorem Græcum vocat, probare volunt, puerile est. Fuit enim trivialis Constantinopoli ludimagister, & Sanctorum vitas scripsit, quæ non immerito Mendaciorum Legendæ dici possunt, vixitque ducentis viginti non amplius ab hinc annis. Verum satis abundè has aliasque huius generis fabulas confutare videtur Eusebius Pamphili Cæsariæ Palestinæ Episcopus, qui tempore Constantini Magni vixit: Is in epistola ad Constantiam Augustam: Quoniam, inquit, de Christi imagine ad me scripsisti, ut tibi mitterem, velim mihi significes quam nam putes Christi imaginem, verum illam veram & incommutabilem naturæ illius characteres ferentem, aut hanc quam propter nos assumptis servilem formam pro nobis induens? Et mox: Sed omnino servis requiris imaginem formæ, & carnis quam propter nos induit: sed & hanc gloriæ deitatis suæ commixtam & passam mortuamque. Quis igitur gloriæ eiusmodi & dignitatis splendor lucens & fulgurans effigiari mortuis & inanimatis coloribus & umbratili pictura posset? En disertè fateatur, nullam prorsus extare imaginem Christi, quæ ipsum vel secundum deitatem, vel secundum humanitatem etiam exprimere possit. Et si aliqua fuerunt, maximè quæ recunquæ representantur Christum, eò quod non misit eas Augustæ, satis declaravit, quod inutiles sint ad verum Dei cultum, quodque sine illis coli Deus possit: sin aliter statuisset, misisset utiq.

Quod verò de Iudeis supra diximus, ipsos accepisse idola, eorumque cultum mutuatos esse à Gentibus, idem etiam nonnullos Christianorum fecisse, extra tamen templa, extra etiam casum cultus & adorationis, Eusebius testatur lib. 7. cap. 18. ubi refert mulierem illam hæmorrhousam, quam à Salvatore curatam Evangelistæ tradunt, ex civitate Cæsariæ Philippi oriundam fuisse, domumque illius ibi ostendi, & admiranda quædam Christi in eam beneficij quæstrophæa ibi durare. Pro soribus enim (inquit) domus ipsius, basis quædam in loco editiore collocata monstratur, in qua mulieris ipsius velut genibus prouolutæ, palmasque suppliciter tendentis imago ære videtur expressa. Adstat verò alia ære nihilominus supra statua, habitu viri stola compe circumdati, & dexteram mulieri porrigentis. Huius ad pedem statuæ, è basi, herba quædam nova specie nascitur, & ad aneam imaginis simbriam usque excrescens, omnis generis morbis medetur. Et mox: Hanc statuam ad similitudinem vultus Iesu formatam tradebant, quæ permansit ad nostra usque tempora, sicut ipsi oculis nostris inspeximus. Et nihil mirum, si hi qui ex gentilibus crediderunt, pro beneficijs quæ à Salvatore fuerant consecuti, huiusmodi velut munus videbantur offerre: cum videamus etiam nunc Apostolorum Petri & Pauli, & ipsius Salvatoris imagines designari, tabulasque depingi. Sed & antiquas ipsorum imagines à quibusdam conservatas nos vidimus: quod mihi videtur ex gentili consuetudine indifferenter obseruatum, quòd ita soleant honorare, quos honore dignos duxerint. Insignia etenim veterum servuari ad posterorum memoriam, illorum honoris, horum verò amoris indicium est. Hæc Eusebius: quæ multa ad institutum nostrum pertinentia vtiliter monent. Inter quæ illud præcipuum est, quòd aperte fateatur, usum imaginum Christi & Sanctorum, ab illis originem trahere qui iam primùm è gentilismo ad Christum conuersi fuerant. Opus autem erat olim multa Christianis indulgere, teste Beato Rhenano in Terculliani lib. de Corona militis, qui plerumque iam senes de paganismo ad nostram religionem conuerterantur, ideoque difficulter ea relinquerent, quibus per totam vitam assueverant. Non ergo Euseb. dicit, neque aliquis ex nostris unquam affirmavit, ut Sanderus calumniatur, Ethnicos statuam hanc seu imaginem Christi, & hæmorrhousam fabricasse: sed concedimus mulierem Christianam fieri eam curasse, verum ex gentili superstitione & consuetudine, ut quæ nuper admodum Ethnicismo valedixerat. Id enim clarè testatur Euseb. òc (inquit) εἶδε τὸν παλαιὸν ἐπεγδάξεν πρὸς οὐκ ἴστω ἥσπας ἐθνικῆς αὐθιγῆς παρὰ ἐαυτοῖς τὸ τὸν ἡμῶν εἰωθῶτων τὸν ἔθνος. Hoc est, Creditibile est, præcos illos homines, nondum relicta auita superstitione, ad hunc modum consuevisse colere illos Ethnica consuetudine, tanquam Seruatores.

Imagines Christi à gentibus mutuati sunt, extra in cultum.

Imaginum usus ab ijs est qui è gentilibus Christiani facti.



Imagines Eusebii tēpore non in Oratorio recepte. Deinde apparet ex hoc Eusebiano testimonio imagines seu statuas has Christi & Sanctorum sua adhuc aetate, circa annum Domini 330. nondum in Oratoria receptas esse. Statua enim illa Christi, quam mulier hemorrhosa fieri curauit, praeforibus domus eius super editum viarecepte. lapidem erat collocata: ubi adhuc Iuliani apostatae tempore posita fuit, teste Sozomono libro quinto capite vigesimo.

Statuae haemorrhosae nullus cultus habitus. Praeterea adeo nullus cultus eo ipso in loco huic statuae Christi habitus est, ut incognitum fuerit aliquandiu, cuiusnam ea formam referret, & cuius rei gratia ibi esset collocata. Quia enim sub dio steterat, corpus fuit mutatum, & imbres ex locis superioribus limum secum trahentes, statuae ipsi aggererunt, ut literae non apparerent sicut Nicephorus indicat lib. 10. capite 30. Fallitur ergo Sanderus, qui vult hanc statuam pertinuisse ad veram religionem, & ideo non modo plausibilem, verumetiam venerabilem antiquitatis exitisse. Qui enim hoc illi credere possumus, cum diu incognitum fuerit cuius nam illa imago esset? Qui etiam venerabilis ijs esse potuit, qui eam limo & musco obduci sic passi sunt, ut agnosci non potuerit? Sequitur certe, illos, quicumque fuerint religionis suae parum amantes fuisse. Argumentum autem, quo probare nititur, imaginem istam magna veneratione dignam iudicatam, sumit à miraculo quod circa eam contigit, in cuius narratione quaedam affuit, quae apud Eusebium non leguntur. Miraculum autem illud, & operationem herbae eius, vult statuae illi omnino ascribendam. Ego vero ex superioribus nego Christianos tunc temporis vel statuae vel herbae illi diuinam tribuisse virtutem, sed potius soli Deo; alioqui non sub dio stare, & limo eam obduci passi fuissent. Deinde nullius cultus meminit Eusebius quo hanc imaginem persecuti fuerint. Sin vero Sanderus hoc facit, errat. Miracula enim quae per externa quadam media eduntur, non ad creaturam, sed ad creatorem referenda. Ita mulier illa hemorrhosae non in Christi veste haesit, sed potius in saluificam Christi virtutem respexit. Quin ipse Dominus, quasi errorem hunc confutare voluerit, testatur, virtutem illam ex se egressam esse, & ita omnem huius miraculi gloriam sibi soli vendicauit. Sudaria & semicincta Pauli ad absentes delata, morbos pellebant, & demones fugabant. Act. 19. Nemo tamen sudaria aut semicinctis vim hanc diuinam tribuebat. Huc etiam pertinet quod de Petri umbra Act. 5. refertur. Non enim credendum est, quod umbra hominis tam fuerit efficax, sed quod virtus Dei, quae se secundum dispensationem minutis rebus ita insinuat, egregia ista effecerit. Et ex capite 3. eiusdem libri satis constat, omnem virtutem miraculorum Dei esse, non rerum externarum, per quas secundum dispensationem apud nos agit. Sequitur ergo, media illa per quae agit Deus non adoranda. Per Solem enim, herbas & alia, admiranda multa agit Deus: at quis tam stolidus, ut eius gratia censeat ea adoranda & colenda?

Politicus imaginum usus non damnandus.

Illae etiam imagines Petri & Pauli quarum meminit Eusebius non in Oratoria suae templa sunt relatae, nec ab omnibus quoque Christianis receptae, sed à quibusdam priuatis, nec aliam ob causam, quam propter studium & amorem tantum sunt asseruatae.

Ex his & alijs quae adduci possent constat, fuisse quidem in primitiua Ecclesia aliquem imaginum seu statuarum usum, verum non Ecclesialicum, sed politicum seu historicum tantum, neque tamen in templis, sed extra. Huiusmodi usum non legimus ab illis patribus damnatum, ne ab ipso quidem Lactantio simulachrorum insectatore acerrimo. Imò Athanasius & Basilii à politicis regum imaginibus similitudines mutuati sunt, cum de aequalitate gloriae & maiestatis patris & filij disputarunt.

Constantini M. tempore nullae adhuc imagines in templis.

Durauit hic usus Imaginum adhuc Constantini Magni aetate. Nam etsi multis pretiosis anathematis ex auro, argento & gemmis templa ornant, imagines tamen in templa non recepit, ut apud Eusebium legitur. Idem quoque auctor lib. 3. & 4. de vita Constantini, refert, ipsum & suas & suorum imagines, Danielis etiam & boni pastoris symbola fieri curasse, sed in medio foro apud fontes, non in templis collocasse. Pater hoc etiam luculentissimè ex Lactantio, qui Constantini Magni tempore vixit; item ex Nicephori lib. 7. cap. 30. & 49.

Falsum quod de imaginibus in templis Constantini tempore refertur.

Quocirca valde mirandum est, unde Damascus & Platina in vita Syluestri habent, quod de statu & imaginibus Christi, Angelorum, Apostolorum aliorumque à Constantino Synodum

Magno in basilicis Romæ positis, indicant: Ita manifestè hoc falsum est, ut ne ipsi quidem pontificij testimonio tali ad imaginum in templis antiquitatem defendendam, utantur. Nec etiam iniuriâ miretur aliquis, vnde Adrianus Papa habuerit illud, quod ad Nicænam 2. Synodum scripsit, Constantinum scilicet imagines Christi & Sanctorum in templis collocasse ut hoc pacto Ethnicos ab Idolorum cultu auocaret: cum certissimum sit, primitiua Ecclesie Doctores imagines in Oratoria recipere noluisse, ne in illorū animis, qui à Gentibus ad Christianorum religionem transibant, seminaria idololatriæ relinquerentur, & ne Christiani facti, eo modo verum Deum colere vellent, quo antea idola coluerant. Legitur quidem in Constantini Donatione, Syluestrum Papam suum Diaconum imagines Petri & Pauli Constantino Magno exhiberi præcepisse, quas cum aspexisset Imperator, eorum quos in somno viderat fingatos, in ipsis imaginibus cognouisse vultus. Sed has in templis positas imagines fuisse, non indicatur. Deinde totam hanc narrationem de Constantini Magni Donatione, esse falsam, fictam & suppositiciam, vel ipsorum pontificiorum testimonijs libro quinto probabimus.

De S. Cruce & eius Signo.

Quia apud veteres Scripsores sæpe fit mentio Signi Crucis, non abs re erit, prius quàm ad reliqua pergamus, videre quale fuerit signum.

Tempore Tertulliani & postea, Crux nihil fuit subsistens, sed Christiani digitis in aere formabant tantum figuram quasi crucis transversam, & hoc signo se muniebant, frontem etiam eo signabant, ad omnem progressum, aditum, exitum, motum, vestitum, calceatum, ad lauacra, mensas, lumina, cubilia & sedilia. Causam huius assignare non est facile. At tamen illam duplicè fuisse opinantur aliqui. Prima, quòd hoc factò testarentur se Christianos, quasi eos Crucis Christi minimè puderet. Atq; hanc ex Augustino de verbis Apostoli Sermon. 8. colligunt. Etenim insultabant Ethnici Christianis, fatuitatem eis exprobrando, qui Christi affixum cruci adorarent: quibus ita respondet Augustinus: Cor quidem, ait, habemus, non tamen quale vos habetis: Nec pudet nos Crucifixi, sed in parte vbi signum pudoris est, signum crucis eius habemus. Alia est, quòd voluerint quadam ræone, ceremonias legales imitari: et quia post Christi aduentū sacrificare non licet, Iudeorum more, qui sanguine agni paschalis iusti erant illinere postes domorum, nostri ad eam similitudinem cruce frontem signarunt, ut perhibent Lactantius lib. 4. de vera Sapientia cap. 26. & Augustinus de Catechizandis rudibus cap. 20.

Crucis signum Tertullianitè pore nil fuit subsistens.

Periphrasis est frontis.

Sed demus fuisse crucis signum subsistens aliquid Tertulliani ætate, & vel ex ligno factum, vel in parietibus pictum, nò tamen crucifixi effigies sculptilis aut picta, membris expansis, cruci clavis id temporis affigi solita fuit: multoq; minus in templa receptum, & ad cultum & adorationem propositum erat signum illud. Patet hoc ex cap. 16. Tertul. Apologeticis, vbi ita legitur: Pars crucis est omne robur, quod erecta statione defigitur, nos si fortè integrum & rotum Deum colimus. Et mox: Alij planè humanius & verisimilius Solem credunt Deum nostrum. Ad Persas si forte deputabimur, licet Solem nò in linteo depictum adoremus, habentes ipsum vbiq; in suo clipeo. Id à gentilibus natum videtur, conuenientibus sanctis patribus, ut vel sic ad Christianismum pertraherentur, sicut Beatus Rhenanus annotat ad citatum Tertulliani locum. Arnobius etiam qui vixit circa annos Domini 330. lib. 8. contra Gentes, apertè dicit, Cruces nec colimus, nec optamus. Vos planè qui ligneos Deos consecratis, cruces ligneas, ut Deorum vestrorum partes, forsitan adoratis. Nam vexilla castrorum quid aliud sunt, quàm inaurate cruces; trophæa verò vestra non tantum simplicis crucis faciem, verum & affixi hominis imitantur. Cyrillus etiam lib. 6. contra Iulianum disertè negat, signum crucis à Christianis vel coli vel adorari.

Crux ab initio non fuit effigies sculptilis.

Sub Constantino vero Magno cepit signum crucis duobus lignis transversim coniunctis representari seu fabricari. Narrat enim apud Euseb. Constantinus, se cum sollicitè cogitaret, an idololatriam gentilem abijcere, et cultū Christi amplecti velleret, vidisse supra Solem in cælo signum crucis, cum inscriptione: In hoc signo vinces; quo miraculo Deus ipsum in agnita semel veritate confirmare voluit. Hac igitur visione motus Constantinus, iussit Labarum Romanum in vexillum crucis transformari hoc modo: Hastile oblongum, auro obductum,

Constantinica tempore cepit crux materia, lris fabricat.



quod cornu habuit transversum, ad formam crucis constructum. In fastigio corona gemmis & auro circumtexta, in qua nota servatoris duabus primis literis nominis Christi inscripta erat. In transverso autem cornu velamen quoddam appensum adhaesit, gemmis resplendescens. Sub velamine verò deorsum, in oblongo hastili, aurea Constantini & liberorum effigies, ad pectus vsque depicta, continebatur

Labarū quid.

Fuit autem Labarum, (quod Sozomenus Graecus auctor, nec Latina idcirco satis peritus lingua Laborum appellat, cū dicit lib. 9. cap. 4. ἡ δὲ τοῦ τοῦ σὺν ἡμῶν βασιλέως ἡ δὲ βασιλέως βασιλέως ἡ δὲ βασιλέως : nisi forsitan exemplari Graeco mendī aliquid insit) ut rectius quae diximus intelligatur, apud Romanos, reliquis signis militaribus omnibus praestantius, quod Imperatorem praecedebat, & à militibus in bellis praeferebatur aciebus, utque adoraretur ab iisdem legibus cautum erat. Quam ob causam etiam Constantinum puto, celeberrimum hoc Romani Imperij vexillum in Christi signum mutasse, ut frequenti eius spectaculo & cultu subditi in desuetudinem pristinae superstitionis venirent. Hoc igitur signum praeferi, & laborantibus periclitantibusq; cohortibus adesse, atque à satellitibus per vices in humeris gestari, ordinemq; cum eo circuire iusserat, in praelio cum Maximino commisso. Nicephorus lib. 7. cap. 56. Haec res sine dubio in causa fuit, quòd Crucis signum ab illius aetatis hominibus magno in praelio haberi coepit, quòd sequentibus temporibus magis magisque, in consuetudinem abiit. Refert enim idem auctor eodem lib. cap. 46. quia Constantino à Cruce plurimum honorum prorenerit varijs modis, idcirco eam summo opere in veneratione habuisse, in numis suis & imaginibus omnibus insculpi inscribiq; fecisse. In ipsis etiam armis militum signum hoc insculpi iussit, ut esset partim signum professionis, partim ut milites sensim ita pertraheret ad religionem Christi crucifixi. Quod factum pijsimi Imperatoris mox alij quoque imitati sunt: Rufinus enim indicat, Alexandrinos thoraces Serapis, quos in parietibus, in ingressibus, & in fenestris habuerant Ethnicis, iam Christianam religionem amplexos abrasisse, & pro ijs Crucis dominicae signum in iisdem locis appinxisse. Idem Imperator Constantinopoli tres ex aere Cruces ingentes fieri curavit: non tamen eas in templa collocavit, ad cultum & adorationem: sed primam, cui nomen Iesus inditum, quaeq; auro mirifice exornata fuerat, posuit super fornicem seu arcum triumphalem in foro. Alteram vero Christi nomen praferentem, in porphyretica Romana statuit columna, in loco qui οὐρανὸς ἰδὸν, hoc est, fraternus amor dicitur. Tertiam, quam Constantinus Νικητὴς, id est, victoriam vocavit, Heraclius Imperator autem postea ἀντιπύλον, hoc est, inimicam nominavit, in alta marmorea columna posuit, in loco cui nomen est ἀποπρόδατος, id est, forum panarium, ut Nicephorus testatur libro 8. cap. 32. Signum quoq; illud militare, quod ad Crucis similitudinem fieri iussit, non in templis ad cultum proposuit, sed eo pro militari vexillo tantum vsus fuit, quod postea priuatim in palatio Imperatorio asseruatum, ipse Eusebio ostendit. Cui verò dubium erit, si imagines, simulachra, & statuas eo tempore habuissent in templis, quin Imperator etiam signum hoc & cruces illas in templa repositurus fuisset? Neque legitimus his crucibus & vexillo huic militari extra templa quoque, vel Constantinum Imperatorem cultum aliquem diuinum exhibuisse, vel alios id facere iussisse. Etsi enim Eusebius dicat cruce vsus fuisse Constantinum tanquam ἀντιπύλον, hoc est, quasi propugnaculo quodam & praesidio vita suae, certissimum tamen est, spem eius atque fiduciam, non in crucis ipsa materia, sed in vnicò Christo defixam fuisse. Nicephorus enim scribit lib. 8. cap. 2. Constantinum haec verba in tribus illis crucibus incidi curasse, ἰησοῦς, χριστός, Νικητὴς, Iesus, Christus, vincit, non crux. Ambrosius etiam in Oratione super obitū Theodosij Imperatoris testatur, Helenam Constantini matrem, cum sanctam Crucem, in qua Christus pendit, inuenisset (verumne hoc sit an non hic non inquirō, cum alibi commodior ea de re disputandi occasio futura sit) Regem adorasse, non lignum utique: quia hic Gentilis est (inquit Ambrosius) error & vanitas impiorum. Eius porrò crucis Helena partem Hierosolymis reliquit, ad memoriam his qui eam Videre (nō adorare) vellent: partem etiam quam ad filium deculit Constantinus in Foro (non in templis) posuit, ut Socrates testatur libro primo, capite decimo septimo.

Crucis signum quare in praelio haberi coepit.

Cruces pictae, aut sculptae neque in templis Constantini tempore, neque extra templa illis cultus diuinus exhibitus.

Quando & quomodo Imagines in templa receptæ.

**H**actenus itaq; per annos à nato in carne filio Dei 370. Imagines Christiani nullas pro-  
fus in templis suis habuerunt. Cum verò circa hæc tempora memoria martyrum maxi-  
mo studio celebrarentur, & templa magnificentissimè splendidissimeque exornarentur, cepit  
simul in ipsis demùm templis etiam Imaginum esse vsus: nondum tamen ad cultum & adora-  
tionem, sed partim ad historicam admonitionem, partim etiam ornatus causa. Cæpit hoc po-  
tissimum fieri in Orientalibus ecclesijs circa annos Christi 380. Et quidem, quod obseruauerunt  
aliqui, inter Græcos primùm reperiuntur descriptiones picturarum in ipsis templis apud Gre-  
gorium Nyssenum, Basilij fratrem, vt est videre in eius Oratione in Theodorū martyrem,  
in qua & figuram rerum animantium à sculptore factam commendat, et marmoris à lapicida  
politum tanquam argenti leuitatem, & viam ipsius martyris effigiem, omniumque eius præ-  
clarissimorum factorum adumbrationem expressam, & oculis propositam excellentissimè à  
pictore in opere sculpsit, vnà cum Christi imagine, in quibus imaginibus pugnas martyr is nō  
minus ad vniuersum expressas agnoscit, quàm si in libro descriptæ et commemoratæ essent. In Sy-  
nodo Nicena 2. refertur, eundem Nyssenum collachrymatum esse, dum iuxta simulachrum  
Abrahæ filium suum immolantis, transfret. Cæterum an illud simulachrum in via aut foro  
fuerit, aut in templo, nō exprimitur. Habetur etiam ibidem, martyrium Euphemie virginis  
in templo vrbis Chalcædonensis fuisse depictum, sed quantum conijcere licet, in porticu ille pi-  
cturæ fuerunt.

Sozomenus quoque lib. 5. cap. 20. indicat, cum Iulianus statuam Christi ab hæmorrhousa  
positam, deiecisset, & Ethnicæ eam in ignominiam Christianorum confregissent, fideles non-  
nullos fragmenta collegisse, ac in Ecclesia posuisse, atque ibi suo etiam nunc tempore asserua-  
ta fuisse scribit. Quod verò Sanderus inde colligit, magnam scilicet reuerentiam delatam  
fuisse huic statuæ adhuc integræ & stanti, quæ vel fracta in tanto honore habita fuerit, non  
sequitur. Quando enim hæc fiebant, longè alia erant tempora ac mores, quàm vel Constantiniani  
ætate, vel ante illam fuerint. Deinde non indicatur quo in loco templi collocata fuerit. Præ-  
terea, ex nullo fide digno authore probare poterit, vel hanc, vel alias imagines & picturas  
hoc adhuc tempore vel adoratas, vel positas & collocatas fuisse in templis vt adorarentur.  
Quod enim Nicephorus lib. 10. cap. 30. dicit, Christianos statuam hanc in Diaconico Ecclesiæ  
loco honoratori posuisse, & cultu conuenienti profecutos fuisse, id suo more facit, posteriorum  
nimirum temporum superstitiones veteribus historijs assuens.

Nicena 2. Synodus sub Irene celebrata, vt antiquiorem vsus in templis Orientalium  
Imaginum & picturarum faciat, Nili cuiusdam Episcopi inducit epistolam, in qua, cum O-  
lympiodorus, qui nuper templum de nouo extruxerat, quæ fuisset, an decorum esset templum il-  
lud imaginibus variis generis animantium exornare, respondet, puerile, imò stultum hoc esse:  
sed potius in loco sacro Crucem esse effigiendam, & parietes Veteris ac Noui Testamenti  
historijs opera docti pictoris replendos. An verò Olympiodorus illi paruierit, aut quis ille Ni-  
lus episcopus fuerit, non est compertum. Martyr quidam est dictus hoc nomine, qui pro Chri-  
sto, tempore Diocletiani, obiit. Verùm is esse non potest: tam enim abest vt tum fuerit per-  
missum Christianis publicè templa edificare, eaque imaginibus & varijs picturis exornare,  
vt potius, si quæ tum fuere templa, funditus euerterentur ac solo æquarentur. Deinde in illa  
Nicena Synodo multa fide leguntur: & quæ citata fuerunt ab illis patribus, maiori ex par-  
te in libris Orthodoxorum non extant.

Apud Occidentales verò, pinxit Ecclesiam fortasse primus, Pontius Paulinus Episco-  
pus Nolanus, qui iuxta Trithemium, circa annos Christi 420. celebris fuit. Is facti huius  
causam hanc reddidit. Cum fideles die festo conuenirent ad celebrandum Felicis martyris me-  
moriæ, religiosè excipiebantur conuiuio, & cum plus æquo epulis genioq; indulgerent, pingi  
curauit ille pater in parietibus templi Veteris Testamenti historias, nec non & Noui, quo po-  
pulus illis intuentis, frugalius & sobrius in conuiuio se gereret. Hæc res mox in alijs quoque  
Ecclesijs magno cum applausu recepta fuit: meminit enim Prudentius poeta Christianus in  
passione Cassiani martyris pictæ imaginis in templis, hisce verbis:

Imaginibus  
quandiu Chri-  
stiani in tem-  
plis caruerint.

Imagines quæ  
do primùm, &  
cur in templa  
reclate.  
Imaginum in  
templis Orien-  
taliū quæ pri-  
mus mentionē  
faciat.

Hæmorrhousa  
statua.

Nihil iubet im-  
agines in tem-  
plis pingere.

Imagines quæ  
do in Ecclesijs  
Occidentales  
irrepsert.



Erexi ad cælum faciem, stetit obuia contra  
 Fucis colorum picta imago martyris.  
 Edictum consultus ait, quod prospicis hostes,  
 Non est inanis aut anilis fabula.  
 Historiam pictura refert, quæ tradita libris  
 Veram vetusti temporis monstrat fidem.

*Idem Paulinus Crucis signum vndique corona floribus contexta cinctum in ingressu Basilicæ suæ depinxit etiam subiectis his versibus, qui symboli illius notionem explicant:*  
 Crucis signum  
 ut primo in Ecclisjs Occidentibus pictum fuerit.

Cerne coronatam Domini super atria Christi  
 Scire crucem, celfo spondentem celsa labori  
 Præmia, tolle Crucem, qui vis aufferre coronam.  
 Cruci quoque insidebant columba, quem typum his versibus aperuit:  
 Quæque super signum resident caeleste columba  
 Simplicibus produnt regna patere Dei.

Imago Christi  
 apud veteres.

Ex quibus apparet etiam ex aliquot veterum locis Christum ab initio, quando pictura in templis fuerunt receptæ, magis in typum agni, quam effigie humana depingi consuevisse: quod usque ad tempus sexti Concilij generalis obtinuisse videtur, in quo statuitur, ut mox pluribus indicabo, ut pastores in posterum non in agni typo, ut hæcenus fieri consuevit, sed humano charactere Christum exprimant, sicut ipse quoque Georgius Cassander in sua Consultatione ad Ferdinandum & Maximilianum Imperatores fatetur fol. 151.

Paulinus peccauit pingendis  
 Ecclesijs.

Bisariam autem peccauit Paulinus. Principio enim contra manifestum Pauli præceptum, conuiuia in templo publica instituere permisit. Deinde quod a quæ fuit inexcusabile, homines imaginibus ad temperantia studium cohortari voluit, cum idem doctrina salutaris & exemplo magis Christiano conari potius debuisset. Vnde liquido apparet Episcopum hunc pio spiritu hoc consilij nequaquam cepisse.

Crucis signum  
 in templo illatum  
 Orientalem.

Mox etiam signum Crucis apud Orientales in templa illatum est, ut ex locis aliquibus patet. Fuit tamen eo adhuc tempore lignum tantum transuersum, in forma crucis factum. Hoc etiam Cyrillus contra Iulianum lib. 6. ostendit. Extat quidem aliquod lib. 2. capite 3. de visitatione infirmorum, de addita super crucem hominis parentis imagine: verum id postea de rimum accessit: nec sunt illi libri Augustini, sed diu post Augustinum conscripti.

Crux quid hoc  
 adhuc tempore  
 fuerit.  
 Crucis signo ca  
 codæmones fugantur.

Isdem quoque temporibus ea supersticio confirmata & longius propagata videtur, ut nimiram crederent homines, signo crucis cæcædæmonas fugari. Vnde Cyrillus Hierosolymitanus ait Cateches. 4. Tu manifestè signa te cruce in fronte, ut dæmones signum regis videntes tremantes procul fugiant. Obseruandum verò quod Rufinus lib. 1. cap. 23. de hoc Cyrillo memoria prodidit, eum scilicet aliquando in fide, sapius autem in confessione variasse: & Macedonianum eum fuisse in adolescentia, quando libros Cateches. scripsit, & ante synodum Constantinopol. ei demum heresi renunciaffe. Laëtantius tamen lib. 4. cap. 27. de vera Sapientia, restatur quoque, inposito frontibus signo crucis Deos idolorum fugatos, ne possent in visceribus hostiarum futura depingere. Et Hieronymus ait in epistola ad Heliodorum: Intus inclusum est periculum, intus est hostis, expedite rudentes, vela suspendite, Crux antennis figuratur in frontibus. Hic ad arcendam periculum quod à dæmone imminet, hortatur Heliodorum, ut instar nauarum spiritualium ad arma sua confugiat. Quod autem in tempestate nauis est antenna, id Christianis in tentatione vult Hieronymus esse Crucem in frontibus fixam. Quæ res posterioribus seculis multis falsis ac mendacibus signis ac miraculis confirmata, magis magisque in superstitione abiit. Refert enim Gregorius Magnus li. 3. Dialogorum, Iudæum noctu ingressum templum idoli, ut ibi dormiret, visis noctu per multis in eo loco cæcædæmonibus, cum vehementer expauisset, se munivisse signo crucis: cumque princeps malorum spirituum cognouisset hominem adesse, diabolo cuidam iussit, ut illum accederet, & exploraret quisnam esset: qui cum eum contemplantis fuisset, redijt, ac dixit, vas quidè inueni vacuum, sed signatum, Iudæumque reliquit prorsus illæsum. Quod ille secum reputans, Christianam religionem amplexus est.

Quæst

Quasi verò de Iudæi soliti sint idolorum templa ingredi, quæ summopere horruerunt. Aut quis demon Iudæo isti significauit, quid malignus ille spiritus principi demoniorum renunciari? Nugatur etiam Vincentius lib. 23. cap. 103. diabolus Agilo Gallie Doctori in specie draconis apparuisse, ac erecto capite virus suum aduersus ipsum euomuisse: quem ille signo Crucis facto fugari. Simile commentum de Sulpicio eodem libro cap. 29. narrat. Sunt igitur hæc & similia partim fabulosa & vana, cuius generis plurima, non tantum Vincentius in Speculum suum historiarum, sed & in libros Dialogorum, & præsertim tertium Gregorius Magnus concessit, quæ non tantum risum mouere possunt laicis, verum etiam à Christiana religione valde sunt aliena, ideoque etiam scripta eius omnia à Clero populog, Romano imprimis, Pontifice Maximo Sabiniano digna iudicata sunt quæ comburerentur, quòd scilicet viderent nimis multa fabulosa ijs inserta, & puritatem religionis non parum per ea contaminatam esse. Partim superstitiosa sunt; fingit quidem diabolus interdum se cedere conspecto signo crucis, vt ea fictione sese magis ac magis insinuet nobis. In bello si hostis cedat, tum maxime cauere nobis debemus, ne in insidiis, quas parauit, incidamus. Vt autem & potestas Crucis non sic est in signo, sed in vera solidaque fide in crucifixum.

Isdem fere temporibus circa crucis signum miracula quoque alia accidisse historici nonnulli indicant. Cùm enim Heraclius Imperator circa annos Domini 631. deuiso Persa cum sancta cruce vrbis Hierosolymorum appropinquasset, eamque regio vestitu ornatus, per portam, per quam Seruator ad crucem subeundam exiuit, transportare voluisset, porta miraculose clausa fuit, lapides enim concurrentes occluserunt transitum, vt Vincentius fabulatur lib. 23. cap. 12. seu vt Blondus refert Decadis 1. lib. 9. Imperator in porta immobilis substiit, non valens, licet conaretur enixè, progredi amplius. Cùmque Imperator admiraretur rei causam, audita est vox angeli: Rex regum non sic intravit cultu regio, quando passurus erat pro omnibus, sed humili insidens asello, humilitatis exemplum reliquit. Sunt tamen qui putent Zacharia patriarchæ, quem Heraclius Hierosolymam reducere voluerit, hanc admonitionem fuisse. Tunc Imperator lachrymis perfusus discalceatus & vsque ad camisiam exutus, Crucem Domini accipiens, vsque ad portam portauit, eaque vltimò aperta est, & Imperatori transitum concessit. Referunt etiam Siebertus in Chronico: Gosfridus Viterbiensis parte 16. Durandus in Rationali lib. 7. cap. 29. Antoninus tit. 13. cap. 4. § 3. Petrus de Natalibus lib. 8. cap. 76. Haumar etiam Saracenorum Dux cùm edificare cœpisset Hierosolymis templum, & subinde extructa corruissent, sciscitabatur causam à Iudæis, qui respondebant, crucem, quæ erit super templo montis Oliuarum, eam impedire adificationem: cruce igitur ablata, adificiū processit, vt testantur Siebertus & Paulus Diaconus lib. 19. rerum Romanarum

Miracula falsa pro confirmatione multitudinis Crucium.

Hæc & similia etsi fabulosa videantur, tamen occasio fuerunt multorum grauiusimorum errorum, nimirum adorationis crucis, quam Gregorium Magnum instituisse Zegedinus in suo Speculo indicat: deinde solennis ritus exaltationis crucis, & vanissima opinio, quod scilicet Crucis signum contra omnis generis mala proficit: tum etiam multitudinis crucium non tantum extra, sed etiam intra templa Christianorum, vt accuratissimus historicus Funccius in sua Chronologia annotauit.

Non defuerunt autem his ipsis temporibus pietate & eruditione præstantes viri, qui vsum hunc historicum imaginum, picturarum & crucis in templis, fortissimè impugnarent, magisque probarent primitiue Ecclesie morem, quæ religionem absque simulachris, statuis, imaginibus & picturis exercuit & habuit. Notissimum est factum Epiphanius Salamine Cypri Episcopi, in doctrina catholica fidei in orbe celeberrimi, Augustino teste: de quo ipsemet in fine epistole ad Ioannem Hierosolymitanum Patriarcham ita scribit: Cùm venissem ad villam que dicitur Anablatha, vidissemque ibi præteriens lucernam ardentem, & interrogassem quis locus esset, didicissemque esse ecclesiam, & intrissem vt ornarem, inueni ibi velum pendens in foribus eiusdem ecclesie tinctum atq; depictum, & habens imaginem quasi Christi vel sancti cuiusdam. Non enim satis memini cuius imago fuerit. Cùm ergo hoc vidissem in Ecclesia Christi contra auctoritatem Scripturarum hominis pendere imaginem, sci di illud, & magis

Imaginum vsum historicus in templis damnatus.

Imaginum vsum damnauit Epiphanius.



dedi consilium custodibus eiusdem loci, ut pauperem mortuum eo obuoluerent & efferrent. Et mox: precor ut iubeas in Ecclesia Christi, istiusmodi vela, qua contra religionem nostram veniunt, non appendi. Decet enim honestatem tuam hanc magis habere sollicitudinem, ut scrupulositatem tollat, qua indigna est Ecclesia Christi & populis qui tibi crediti sunt.

Epiphanius in  
pore nullus aut  
rarissimus in  
templis imagi-  
num vis.

Ex hoc Epiphanius factum constare satis arbitror, eius adhuc seculo aut nullas, aut rarissimas in Ecclesijs Sanctorum imagines fuisse, adeoque morem illum tum demum incipisse: & quae fuerunt, non ad cultum, sed propter historicum usum, commones actionis gratia, collocatae in templis fuerunt, & tamen a Doctoribus eorum temporum damnatae sunt. Sanderus quidem, probare volens, diu ante Epiphanium imagines in templa receptas fuisse, primo ad Constantinum M. confugit, qui eas in Ecclesijs collocavit: sed hoc falsum esse ex superioribus patere arbitror. Deinde Epiphанию longè antiquiorem facit Gregorium Nyssenum, qui imaginum & picturarum in templis meminit. Quod itidem falsum est. Socrates enim lib. 4. cap. 26. testatur, obiisse Gregorium Nyssenum posteriorem Basilio, ut qui Hexaemeron Basilij tanquam imperfectam, post fratris obitum, absoluerit. Obiit autem Basilius M. ut ex Amphilocho Vincentius indicavit, anno sexto Valentiniani, qui est Christi annus 387. Ipsemet quoque Epiphanius in Ancorato indicat, quod librum illum scripserit anno Valentiniani & Valentis decimo, Gratiani sexto, quo tempore quoque Epiphanius & Hieronymus floruerunt. Fuerunt ergo, cum 200. 0. eorumque tempore imagines in templis collocatae sunt primo, sed ab Epiphанию, tanquam saniore, reiectae, à Gregorio autem approbatae. Quod locum Gregorij M. atinet, ubi dicit, vetustatem admisisse, ut Sanctorum historia in locis venerabilibusingerentur: Respondet, Epiphanium trecentis fere annis Gregorium antecessisse: Concedo igitur, vetustate, qua ratione à Pontificijs accipitur, hoc admisisse: ipsis enim non solum vetustum, sed vetustissimum & antiquissimum semper est, quod ante ducentos, quadringentos aut quingentos ad summum annos institutum & approbatum est. Quod verò Sanderus inde concludit, veram vetustatem hoc admisisse, falsum est: neque enim Gregorius ipse alicubi hoc affirmavit, multoque minus id Sanderus probare poterit.

Defensio Epiphanius Epistolae ad Ioannem Hierosolymitanum  
Episcopum, de imaginibus in templis Christianorum non habendis, contra Sanderi calumnias, Rod. Hospiniani.

Epiphanius e-  
pistola contra  
Imagines reij-  
citur à Sande-  
ro.

Ampergerem referre quae alij horum temporum Patres orthodoxi contra imaginum usum in templis scripserunt, nisi perculantissimus Sanderi calamus, me paululum ab incepto auocaret. Is enim lib. 2. de Honoraria imaginum adoratione cap. 4. non erubescit, scribere, partem illam ultimam eius epistolae quam Epiphanius ad Ioannem Hierosolymitanum Episcopum scripsit contra Imagines in templis, Epiphanius non esse, sed à quodam iconomacho confictam & assutam. Quis verò ante illum unquam de veritate huius epistolae dubitavit? Oportet igitur hominem esse mirè impudentem atque audacem. Verum quemadmodum de Academicis recentioribus referunt, quod etiam principia negarint, omnia incerta esse pronuntiarint, & novae Evolas quoque in Geometricis varijs sopsismatum praestigijs labefactare conati sint: sic Pontificij etiam solent cuncta quae sibi suisque portentosis opinionibus & sopsismatis aduersantur negare, eludere, exhibilare, praetervire & dissimulare. Negant Apostolos Christianorum imagines, sed tantum Ethnicorum idola damnasse. Negant in secundo Decalogi praecipio Deum quamcunque imaginum adorationem prohibere. Sunt tamen alij qui concedunt prohiberi quidem, sed & ipsi negant se docere adorandas Imagines prototypi adoratione: id verò Scholasticis manifestissime docent. Imò ex ipso Decalogo secundum praecipium totum eradere & expungere non sunt veriti, quòd in eo imagines earumque cultus damnatur. Negant etiam in Carthaginensi Concilio tertio cautum, Canonicas solum scripturas in ecclesia legendas: quod tamen clarissime Canone vigesimo quarto praecipitur, etique stipulatur caput trigessimum octavum. Hipponensis Synodi. Negant in eodem Concilio prohibitum, ne quis primus seu primae sedis Episcopus nominetur Princeps Sacerdotum, aut summus Sacerdos:

cum tamen can. 36. id clarè exprimat, & Gratianus distinctione 99. idem etiam de Romano Episcopo esset, inquit: Vniuersalis autem nec ipse Romanus Pontifex appelletur: cum illud totum Concilium huc ferè spectet, vt omnes meatus et aditus ad summum Pontificatum Romano Episcopo interseruantur: cum can. 17. iniungatur, vt vnaquæque Eparchia propter longinquitatem proprium primatum habeat, vt domi quires & personas intus & in cute norunt, iudicent & desinant, foris autem vbi & testes absunt, & omnia sunt ab omnium cognitione remota & disincta, non decidantur: cum can. 23. dicatur, Episcopis mare non traiciendum, nisi ex decreto primæ sedis Episcopi in vnaquaque prouincia. Similiter negat Hildebrandum, aliàs Gregorium 7. Rom. Pontificem fuisse Necromanticum: quod tamen affirmat Benno Cardinalis & Abbas Urspergensis. Negant Henrico Imperatori intoxicatam hostiam à monacho traditam: quod tamen affirmant idem Urspergensis, Baptista Egnatius, Supplementum Chronicorum, Rauisius Textor, Carion, Auentinus. Negant Liberium Papam Arianismo infectum: ait Hieronymus. Negant Zosimum Papam Nicæni. Concilij canones adulterasse & corrupisse: ait Concilium Aphricanum. Negant Dominam Ioannam Papam 8. vnaquam Romæ, tanquam Seniramim, habitu virili, potificatui summo præfuisse: id vbi affirmat Marianus Scotus, Martinus Polonus, Sabellicus, Leonicus, Chalcondyla, Platina, Antoninus Episcopus Florentinus, Volateranus, Nauclerus, Constantinus Pbrigio & alij pontificij authores. Negant vnaquam decreuisse Canonistas, Clericum propter simplicem fornicationem non esse deponendum: ait Panormitanus, scriptum quoque est in textu & in margine. Negant Ioannem 22. Papam de animarum immortalitate perperam sensisse: ait Schola Parisiensis, ait eius Cancellarius Gerson, aiunt patres Constantiensis Concilij.

Quæ cum ita sint, non magnopere mirandum, si neget quoque Sanderus hanc epistola ad Ioannem Hierosolymitanum Episcopum appendicem, de non ferendis imaginibus in Christianorum templis, Epiphaniij non esse,

Obserua autem hominis istius plusquam vulpinam astutiam. Epiphanium non reprehendit nec falsi arguit, quod procul dubio in animo & corde fecit: scit enim in magna semper eum, ob doctrinæ & sanctitatis singularis opinionem, existimatione in Ecclesia fuisse: fingit igitur Censuram illam in calce epistolæ à quodam heretico adiectam, vt sub hoc prætextu maiore cum licentia eam arrodere ausit. Sed age audiamus quibus seu quantis (vt ipse loquitur) argumentis hoc prober: multa enim hic simul dicenda occurrent, quæ ad præsentè tractationem de Imaginibus pertinebunt.

Scriptum extat (inquit Sanderus) sub Epiphaniij nomine, quòd contra scripturarum auctoritatem sit, in Ecclesia Christi hominis pendere imagi. Hoc verò (ait) tam falsò, tã inepte, tã contra Epiphaniij morè & consuetudinè dictum esse affirmo, vt ab eo dictum esse putari non debeat. Primum enim, vbi legitur in scripturis, vt hominis imago non pendeat in Ecclesia Christi? Nescit ergò, aut saltem se nescire simulat Sanderus, quid Deus præceperit in secundo præcepto Decalogi, inquit: Non facies tibi sculptile, neque similitudinem illam eorum, quæ in celo sunt sursum, vel in terra deorsum, vel in aquis quæ sub terra sunt, &c. Verum contendit Sanderus lib. 1. cap. 7. in hoc mandato, solam Dei similitudinem ne fiat prohiberi. Dominicus quoque Afozæ inter recentiores Papiſtas in epistolam ad Romanos 1. cap. scripsit, illo Dei præcepto non interdici Christianis imagines facere, humanam formam referentes: cum ibi tantum reptilium, volucrum & piscium lex meminerit. Cum tamen disertis verbis prohibeatur, ne faciamus sculptile, vel similitudinem aliquam eorũ quæ in terris sunt deorsum. Sunt autem in terris non solum reptilia & quadrupedia, sed & homines: eorum igitur imagines ad cultum prostituendas non vult quoque fieri Deus, quod Moses clarissimè exprimit Deuter. 4. vbi præcipit, ne imagines aut masculinas, aut femininas faciant. In Psalmo quoque habetur, Os habent, & non loquuntur, &c. & quamuis cetera membra, quorum ibi propheta mentionem facit, possint de brutis intelligi, illud tamen quòd os habeant, & non loquuntur, peculiariter ad homines attinet, cum sermo brutis mimè datus sit: vnde Lucretius etiam ea vocauit inora. Et apud Isaiam 44. cap. faber irridetur, qui ex vna parte suc-

Argumentum  
primus Sanderi.

Refutatio.  
Lex Dei prohibet quoque  
imagines hominum.



cisa arboris, fecit simulachrum, ex altera verò ignem excitavit, eoque panem & carnes coxit. Sculptit, inquit, & mirifice laborat, ut viri similitudinem exprimat. Deinde verò quod Sanderi effugium attinet, respondeo: Si Deo vero non licet consecrare & erigere statuam, minus licebit alieno Deo, hoc est, creaturæ seu sancto mortuo quantumvis excellentissimo statuere imaginem. Animus hominis deligit sibi Deum, mox imaginatione affingit ei speciem aliquam, postremò manibus perficit; ut verè dictum sit, Mentem concipere idolum, manum verò parere. Atqui prohibuit primo præcepto Dominus, ne habeamus Deos alienos. Qui verò Deos alienos non habet aut sibi deligit, nullas certè illis affingit imagines, ideòq; nullas etiam ponit statuas. Nam nefas esse dicit Deo vero constituere imaginem: impium esse credit sibi deligere Deum alienum, ergo & Dei alieni figuram in templo Dei erigere. Hunc sensum legis istius esse Iudæi nos suo exemplo satis abunde docent, non solum enim Deo vllas vel in tabernaculo vel in templo Hierosolymit: sed nec Divus vllis, id est, sanctis mortuis, quorum tamen magnam habebant copiam, Patriarcharum nimirum, Iudicum, Sacerdotum, Regum, Prophetarum & Martyrum, imagines collocarunt: imò cum ab Antiocho, Pilato & alijs attentatum id esset, totis resisterunt viribus, & mori satius decreverunt esse, quam isto pacto legem Dei violare.

Lex Dei contra imagines Christianis quoque data.

Sed inquit alij, Lex ista de non faciendis imaginibus & simulachris Iudæis data fuit, ergo non Christianis. Nego consequentiam. Ceremoniales quidem & Iudiciale leges Christianos non obligant. Moralis autem, ad quam Decalogi præcepta referenda, cum sit æterna veraq; iustitiæ regula, idè omnium gentium, temporum & seculorum hominibus præscripta est, qui modò ad Dei voluntatem vitam suam componere volunt. Equè igitur Christianis ac Iudæis præcipitur, ne imagines vel Dei, vel hominum ad cultum religiosum instituant.

Imagines hominum in templis Christianis quoque haberi debent.

At inquit Sanderus, Non legitur, ut hominis imago non pendeat in Ecclesia Christi, ut Epiphanius dicit. Certè in veteri Testamento nihil de Christianorum Ecclesia materiali vel præcipitur, vel prohibetur. In Apostolicis etiam literis nil tale reperitur. Respondeo: In veteri Testamento quoque, non diseris etiam verbis exprimitur, ne idola, imagines & simulachra vel in tabernaculo, vel in templo habeant, non tamen sequitur, quòd illa debent vel possint ibi habere. Cum enim Deus præcipiat, ne vllæ imagines ad cultum instituantur, simul certè præcipit, ne ibi collocentur, vbi religio & cultus Dei externus præcipue tractatur & exercetur: & ita intellexerunt hanc legem Iudæi, qui in primis in templo, loco scilicet religioni peculiariter destinato, nullas prorsus ferre poterunt imagines. Deinde ostendat nobis Sanderus vel vnicuique verbum in sacris literis, quo præcipiatur, Imagines in templis Christianorum habendas esse. Certè si res tanti momenti esset, ut pontificij iudicant, aliquid saltè de ea extaret.

Argumentum 2.

Alterum argumentum contra Epiphaniij Epistolam hoc est. Cum tanta sit (inquit) inter vtrunq; Testamentum concordia, ut quod in veteri Testamento imperfectè adumbratum est, in nouo perfectè impleatur: multò verius diceretur secundum scripturarum auctoritatem esse, ut Sancti hominis imago in Ecclesia Christi pendeat. Cum enim Cherubim fuerint in arca fœderis, & in templo Iudæorum, & illæ imagines aut solum humanam formam (ut plerisque visum est) aut certè ita rerum quoque aliarum formam præ se tulerint, ut in his rebus etiam humana forma locum suum obtinuerit: multò prudentius, & ad vtriusq; Testamenti consensum accommodatus loqueretur, qui affirmaret, secundum auctoritatem scripturarum esse, ut quemadmodum in templo Solomonis, dum lex umbram tantum haberet rerum futurarum, imago fuisset: sic multò magis nunc reuelata incarnatione Christi, tam eius quàm cæterorum Martyrum imagines in Ecclesijs ponerentur.

Responsio.

Cherubim, inquit, in veteri Testamento vsurpata sunt in templo, ut quæ ab ipso Deo dictata & instituta fuerunt. Cherubim autè fuerunt imagines hominis faciem referentes, Ergo multo magis Christianis licet in suis templis quoque habere imagines hominis formam referentes. Possem hic Sanderi effugio rei. Vbi enim legitur in scripturis, ut hominis imago pendeat in Ecclesia Christi? Certè in veteri Testamento nihil de Christianorum Ecclesia seu templo materiali vel præcipitur, vel prohibetur. In Apostolicis etiam literis nihil

talē reperitur. Sed ingenuè ac syncerè agam. Et primò nego minorem. Nam quæ Cherubino-  
rum forma fuerit non disertè in sacris literis exprimitur: ipse quoque Sanderus hæseat, facies  
enim eorum testè fuerunt atque in propitiatorium obuersæ. Apud Ezechielem animalia illa  
quatuor, quorum singula quatuor facies habebant hominis, leonis, bouis & aquilæ, Cherubini  
nominantur, cap. 10. Hebræi Cherubinis quidem, sed sine ratione, tribuunt faciem hominis, seu  
pueri: & inde dictos volunt Caph similitudinis particula, nomine rabia pueri appposito. Iose-  
phus Cherubinos ait fuisse animalia volatilia, quæ talem habuerint figuram qualis à nullo ho-  
minum inspecta sit: vnde nonnulli omnem figuram, quæ in rerum natura non cernatur Che-  
rubim appellari volunt. Communi autem consensu receptum, per Cherubinos angelos signifi-  
cari, quorum aliqui facies inaspectabilis est, cum sint incorporei. Deinde in hoc Sanderi ar-  
gumento plus est in conclusione quàm in præmissis. Neque etiam sequitur, Hoc vel illud  
vsurpatum est in veteri Testamento, Ergo multo magis in nouo licet. Hæc enim ratio à Ma-  
iore conficitur, quod argumenti genus in sui missimum est, quia de ceremonijs & ritibus vete-  
rum non licet ita concludere. In præceptis moralibus firma esset ratio, sed in ceremonijs, quæ  
typi & vmbra fuerunt, non ita fas est rationari, cum omnia eius generis mandata sint per  
Christi aduentum abolita: nisi Iudaismum in Ecclesiam reuocare velimus. Respondebo quoq̃,  
ad hoc Sanderi argumentum per inuersionem:

Omnes Ceremonia veteris Testamenti, tanquam Vmbra, typi & figura per Christum  
sunt abolita.

Cherubim autem fuerunt ceremonia, adeoq̃, vmbra & figura.

Ergo in Nouo Testamento sunt abrogata.

Et inde rursus

sic argumentor ad formam Sanderiani argumenti.

Cherubim fuerunt imagines hominis faciem referentes, Sanderi teste.

Cherubim autem in nouo Testamento sunt aboliti & abrogati.

Ergo imagines hominis sunt in nouo Testamento abolita

Rectè igitur dixit Epiphanius, & verè non falsò, non ineptè, vt Sanderus calumniatur, con-  
tra Scripturarum auctoritatem esse, in Ecclesia Christi hominis pendere imaginem. Multò  
quoque prudentius, quàm Sanderus, loquuntur hodiè, qui affirmant, secundum auctoritatem  
Scripturarum esse, vt quemadmodum in templo Solomonis, dum lex vmbra tantum haberet  
rerum futurarum, Cherubim, id est, vt Sanderus vult, imago hominis fuit: sic nunc reuelato  
Christo, tam eius, quàm cæterorum Martyrum imagines ex Ecclesijs eiciantur, ne Christi  
Ecclesia adhuc vmbra, figuris & typis, quales reuera sunt omnes imagines, vti videatur.  
Longè etiam ad vtriusque Testamenti consensum accommodari loquuntur, qui dicunt,  
Quoniam Cherubim alis Propitiatorium operuerint, velum obtexerit, locus ipse procul re-  
conditus, satùs per se occultuerit, insanire eos, qui illorum exemplo, simulachra Dei & sancto-  
rum, defendere moliantur. Quid enim indicabant imaguncula illa? nisi imagines representan-  
dòs Dei mysterijs non esse idoneas? quando in hoc formatae erant, nõ vt in omnium conspectu  
ad cultum & adorationem statuerentur, sed vt alis obuelantes Propitiatorium, oculi humani  
temeritatem à Dei contemplatione coererent. Vnde etiam Prophetæ Seraphim sibi in visi-  
one ostensos, velata facie, velatisque pedibus nobis pingunt.

Tertium argumentum tale est: Si aliquæ imagines permitti possunt, vbi potius permit-  
tuntur quàm in Ecclesijs? Imagines autem alicubi permitti possunt. Ergo multo magis in  
Ecclesia. In hoc Syllogismo conuexum Maioris falsum est. Habet quidem imagines extra  
templa & cultum religiosum aliquem vsus, politicum nimirum seu civilem, ad rerum memo-  
riam conseruandam, ad ornandas ædes, præsertim optimatum & regum, & ad aliquam ho-  
nestam voluptatem, qua nonnunquam homines sese & oblectent & recreent: hunc vsus non  
damnamus, neque cum ijs facimus, qui volunt Deum secundo Decalogi præcepto omnes in-  
vniuersum imagines & statuas, tam politicas quàm religiosas prohibuisse. Verùm hinc non  
sequitur, multo magis habendas in templis. Habuerunt in primitiua Ecclesia, & Constantini  
Magni ætate, diuque post, imagines extra non infra templa, quod etiamnum hodiè licet, in

Argumentū 3.

Refutatio.



1. *Rationes cur imagines non sint in templis habende.* Ecclesijs verò nequaquam. Primum enim, res plena est periculi, & veteris Ecclesiæ exemplum docet, quo tandem homines ex earum aspectu, cum eas in templis vidissent positas, prolapsi fuerint. Qua de re quoque Augustinus in Psal. 113. elegantissime ita scribit: Quando imagines in loco sublimi ponuntur, ceu in quodam suggestu, procreatur affectus prauus in animis, quo imitatur Diabolus, ut se admisceat. Hoc euenisse ecclesiastica historia luculenter docet.
2. *Idem pater in Sermon 6. de verbis Domini in monte, Declarant, ait, quo loco & existimatione simulachrum habeant, cum illi aram ponant. Nisi enim putarent aut numen, aut diuinitatis aliquid in se habere, aram vtiq; illi non erigeret. Quibus verbis satis docet, Imagines Deos facere, quicumque eas in templis collocant, ijsq; aras extruunt. Considerandum quoque est, ea in templis Christianorum non esse habenda, quæ à religione & fide Christi homines auocant. Faceri autem oportet, plures cum Turcos, tum Iudeos hodie Christo nomen daturus, nisi simulachra Christianorum eos impedirent. Unde Paulus Riccius Iudeus doctissimus, qui Papiæ baptizatus est, expedire plurimum professus est, si imagines è templis Christianorum auerentur, hanc vnã enim ob causam plerosq; Iudeorum à Christiana religione abhorre.*
4. *Templa etiam ab initio in eum finem non sunt extructa, ut imagines in ijs collocentur, ibiq; oculos pascant fideles picturis & simulachris: sed potius ut ibi orent, verbum Dei audiant,*
5. *Sacramenta percipiant, gratias agant Deo, & eius augustissimum nomen celebrent. Sunt etiam eam ob causam in templis non collocandæ, quod ad ardentiore rerum diuinarum ac celestium consideratione mentes hominum auocant. Referunt Itatuas esse Romæ tam artificiosè elaboratas, ut plurimi qui eius artis peritissimi fuerint, multas horas consumpserint, in ijs quam diligentissime spectandis. Multo magis ergo vel mediocriter elaboratæ & exornatæ imagines profusæ plebis mentem sibi vendicabunt totam. Quæ etiam causa fuit, quod Latæcæ mentis in Curia senatoria nullam imaginem vel simulachrum poni voluerunt, quo senatores ibi essent animo præsentiore, et de rebus in medio propositis, quam attentissimè cogitarèt.*
6. *Habet & aqua suum usum, nimirum ut sitim extinguat: verum si eam Conuiuius tuus appuerit, & stultus & sordidus habeberis. Sic quoque Imagines etiam si alicubi suam habeant commoditatem, in templis nihilominus ferri non debent, ubi cum Deo longè alia & quidem meliore ratione agere possumus. Ex his omnibus intelligi posse puto, etsi Imagines locum aliquem in foro & priuatis adibus habere possint propter historicum usum, nullo tamen in loco minus collocandas quàm in templis.*

*Argumentũ 4.* Quartum argumentum, quo probare conatur Sanderus nihil minus putandũ esse, quàm Epiphaniũ id scripsisse, quod ad finem epistolæ ad Ioannem Hierosol. episcopum legiur, sunt Traditiones, quarum fuerit obseruantissimus. Quæ autem illæ traditiones, quas tam sanctè obseruarit, in hac causa fuerint, mox exponit cum dicit, Ignorare non potuit quid actum esset de statua Christi, quam à Iuliano depositam & à paganis statam Christiani recondiderunt in Ecclesia: aut quemadmodum tam in Occidentalibus quàm Orientalibus Ecclesijs imagines vbiq; pingerentur. Ridiculum me herile caput Sanderus, qui pro traditione Apostolica & consuetudine antiqua venditare conatur, quod Epiphanius primũ etate, aut certe paulò ante eam fieri cepit, & quod Epiphanius tantopere displicuit. Vis autem tibi dicam, quarum traditionum obseruator fuerit, & quas alios obseruare studiosè iusserit? Eas nimirum quæ cum verbo scripto Apostolorum non pugnant, quæ non superflue sunt, nec cultum aliquem nouum inducunt, quæq; imagines ex professo damnant. Ita enim inquit, ut etiam citant patres Synodi Constantinopolitana 7. à Constantino Copronymo anno 755. conuocate, tomo 5. At-

*Responso.* tendite vobis, ut seruetis traditiones, quas accepistis. Ne declinetis neq; ad dexteram, neque ad sinistram. Quibus mox insert hæc: Estote memores dilecti filij, ne in Ecclesijs Imagines inseratis, neq; in sanctorum Cæmeterijs eas statuatis, sed perpetuò circumferre Deum in cordibus vestris. Quin etiam neq; in domo communi tollerentur. Nox enim fas est, Christianum per oculos suspensum teneri, sed per occupationem mentis. Et lib. 3. tomo. 2. contra hæreses, in fine recitat ordine quæ ex traditione vel susceptione voluntaria promptitudinis suo tempore obseruarit Ecclesia, Imaginum autem cultus ne vno quidem verbulo meminit.

Quintum

Quintum argumentum est, quod dicit, nihil tale in scriptis Epiphaniæ extare, quod simile sit his quæ in fine huius epistolæ legantur. Si omnino, inquit, erat hoc animo, sine controversia eam hæresim in tomos suos relatam multis verbis confutasset. Atqui nec in Panario, nec in Ancorato, nec in Anacephaleoseiorum hæresim aperuit, nedum confutavit, qui putabant Sanctorum imagines in Ecclesijs constituendas esse. Aut non legit Epiphanium Sanderus, aut quæ legit in illo sceleratè dissimulat. Non reperam hic, quæ contra Encratitas scripsisse dicitur à patribus Constantinop. Synodi 7. et ab authore Catalogi testium veritatis, nimirum, Estote memores dilecti filij, ne in Ecclesias imagines inferatis, &c. sed pauca quædam huius Patris testimonia, contra adorationem & cultum Sanctorum, apprimè huc pertinentia in medium afferam. Sic ergo is scribit lib. 3. tom. 2. contra hæreses hæresi 78. Audiuimus alios ita desipere, ut in tractatione de sancta semper virgine, pro Deo hanc introducere studuerint, & adhuc studeant, & furore quodam ac amentia ducantur. Narrant enim quod quædam mulieres in Arabia, hanc vanitatem inuenerint, ut in nomen semper virginis Collyridem quandam sacrificent, & simul congregentur: & in nomen sanctæ virginis ultra modum quid tentent aggredi, nefario ac blasphemio negotio: & in nomen ipsius sacra celebrent per mulieres, quod totum impium est & nefarium, alienum à prædicatione sancti Spiritus: ut sit totum diabolicum opus, & Spiritus immundi doctrina. Impletur enim & in his hoc, Deficient quidam à sana doctrina, attendentes fabulis & doctrinis demoniorum. Erunt enim inquit mortuus cultum diuinum præstantes, quemadmodum etiam in Israel coluerunt. Et mox: siue, ait, mortua est Maria & sepulta, sine sublatâ est, siue mansit, non conuenit tamen colere Sanctos ultra decorum, sed honorare ipsorum Dominum. Cesset itaque error seductorum. Neq. enim Deus est Maria. Nemo igitur in nomine eius offerat, suam enim perdit animam. Non vult Epiphanius ut offeratur & sacrificetur Maria: non vult ut ipsa vel alius Sanctus adoretur & colatur. Non vult igitur eia. ut imagines in templis ipsis collocentur, hic enim primus est, quod antea quoque significauimus, ad cultum & adorationem Sanctorum aditus. Sed audi adhuc clariùs Epiphanium errorem hunc confutantem hæresi 79. contra Collyridianos. Vnde non est SIMVLACHRICVM, inquit, hoc studium, & diabolicus conatus? prætextu enim iustitiæ semper subiens hominum mentem diabolus, mortalem naturam, in hominum oculis deificans, STATVAS humanas, imagines præ se ferentes, per artium varietatem expressit. Et mortui quidem sunt, qui adorantur, ipsorum verò imagines, quæ nunquam vixerunt (neque enim mortuæ esse possunt, quæ nunquam vixerunt) adorandas INTRODVCVNT, adulterante mète ab vno & solo Deo: velut commune scortum ad multam multiplicis coitus absurditatem irritatum, & quod temperantiam legitimi coniugij vnius viri detriuit. Reuera sanctum erat corpus Mariæ, non tamen Deus. Reuera virgo erat ipsa virgo & honorata, sed non ad adorationem nobis data, sed ipsa adorans eum, qui ex ipsa, carne genitus est, de caelis verò ex sinibus paternis accessit. Et propterea Euangelium munit nos, dicens quod ipse Dominus dixerit, Quid mihi & tibi curæ est mulier? Quo non putarent aliqui magis eximiam esse sanctam virginem, mulierem eam appellauit, velut propheta trans quæ futura essent in terra, scitarum & hæreseon gratia: ut ne aliqui nimium admirari sanctam, in hanc HÆRESI M eiusq. deliramenta dilabantur. Est enim ludibrium tota res, & anicularum fabula, ut ita dicam, tota hæresis tractatio. Quæ verò Scriptura de hoc narrauit? Quis prophetarum præcepit hominem adorari, nedum mulierem? Eximium equidem est vas, sed mulier, & nihil à natura immutata: verum & intellectu & sensu in honore honorata, velut corpora Sanctorum, & si quid amplius ad glorificationem dixerim, sicut Helias ex matre virgo, & sic manens in perpetuum, & translatus, & mortem non conspicatus, sicut Ioannes qui super pectus Domini recubuit, quæ diligebat Iesus, sicut Thecla sancta. Et Maria adhuc honorator hac est, propter dispensationem mysterij qua digna facta est. Sed neque Helias adorandus est, etiamsi in viuis sit, neque Ioannes adorandus, quanquam per preces suas proprias dormitionem suam admirandam effecerit, imò potius ex Deo gratiam acceperit. Sed neque Thecla, neque quisquam Sanctus adoratur. Non enim dominabitur

Responsio.

De cultu Mariæ virginis.



nobis antiquus error, ut relinquamus uiuentem, & adoremus ea, quæ ab ipso facta sunt. Coluerunt enim & adorantur creaturam præter creatorem, & stulti facti sunt. Si enim angelos adorari non uult, quanto magis eam, quæ genita est ab Anna, quæ ex Ioachim donata est Anna, quæ per preces & omnem diligentiam, secundum promissionem patri ac matri data est, non tamen aliter genita est præter hominum naturam, sed sicut omnes ex semine uiri & uero mulieris. Et mox: Sit in honore Maria. Pater & filius & spiritus sanctus adoretur. Mariam nemo adoret, non dico mulierem, imò neq; uirum: Deo debetur hoc mysterium. Neque angeli cupiunt talem glorificationem. Deleantur quæ malè scripta sunt in cordè deceptorum. Tollatur ex oculis cupiditas ligni. Conuertatur rursus figmentum ad Dominum. Similia leguntur apud eundem authorem lib. 2. tom. 2. hæresi 69. contra Ariomanitas & libro 3. tom. 1. hæresi 76. contra Anomæos ferè in fine: ac in Ancorato fol. 565. Et contra Melchisedecianus, hæresi 55. lib. 2. tom. 1. inquit: Diuina scripturæ profunditas, & claritudo mentem humanæ naturæ excedens, decepit quàm plurimos. Etenim qui in Arabia Petrea, Robom & Edom appellata habitant, Mosem propter diuina signa Deum putant, ADORANTQUE IPSIUS IMAGINEM, quæ effingentes seducti sunt, non iusto ipsi causa existente, sed errore ipsi per iustum in ignorantia imaginationem inducente. In Sebastia autem quondam Samaria appellata, filiam Iephthæ deificauerunt, & in eius honorem quotannis festiuitatem celebrant. Idem quoque pater de Simone Mago hæresiarcha illo indicat hæresi 21. & in Anacephalæosi, quòd Imaginem suam, & Helene Scorti, uelut Iouis & Minerue, discipulis suis adoradam proposuerit. Inter Carpocratianorum etiam instituta hæretica: illud ceu præcipuum ferè numerat, quòd nonnulli ex ipsis habuerint Imagines per colores depictas, quidam etiam ex auro & argento, ac simili materia, quas Imagines Iesu, Petri ac Pauli effo dixerint, & Iesu quidem imagines sub Pontio Pilato esse factas, quando inter homines uersatus fuerit. Habuisse insuper restatur philosophorum quorundam imagines, Pythagoræ scilicet, Platonis, Aristotelis, & aliorum, cum quibus imagines Iesu collocarint, collocatasque adorarint: lib. 1. tom. 2. hæresi 27. & in Anacephalæosi. Undelicet cuilibet conijcere, nisi suo primum tempore, absolutis iam de hæresibus totis, Imagines in templis collocatæ essent à Christianis, quòd sine dubio illam idololatriam adhuc pluribus consutasset. Quæ cum ita sint, arbitror, secus quàm Sanderus pronunciauit, Epiphanium in Panario, Ancorato et Anacephalæosi, satis eorum hæresim aperuisse, & consutasse, qui putant Sanctorum Imagines in Ecclesijs constituendas, colendas & adorandas esse.

Sed audiamus quid Carolus Magnus libro 4. cap. 25. contra Nicenam 2. Synodum ad hoc Sanderianum argumentum responderit. In hoc, inquit, magnum se munimen adoratores seu cultores imaginum inuenisse rati sunt, eò quòd Epiphanius, qui de hæresibus scripsit, si imaginum usum & adorationem hæresim sciret, id uelut inter hæreses computasset. Huius armis nos qui solius Dei cultu & adoratione contenti sumus plectere nisi sunt, his iaculis nos cõfodere moliti sunt, his hastis nos debellare conati sunt. Quibus nos è contrario respondendum putauimus, eosque propriorum armorum instrumentis debellare disposuimus, eademque pila quæ ab illis ad nos missa sunt illis vibrantia detorquentes dirigere non grauabimur, dicentes, Si idem Epiphanius eos qui imaginum adorationem spernunt, hæreticos sciret in sua generali de hæresibus disputatione, eos inter hæreticos proculdubio computaret: non autem inter hæreticos computauit: non igitur eos hæreticos credidisse credendus est. Quòd autem idem Epiphanius non solum imaginum adorationem spreuerit, uerum etiam eas IN ECCLESIIS HABERE NOLVERIT, his indicijs declaratur. In epistola enim quæ ab illo ad Ioannem episcopum missa est, & ab Hieronymo de Græco in Latinum eloquium translata, ita habetur, Audiui quosdam murmurari contra me, &c. Viden' Sandere hunc epistolæ ad Ioannem Hierosolymic. episcopum appendicem non ab iconomacho quodam assumam, sed ab Epiphanio scriptam Carolum quoque Imp. statuisse, deq; eo nihil omninò dubitasse. Idem Imperator eodem loco clarissimè demonstrat ab Augustino usum & adorationem imaginum in templis inter hæreses numerari.

Sexto dicit, Si legatur Epiphani j epistola, mox apparere, iam finem vltimum fuisse impo- 6 Argumentū.  
situm, p. eca tionem adiectam, nec id quod postea, sequitur, vlllo modo cum eo quod præcessit co-  
herere.

Fateor rem ita se habere vt Sanderus dicit. Quòd verò hinc colligere vult, quæ sequuntur  
in ea epistola contra Imagines Sanctorum in templis Epiphani j non esse, falsum est. Equidem  
non vna res tantùm, sed plures sapè, eaq; diuersissime narratur inter alia, in epistolis præsertim.  
Et Cicero, vt obseruauimus, cum narranda habet multa, vno vel altero absoluto concludit nõ  
rarò, mox adiungit ex reliquis quodcumq; est collibitũ, etiam ex abrupto, siue cohercat cũ præ-  
cedentibus, siue non. Idè quoq; fecit Epiphanius in hac epistola. Monuerat antea siue per lute-  
ras, siue alio modo Ioan. Hierosolymorũ Episcopũ, ne Origenem Ari j & aliorum hæreticorũ  
patrem laudet, aut vlllo modo probet. Hoc molestissimè tulit Ioannes, et Epiphaniũ apud alios  
superbie et nescio de quib. criminibus grauitè accusauit. Epiphanius igitur se excusat in hac  
epistola: reddit rationè huius admonitionis, recedendo quædam dogmata Origenis, & ostendèdo  
eorum absurditates impietatesq;. Quib. absolutis ita per quanda Conclusionè Ioannè affatur:  
Cum hæc, inquit, ita se habeant, dilectissimè, custodi animã tuam, & desine circa nos murmurare,  
dicit enim Scriptura diuina, Nolite murmurare a diuicem, sicut quidam murmurauerunt,  
& à serpenticibus perierunt. Magis acquiesce veritati, et dilige diligentes te, & veritatè.  
Deus autem pacis præset nobis iuxta suam clementiam, vt conteratur Satanas sub pedibus  
Christianorum, & abijciatur omnis occasio peruersa, ne scindatur in nobis vinculum chari-  
tatis & pacis, & rectæ fidei prædicatio. Hucusq; Epiphanius. Ne verò nouam conuiciandi  
occasione arripiat Ioannes inde, quòd nuper Epiphanius in dioecesi Hierosolymitani epis-  
copi inscio illo confiderat velum pendens in templo, in quo imago cuiusdam Sancti depicta  
erat, etiam de eo purgat sese, & reddit rationem sui facti, nimirum quòd contra auctoritatem  
Scripturæ sit, Hominis imaginè pendere in Ecclesia: moneiq; illum vt deinceps præcipiat, ne  
in Ecclesia Christi istiusmodi vela, quæ cõtra religionem nostram veniant, appendantur: de-  
cere enim honestatem eius hanc magis habere sollicitudinem, vt scrupulositatem tollat, quæ  
indigna sit Ecclesia Christi, & populis qui ei crediti sint. Postremò hortatur eum, caueat Pal-  
ladium Galatam, qui Origenis hæresim doceat. Hæc sunt scilicet illa ἀσυνωνία, hoc est, cum  
præcedentibus non coherencia, ideòq; ab Epiphanio non scripta, sed ab Iconomacho quòdam  
adiecta & assuta. Hac ratione verò etiam alia quædam ab Epiphanio nõ scripta, sed ab alijs  
in eadem epistola conficta essent, vt, qui legerit eam diligenter, mox animaduertet.

Septimo loco dicit, hoc eorum in epistola hac Epiphani j non tantùm esse falso affixum, 7. Argumentũ.  
sed etiam esse affixum nondum ab hinc annis septingentis: nihil enim tale citatum reperiri in  
Nicæna Synodo 2. ab ijs, qui nihil omiserint quod contra sacras Imagines vel specie tenus  
facere visum sit. Hoc argumentum ita formari potest. Quiquid, quod contra Imagines facit,  
à Nicæna 2. synodo non est citatum, falsum est. Sed hic locus Epiphani j non est citatus. Er-  
go. Vel infans Sanderus respondere tibi posset Maiorem esse falsissimam simul & absurdissi-  
mam. Nam neq; illa citantur, quæ ex probatissimis patribus supra in medium contra ima-  
gines attulimus, neque ea quæ ex alijs mox in sequentibus referemus: at non propterea sequi-  
tur ea omnia esse falsa, vana, ficta ab alijs, & patrum illorũ scriptis ab iconomachis adiecta  
& assuta. Illud verò certissimum, quòd multa ficta legantur in ea Synodo, & quæ citata fue-  
runt: b illius Patribus, in libris orthodoxorum Patrum pluraq; non extant. Deinde licet à  
patribus Nicæna Synodi non citetur, attamè citatur à Francofurtensi Synodo à Carolo M.  
conuocata anno Christi 793. iuxta Vrspergensem, vel anno 794. iuxta Reginonem, cum Sy-  
nodus Nicæna 2. celebrata sit anno Domini 788. quinq; scilicet annis ante Francofurtensem.  
Meminit etiam eius Carolus Imp. lib. 4. cap. 25.

Quod verba Gregorij M. ad Serenum atinet, qui Sanctorum Imagines confregerat, 8. Argumentũ.  
Dic frater de quo factum Sacerdote aliquando auditum est, quod fecisti? Non magno pe-  
re moror. Primum enim fuit, quod omnibus constat, eximus superstitionum patronus.  
Deinde non compertum est quid Serenus ille Massiliensis Episcopus Gregorio respon-  
dendo.



derit: Si enim respondit, de quo mihi dubium non est, credendum omnino, quod non solum veterum probatissimorum patrum testimonia & scripta contra imagines pro se citavit, verum etiam Epiphanius auctoritate aliorumque pro sui defensione usus sit.

Ex his omnibus liquido constare arbitror, non solum appendicem illam literarum ad Iohannem Hierosolymitanum Epistolam Epiphanium scripsisse, sed etiam rationes quibus hoc impugnare conatur Sanderus friuolas nec alicuius momenti esse.

Neque, verò existimandum solum Epiphanium ita sensisse, verum idem quoque, reliqui eius temporis Doctores & senserunt & docuerunt.

Athanasius enim contra Gentes ait: ἢ τὰν εἰδ' ἄλωρ' εὐρεῖς ἐκ ἀπ' ἀγαθῶν, ἀλλὰ ἀπὸ κακίας γέγονε. τὸ δ' εἰ τὴν ἀρχὴν ἔχον κακῶν, ἐν εἰδ' ἐν ποτὶ καλὸν κρηθεῖν ὄλον ὄν φαῖλον. Idest Imaginum inuentio, non de bono, sed de malo exitit. Quod autem principium malum habet in nullare bonum iudicari potest, utpote totum malum. Et cur, dicant quæso, inquit, quo pacto per simulachra noscatur Deus? An per circumpositam materiam illius, an per indolem materiae formam? Si ob materiam, quæ iam formæ necessitas, ut non prius etiam quàm istaingerentur, per omnem profus materiam apparuit Deus, cum omnia testentur gloriam eius? Porro si superinducta effigies diuinæ cognitionis causa est, quid iam pictura, cæteraque materia opus est, ac non magis per ipsa vera animalia, quorum formæ simulachra sunt Deus cognoscitur? Nam clarius profecto Dei gloria innotesceret, si per animata rationabilia manifestaretur. Cum ergo intelligendi Dei gratia sculptis aut fingitis Imagines, rem profecto minimè dignam facitis. Idem, Quomodo non miseratione, ait, prosequendi sunt, qui creaturas adorant: quod illi qui vident, non videntibus cultum exhibent: & audientes non audientes orant precanturque? Creatura enim à creatura nunquam seruabitur.

Amphilochius Iconij Episcopus, Non nobis, ait, Sanctorum corporales vultus in tabulis coloribus effigiare curæ est, quoniam his opus non habemus, sed poliritia illorum virtutum memores esse debemus. Vbi ad Carpocratianorum errorem respicere videtur, qui illo tempore, Imagines Iesu, Pauli & aliorum, in tabulis per colores depictas habebant: id verè in usu non esse Christianis dicit Amphilochius, quod ijs non opus habeant. Similiter Gregorius Nazianzenus in verbis suis dicit: Flagitium est fidè habere in coloribus, & non in corde. Ea enim quæ in coloribus existit, facilliter eluitur: quæ verò in profundo mentis, illa mihi amara.

Ambrosius de Obitu Theodosij, Inuenit, inquit, Helena titulum, Regem adorauit non lignum vtiq, QVIA HIC GENTILIS EST ERROR ET VANITAS impiorum: Sed adorauit illum qui pependit in ligno, scriptus in titulo, &c.

Hieronymus in cap. 2. Ieremie, Homo, inquit, rationale animal, æs adorauit & lapidem: vnde possumus secundum Anagogen & hoc dicere, quod omne dogma contrarium veritati, adoret opera manuum suarum, & constituat idola in terra sua, &c. Quibus verbis pater hic sanctus satis clarè opinor docet, non solum Gentium, verum in genere omnium hominum, quicumque illi sint, doctrinam contrariam esse veritati, quæ iubeat constituere idola, simulachra & imagines in templis, atque adorare opera manuum suarum. Quod vtiq non scripsisset vir sanctus, si apud Christianos tritum fuisset eo tempore imagines in templis collocare easque adorare.

Quam etiam abominandum duxerint primitiue Ecclesie Christiani, si in altari simulachrum vel imago poneretur, quod hodie Papisit vicitissimum est, manifestum est ex Optato Mileuitano, qui Ambrosium & Hieronymum ante sestrinam Donatista, ut odium Catholicis concitarent, iactabant venturos qui interessent sacrificio, ut altaribus aptatis ante sacrificij oblationem prolatam imaginem in altari ponerent, quod qui audiebant dicebant: Qui degustat, de sacro gustat, & rectè (inquit Optatus) dictum erat, si talem famam similis veritas sequeretur, verum nihil tale visum est ex eo, quod fuerat paulò ante mentita fama, nihil viderant oculi Christiani quod horrerent, visa est puritas & ritu solito, solennis consuetudo perspecta est. lib. 2. contra Parmenianum.

Commodè etiam hic subit conera signum Crucis & Imagines Theodosij & Valentis edidit, quod

Athanasius contra imagines.

7. Synod. constantinop. tom. 5.

Amphilochius.

Gregorius Nazianzenus. Synodus 7. Constantinop. Ambrosius.

Hieronymus.

1  
imagines in altari ponere res abominanda veteribus.

Etum, quod ex libris Augustalibus multa lectionis vir, Petrus Crinitus recitat lib. 9. De honesta disciplina his verbis: Valens & Theodosius Augusti Imperatores, Praefecto praetorio scripserunt: Cum sit nobis cura diligens in rebus omnibus superni numinis religionem tueri, Si quum Saluatoris Christi nemini quidem concedimus coloribus, lapide aliae materiae fingerè, insculpere aut pingere, sed quocumque reperitur, tolli iubemus, grauisima poena eos multando, qui contrarium decretis nostris & imperio quicquam tentauerint. In quo si quis forte auctoritatem desiderat, ut Imperatorum decreta & edicta legat, quae à viris doctissimis Triboniano, Basilide, Theophilo, Dioscoro, & ceteros per Satyrà collecta sunt, imperante hoc maxime Augusto Iustiano. Haec tenet ex Crinito, Refert M. Bucernus in libro in quo probat non esse ferendas in Templis Christianorum imagines & statuas coli solitas. Et extat lex in Cod. Iust. tit. 1. l. vnica. Hanc deinde sanctionem, ut de expresso verbo & lege Dei nihil iam dicam, & confirmarunt & exerceverunt Philippicus, Leo, Constantinus Pater & Filius, Nicephorus, Scouraius, Michael, Leo, Armenius alijque Christianissimi pijsimiq. Imperatores.

Theodosij & Valentis cõta imagines edita.

Liquet igitur hinc non solum Epiphanium aliosque Ecclesiarum Doctores, sed ipsos Imperatores etiam, ante philippicum & Leonem 3. Isaurum, sollicitè cauisse, ne simulachrorum impietas quoquo modo Christianorum Ecclesias sceleraret ac pollueret: & proinde fraudem seu imposturam esse, quod Sanderus dicit, si vel maxime id scripsisset Epiphanius ad Hierosolymorum Episcopum contra Imagines sanctorum, tamen vnus hominis vocem à ceteris patribus dissentientem in re, quam tota Christi Ecclesia tam celebriter toties definitur, nihil omnino quenquam mouere debere. Nos potius iure optimo ex his quae haecenus commemorauimus ita concludere possumus, Cum patres primitiuae Ecclesiae Imagines in templis non solum Gentilium, sed & Christianorum vnanimi consensu damnarint, ideo pontificiorum clamores à doctrina veteris Ecclesiae dissentientes, in re quam vera Christi Ecclesia tam clarè, tam dilucide, tam perspicue definiuit, nihil prorsus pios & fideles homines mouere debere.

#### Imagines quando in templis multiplicatae sint.



IRCA haec verò tempora passim per vniuersum orbem seditiones, caedes, persecutiones & bella cruenta exorta sunt, ipsumque imperium Romanum Gothorum, Vandalorum, Hunnorum, Francorum, Alemannorum aliarumque ferarum ac barbararum gentium irruptionibus populationibusque tantum non fractum & destructum fuit: quod tunc nulli Imperatores eximia aliqua virtute ad tuendam imperij maiestatem praediti, sed tantum suae tranquillitati & voluptatibus dediti essent, & veros, graues constantesque verbi Dei ministros, tanquam homines inquietos, ambitiosos, rixandique & omnia turbandi cupidissimos odissent: quo factum est, ut & ministerium sacrum vilesceret, & numerus verorum pastorum magis magisque minueretur. In has igitur occasiones intentus hostis humani generis, horribiles & perniciosas tenebras, ceu nubes quasdam atras totum caelum occupantes, in Ecclesiam Christi simul induxit, per ipsos doctores & Ecclesiarum antistites maxime: quorum aliqui viribus & operibus humanis nimium tribuerunt, nimium etiam varijs idolorum cultibusque ab hominibus excogitatis frenas laxarunt, & ceremonijs ac ritibus accumulandis mirum in modum occupati fuerunt: alij palam impios & blasphemos errores amplexi sunt, & philosophicis rationibus argutijsque defenderunt: nonnulli quoque securitatem quibusuis tam superstitiosam quam palam impijs permiserunt, ita ut tanquam in nauisragio dormitantes, suae solum tranquillitati & ocio consulerent, imminencia pericula non multum curarent, haud aliter quam si ociosi tantum spectatores alienae fabulae in theatro sedidissent. Hoc rerum statu deploratissimo imagines quoque, non tantum Christi, & Apostolorum, sed aliorum etiam, sensim ceperunt in templis accumulari & augeri.

Obseruandum tamen hic quoque diligenter, quod hoc ipso adhuc tempore multis celeberrimis in Ecclesijs ne ad historicum quidem usum vlla prorsus Imagines fuerunt. Deinde etsi in aliquibus receptae, nondum tamen vbique & ab omnibus, praesertim saniore parte, adoratae fuerunt. A multis etiam horum temporum praestantissimis sanctissimisque viris, cum Imagines per se, tum earum adoratio donatae fuit. Vnde simul apparet, qua fide dignum sit, quod Niceph. li. 16. cap.



28. scribit, Xenaiam quendam circa annos Christi 500. primum euomuisse, non debere adorari Christi & Sanctorum Imagines. Chrysostomus enim homil. 57. in uerba illa Labani Gē.

Chrysostomus  
contra imagi-  
nes.

31. Quare Deos meos furatus es? excellentem, inquit, insipientiam. Tales sunt Dij tui, ut quis eos furari queat? Non erubescis dicens quare furatus es Deos meos? Vide quanta fuerit erroris grauitas. Hi qui ratione præditi colunt lapides & ligna. Et sunt hi Dij tui à Labani? &c. Quæ certè pater hic in genere de omnibus Imaginibus pronunciauit, cum Imaginum adhuc hodie ea sit conditio, ut æquè ac Labani furrari queant. Quod si uelle Imagines in Constantinopolitanis templis eius ætate fuissent, non licuisset ei hoc modo Deos alienos & Imagines irridere. Idem in eadem hom. ait: Scitis quando Gentes eratis, ad Idola muta quomodo euntes abducebamini? Et rectè dixit muta. Qui uocem inquit habetis & aures & sermonis estis participes, ad ea quæ nullum sensum habent, sicut bruta abducimini. Et quidem qui talis est, ueniam meretur? Et alibi inquit: Nos per scripta Sanctorum ritimur presentia, non sanè corporum ipsorum, sed animarum Imagines habentes. Nam quæ ab ipsis dicta sunt, animarum illorum imagines sunt. Vbi nihil mouere nos debet, quòd in ea Liturgia, quæ Chrysostomi nomine circumferitur, Imaginis Crucifixi mentio fit; Nam ibidem etià meminit Nicolai papæ, pro quo orat, his uerbis: Nicolai sanctissimi & uniuersalis Papæ longa sint tempora. Nicolaus uerò Papa eius nominis primus, secundus fuit à Ioanna Papæ femina, anno Domini 857. quingentes serè post annus, quàm Chrysostomus è uita excessisset; eadem etiam Liturgia pro imperio atque uictoria Alexij Imp. uota facit: primus autem Imperator eo nomine appellatus, anno Christi 1080. uixit, annis post Chrysostomi mortem septingentis. Nullus uerò dicit opinor, Chrysostomum nominatim pro illis hominibus orasse septingentis annis, priusquam nascerentur. Proinde qui ista confinxit primus, non suis temporibus & locis satis commodè distribuit.

Carthaginen-  
Synodus 5.

In Synodo etiam Carthaginenfi 5. cui D. Augustinus præsedidit circiter annos Christi 420. sancitur cap. 15. ut petatur ab Imperatoribus, quo omnes reliquæ simulachrorum & idololatriæ, in quibuscunq; locis, uel lucis, uel arboribus deleantur. Hoc etsi de Ethnicorum simulachris & imaginibus decretum fuerit, de Christianorum tamen statuis quoque intelligendum est, cum de similibus idem sit iudicium. Et nota diligenter, quòd non petunt ut Gentium idola ea conditione destruantur, ut eorum loco Christianorum imagines substituantur.

Augustinus.

Augustinus quoq; in psalmum 113. scribens, ita de Simulachris & idolis Gentium loquitur, ut simul quoq; de Christianorum imaginibus loqui uideatur. Apparet etiam ex eodem loco D. Augustinum in suis diæceseos templis nullas prorsus habuisse imagines quod ipse quoq; Georgius Cassander apertè fateatur in sua Consultatione sol. 151. Sic enim inquit Augustinus: Hoc uenerantur, quod ipsi ex auro argentoq; fecerunt. Sed enim & nos pleraq; instrumenta & uasa ex huiusmodi materia uel metallo habemus, in usum celebrandorum Sacramentorum: quæ ipso ministerio consecrata, sancta dicuntur, in eius honorem cui pro salute nostra seruiunt. Et sunt profecto etiam ista instrumenta uel uasa, quid aliud quàm opera manuum hominum? Non dicit, Habemus quidem & nos perinde ut Gentes in templis nostris simulachra & statuas, opera manuum hominum, uerum nostrarum imaginum longè alia quàm Ethnicorum est ratio. Sed habemus ait instrumenta & uasa ad celebranda Sacramenta, ex eadem quidem materia fabricata, quæ Gentium idola, adeoq; opera manuum hominum: Verunt autem, ait, numquid os habent, & non loquuntur? numquid oculos habent, & non uident? numquid eis supplicamus, quia per ea supplicamus Deo? Illa causa est maxima impietatis insanæ, quòd plus ualeat in affectibus miserorum similis uiuèti forma, quæ sibi efficit supplicari, quàm quòd eam manifestum est non esse uiuentem ut debeat à uiuente contemni. Vnde intelligimus simulachra in Augustini templis nulla fuisse, alioqui se facerent inexcusabilem esse. Et contra Manichæos lib. 1. de Moribus Ecclesiæ, Nolite, inquit, mihi colligere professores nominis Christiani, neque professionis suæ vim aut scientes, aut exhibentes. Nolite consecrari turbas imperitorum, qui uel in ipsa uera religione superstitiosi sunt, uel ita libidinibus dediti, ut obliuiscuntur quid promiserint Deo. Noni multos esse sepulchrorum & picturarum adoratores: noni multos

multos esse qui luxuriosissime super mortuos bibant, & epulas cadaueribus exhibentes, super sepultos seipfos sepeliant, & voracitates ebrietatesq; suas deputent religioni. Nec mirum est in tanta copia populorum, &c. Fatetur hic sanctissimus pater, esse quidem aliquos inter vere fidei professores, qui picturas habeant easq; adorent, nec non & alia flagitia designent, non tamen ex malorum Christianorū moribus vituperandam et condemnandā ecclesiam ac verā religionem à Manichæis. Vnde mox hæc subiicit: Admoneo vos vt aliquādo ecclesia catholica maledicere desinat, vituperando mores hominū, quos et ipsa cōdemnat, & quos quotidie tūquam malos filios corrigere studet. En vsum picturarū earumq; ad orationē in ecclesia Christi D. Augustinus disertis verbis inter mores & consuetudines eas numerat Christianorū, quas ecclesia Catholica ipsa condemnet, & quotidie corrigere conetur.

Idem cap. 7. de Fide & Symbolo ait, Quod sedere pater dicitur, non flexis poplitibus fieri putandum est, ne illud incidamus sacrilegium, quo execratur Apostolus eos qui commutauerunt gloriam incorruptibilis Dei, in similitudinem corruptibilis hominis. Tale enim simulachrum Deo nefas est Christiano in templo collocare, multo magis in corde nefariū est, vbi vere est templum Dei, si à terrena cupiditate atq; errore munderetur. Et cap. 13, contra Adimantum Manichæum dicit, Adimantum videri velle fauere simulachris, vt hac ratione miserrimæ ac vesanae suæ sectæ, etiam Ethnicorum conciliet benevolentiam. Quod mehercle Manichæis nequaquam exprobrasset Augustinus, si suis in templis imagines habuisset. Idem pater Non solum, inquit, pictoribus quidvis suo arbitratu pingendi licentia permissa est, sed & statuas & simulachra eadem licentia exsculpta, non templa modo, verum etiā ipsas aras occupant. Quod quanti periculi sit, ostendit ad Deo gratias; & idola quidem, ait, omni sensu carere quis dubitat? verū tamen cum his locantur sedibus, honorabili sublimitate, vt à precantibus atq; immolantibus attendatur, ipsa similitudine animatorum membrorum atq; sensuū, quamuis insensata atq; exanima, efficiunt infirmos animos vt viuere ac spirare videantur, accedere præsertim veneratione multitudinis. Et lib. 1. cap. 10. de Consensu Euangelist. de gentibus scribens, quæ Christum ad Petrum & Paulum scripsisse fingebant, Credo, inquit, quod pluribus locis simul eos cum eo pictos viderunt, sic omnino errare meruerunt, qui Christum & Apostolos eius non in sanctis codicibus, sed in pictis parietibus quaesierunt.

Cyrillus quoq; in Euangelium Ioan. lib. 1. ca. 16. Multi, ait, creaturam prætermisso creatore coluerunt, nec veriti sunt ligno dicere: pater meus es tu: et lapidi, tu genuisti me. Eo enim imperitiae, pro dolor, multi, imò serè omnes delapsi sunt, vt sensum experti materiae ineffabile Deitatis gloriam attribuerūt. Cumq; Iulianus Apostata obiecisset Christianis, quod ancylia, quæ Iupiter demississet, non adorarent nec colerent, interim verò lignū Crucis adorarent, imagines illius in fronte & ante domos pingentes (templorum non meminit) Cyrillus respondens lib. 6. non concedit aut fatetur, signum Crucis coli & adorari à Christianis, sed historicum vsusum Crucis & Imaginum eleganter describit.

Theodorus etiam Ancyræ Episcopus, qui paulo ante annum Dom. 500. vixit, Sanctiorū formas, inquit, & species ex materialibus coloribus formari minimè decorum putamus: horū autem virtutes, quæ per scripta traditæ sunt, veluti viuas quasdam imagines rescire subinde oportet. Ex his enim ad similitudinem imitationē & xelum peruenire possumus. Dicant enim nobis, qui illas erigunt statuas, quæ nam vtilitas ex illis ad se redit? an quod qualiscunq; recordatio eos habet ex tali speciali contemplatione? Sed manifestum est, quod vana sit eiusmodi cogitatio, & DIABOLICAE deceptionis inuentum. Catalogus rest. verit. fol. 51.

Serenus deniq; Masiliæ, florentissima celeberrimaq; vrbis, Episcopus, circa annos Dom. 600. Imagines, quod eas à suis adorari videret, confregit & è templis eiecit: satius esse iudicans, imagines prorsus nullas esse, quam ijs diuinum honorem exhiberi.

Ex his omnibus clarissime intelligitur Deū ipsum, s. Prophetas, Apostolos & omnes deniq; purioris doctrine Patres primitiuae Ecclesiae vltra sexcentos à Christo in carne nato anno Imaginum in templis vsusum, præcipuè verò ad orationē illarū damnassee: et proinde falsum esse quod ex sententia Tharasiq; qui ex laico repente patriarcha Constantinop. factus est, quiq;



Nicana 2. synodo interfuit, Sanderus dicit, imaginū reprehensionem in Christiana religione Manichæorum superstitionis partē fuisse. Quis enim ex veterib. siue Augustinus, qui ex professo contra Manichæos scripsit, siue alius hoc in ijs reprehēdit: quod Imagines damnarent? Adeoq; puridissimū etiam mendaciū est, quod idē dicit iconomachia Manichæorū heresi accēptam ferri debere Dei verbū & patres primitiua Ecclesiæ damnant Imagines: id si Manichæorum heresis est, Manichæus erit Deus ipse, Manichæi fuerint necesse est S. Apostoli, Origenes, Lactātius, Epiphanius, Augustin. Cui illis et alij. Ex præcedentib. quoq; perspicui possunt arbitrari, falsum esse, quod dicitur, Xenaiā Persā heresim esse, docere, Christi, & eorū qui illi placere, imagines venerādas nō esse: hoc enim Xenaiam illū primū omnium enomuisse Nicephorus scribit li. 16. cap. 27. Fieri tamē potest ut iniuriā homini faciant. Quid enim, si Catholicorum nostrorū primus enomisset, nō esse adorandas imagines ea adoratione tantū quæ soli Deo debetur? Ita enim Sanderus interpretatur nouo quodā modo illa Gregorij M. verba, quæ ad Masiliensium episcopū scripsit, Quod eas adorari veruisti, omnino laudamus et. quasi nō nisi eam adorationē quæ Dei, non aut quæ sanctorū rerū propria sit, Gregorius prohibendam intellexerit. Eant ergo & eodē modo Xenaiā heretici verba interpretentur, et in suū gregē eum recipiant, nō nobis annumerent. Ex his etiā quæ hucusq; commemorauimus facile animaduerti potest, fabulā esse, quod de origine iconomachia in fine Act. 5. Nicænā 2. Synodi dicitur, ut etiam à Zonara annotatur, perfidum quendam Iudæum persuasisse cuidam Arabam Tyranno, & postea etiam Leonis Isauro, ut imagines è Christianorum templis eijcerent.

#### Vsus Imaginum in templis à quo primū palam defensus.

**T**ertium factum Sereni pijsissimi Episcopi grauius admodū Gregor. 1. & cognomento M. qui iisdem temporibus Episcopū Romæ agebat, & propterea acriter illū reprehēdit epist. 9. lib. 9. ubi ita scribit: Perlatū ad nos fuerat, quod inconsiderato zelo successus, Sanctorū Imagines sub hac quasi excusatione, ne adorari debuissent, congregeris. Et quidem quia eas adorari ueruisses, omnino laudauimus: fregisse uerō reprehendimus, etc. Adeoq; Gregorius hic primus est, qui usum in templis Imaginū palam propugnauit: apud patres enim orthodoxos qui ante ipsum fuerunt, nihil simile reperitur. Neq; uerō mirum: fuit enim Superstitio, tanquam Monachus, egregius patronus, ac Ceremonijs et ritibus plus quam Iudaicis Ecclesiam Christi ueramq; religionem mirum in modum onerauit.

Gregorius M. quibus rationibus imagines in templis defendit.

Observatione uerō dignum est, quo argumento Imaginū usum in templis defendit, quod nimirum essent LIBRI LAICORVM. Nā in eadē epistola, Aliud est, inquit, picturā adorare: aliud per picturā historiam quid sit adorandū addiscere. Nam quod legentibus scriptura, hoc idiotis præstat pictura cernentibus: quia in ipsa etiā ignorantēs uident, quod sequi debeant, in ipsa legūt qui literas nesciunt: unde & præcipue genitibus, pro lectione pictura est. Itē, Frangi uerō non debuit, quod nō ad adorandū in ecclesijs, sed ad instruendas solummodo mētes fuit nescientium collocatū. Et quia in locis uenerabilibus sanctorū depingi historias non sine ratione uetustas admisit, si zelū discretionē condijsses sine dubio & ea quæ intendebas salubriter obtinere & collectum gregē non dispergere, sed potius dispersum poteras cōgregare. Et: Quia picturas imaginum quæ ad edificationē imperiti populi fuerant factæ, ut nescientes literas ipsam historiam attendentes, discerent quid actū sit: quia trāsiisse in adorationē uideras, iccirco cōmotus es, ut eas imagines frangi præciperes. Atqui eis dicendū: Si hanc instructionem ad quā imagines antiquitus factæ sunt, habere uultis in ecclesia, eas modis omnib. & fieri & habere permitte. Atq; indica, quod non tibi ipsa uisio historię (quæ pictura teste pandebatur) displicuerit: sed illa adoratio, quæ picturis fuerat incōpetenter exhibitæ. Ac lib. 7. in dict. 2. epist. 53. Dum nobis, ait, ipsa pictura quasi scriptura ad memoriā filium Dei reducit, animū nostrū aut de resurrectione lætificat, aut de passione demulcet. Ex quibus haud obscure intelligi simul potest, quamuis Gregorij ætate superstitio in cultu sanctorum non parū inualuerat, tamē picturas tantū in multis Ecclesijs illo adhuc tempore admissas fuisse, non itē statuas uel simulachra: quæ de re ipse quoq; Georgius Cassander in sua Consultatione fol. 151. nos admoneat.

Ceterum eodem furo quo Gregorius Ethnici quoque suarum imaginum usum defende-  
runt, à quibus procul dubio Gregorius superiora illa, ut & alia quaedam, habet. Sic enim de I-  
maginibus & Signis scribit Maximus Tyrius philosophus, qui sub Commodò Imp. Roma  
egit, instituta scilicet hæc esse, ut admoneamur diuinæ naturæ: perinde ac pueri soleant tenui-  
bus quibusdam notis à præceptoribus expressis, constituta memoria ad edificandam artem  
manu quo dammodo perducere. Vili sunt enim legumlatores, inquit, quasi cuidam gregi puero-  
rum dicationes has sacras tradidisse, &c. Clarè verò admodum hoc intelligitur ex Athana-  
sio, qui in libro contra Gentes, Philosophi, inquit, Gentium, & qui apud eos eruditi dicuntur,  
cum vrgeri à nobis cæperint, non negant hominum & mutuoꝝ animalium formas atque  
effigies esse, qui apud eos videntur Dijs: verum hanc asserunt rationem, iccirco se illas imagi-  
nes fingere, ut per eas sibi Deus respondeat & reueletur: non posse enim inuisibilem aliter nos  
se, quam per huiusmodi signa & τειλετα. Alij sapientiora his & altiora se dicere arbitran-  
tes, autunt, ideo hæc fingi atque formari, ut per ea cælestes inuocentur & appareant angeli at-  
que virtutes, sicut, apparentes veram illis Dei insinuent notionem. Esse enim ea hominibus  
veluti literas, quæ relegentes possint per eam, quæ ex illis insinuatür celestium spirituum re-  
uelationem & Dei intelligentiam consequi. Nonne vides Gentes eodem argumento, quo  
Gregorius M. imaginum usum in templis propugnasse? Quid verò adhuc Athanasius, Ca-  
tholice ecclesie Oculus vulgò dictus? Num probat? num laudat? Minimè verò. Sed ait,  
per quam fabulose, & non rationabiliter hæc dicere Gentes: Imò subiungit mox, Gentes hæc  
in re maximam impietatem in perniciem suam operari. Non repetam hic Athanasij ratio-  
nes, quibus hoc probat, euidentissimas, sed alias ipse in medium asseram. Cum enim Ieremias  
cap. 10. lignum esse doctrinam vanitatis pronunciet: & Habacuc constat esse demonstra-  
tionem seu doctrinam mendacij cap. 2. doceat: certè hinc generalis doctrina colligi potest, iusti-  
le nimirum, adeoq; mendax esse quicquid de Deo ex imaginibus homines didicerint. Si quis obij-  
ciat, eos hic à prophetis damnari, qui idolis ad impiam superstitionem abutebantur, non abnuo,  
non nego: modo ipse vicissim mihi concedat, quod omnibus conspicuè est, in totum hic damna-  
ri à prophetis, quod Pontificij pro certissimo axioma sumunt, imagines videlicet esse pro li-  
bris. Mendaces libros esse non nego: pollicentur enim Dei formam, quæ tamè nulla imagine ex-  
primi, quid dico imagine exprimi? imò nec ratione humana cõprehendi, nec lingua exponi po-  
test. Vnde propheta Isaias ca. 40. cum inmensam Dei potentiam descripsisset, tandem exclam-  
at: Cui ergo simile facietis Deum? aut quodnã simulachrum parabitur ei? Equidem pudet me  
quoties cogito ethnicos homines à Christiani nominis hominibus superstitione & audacia lã-  
gè superari. Illi enim cum Dijs suis imagines ponerent, saltem aliqua maiestate venerabiles  
fingebant. Nostri verò illi, cum verum Deum, supremum illud numen, immensam illam essentiã  
exprimere volunt, patri senecionis cuiusdam imaginem tribuunt, filium saucij ac mortui in-  
star in patris gremio collocant, spiritum verò sanctum volucrem faciunt: qua ratione nostrã  
religionem Turcis & Iudeis deridendam propinant. Damnauit huiusmodi quid iam olim  
etiam S. Augustinus, qui, ut antea quoq; meminimus, cap. 7. de fide & simbolo, ait: Quod pa-  
ter sedere dicitur, non putandũ est flexis poplitibus fieri: tale enim simulachrum Deo nefas  
est, Christiano in templo collocare. Non dicit, quòd suo tempore collocata sit talis imago in te-  
mple Christianorum, sed si fieret nefas & impium, adeoq; nequaquam ferendum esse. Quid igitur  
dicturum putas sanctissimum virum, si hodiè in templis Christianorum videret imaginem Dei  
non poplitibus flexis, sed ita ut modo descripsimus? Proinde non solum horribiliter peccant,  
sed etiã miserè deluduntur omnes, qui Dei cognitionem ab imaginibus petunt. Quòd si verò ho-  
minum imagines in templis proponuntur, in has quoq; illa prophetarũ conveniunt qui eas do-  
ctrinam vanitatis, & mendacij doctores dicunt. Homo etenim ex corpore & anima constat:  
hæc verò depingi aut sculpi nequaquam potest: illud autem minimè prodest, licet ad vitiũ ex-  
primas. Imò vel hoc ipso nomine potissimum mendacij Doctores dici merentur Sanctorũ ima-  
gines, quòd sanctos eo ingenio præditos fingunt qui contra Dei præceptum sibi simulachrum poni  
vulnerunt, cum tamen satis constet, ipsos mori maluisse, quàm ut Dei præceptis & gloria qui-  
quam decederet.

Imagines an li-  
bri Latcorum.



Deinde quero illos, qui hodie quoque usum hanc docendi rationem per imagines cum Gregorio defendunt, unde illam habeant? Verbum suum nobis dedit Dominus ex eo communem omnibus doctrinam proponi iussit, in eo continentur omnia quae ad salutem sunt necessaria: in eo (inquit Basilius) & rerum argumenta inveniuntur, & vite beatorum virorum praescriptae, velut imagines quaedam animatae. secundum Deum politica imitacione operum exhibentur. Praeterea si hic modus docendi per imagines est optimus hominibusque utilissimus, infelix fuerit populus Iudaicus necesse est, qui nullas prorsus imagines habuit: praesertim cum fuerit populus rudis, puerili ac seruli spiritu praeditus, adeoque magis, quam veli alij, crassa hac docendi ratione egerit. An Deus illis invidet hanc commoditatem? an verò nos Deo sapientiores sumus? Insuper, si erudiunt imagines, vel absque interprete erudiunt, vel opus habent interprete. Absque interprete praeter mutae sunt. Quid verò idolum mutuum & omni motu sensuque carens et eruditum? Sin autem verbis docendum est, potest id fieri commodius sine pictura. Ideoque recte Erasmus in Ecclesiaste fuisse hos concionatores, ut ineptos; reprehendit, qui pictas tabulas secum in pulpitu adferunt, ut ex ijs populum doceant. Denique sacrae literae imaginibus non doctrinam, sed oblivionem Dei attribuunt. Quoties Israeliticae imagines fecerunt et coluerunt, Dei sui obliti esse dicuntur. Iud. 3. Os. 2. & 8. cap. Ex his omnibus haud obscure intelligi posse arbitror, ineptè Gregorium M. hoc suo imaginum usum in templis defendere voluisse, quòd libri laicorum sint.

Ante imaginem qui representatur adorandus iuxta Gregorium M.

Neque verò in hoc solum erravit Gregorius, sed etiam in eo, quòd primus docuit, ante imagines illum adorandum qui imagine representatur. Ita enim scribit ad Secundinum lib. 7. in dicit. 2. epistola 53. Scio quòd imaginem Salvatoris nostri non idèo petis, ut quasi Deum colas, sed ob recordationem filij Dei in eius amore recalcas, cuius te imaginem videre confideras. Et nos quidem non quasi ante diuinitatem, ante illam prosternimur: sed illum adoramus, què per imaginem aut natum aut passum, sed & in throno sedentem recordamur. Et dum nobis ipsa pictura quasi scriptura ad memoriam filium Dei reducit, animum nostrum aut de resurrectione laetificat, aut de passione demulcet.

#### Qua occasione Imagines Gregorij Magni tempore in Ecclesijs multiplicari, ac mox adorari ceperint.

Gregorius M. promouit duos in aximos errores.

**P**romouit Gregorius M. hac sua doctrina duos maximos & grauissimos errores. Primus est, quòd imagines in templis magis quam unquam antea collocari, ac multiplicari ceperunt. Eius enim doctrina & auctoritate, quae sanè non vulgaris fuit, permoti occidentales Ecclesiae, Italicae in primis ac Gallicae, Imaginum usum, quo pleraque hucusque caruerunt, receperunt, non expedientes Gregorij sententiam, sed satis esse putantes, quòd ut tante sanctitatis consuevit habendas esse imagines in templis. Qua res in causa fuit, ut ita tum Gregorij aetate imaginibus nimiam tribui, & seminariae securae superstitionis sargi ceperint. Nox enim Bonifacius 4. à Gregorio hoc Papa tertius, Pantheon Romae hactenus oclusum, còcessu Phocae Imperatoris aperuit, & pro Dijs Ethnicis, Mariam sanctissimam Christi matrem, & omnes Sanctos ac Martyres, Ethnicis prorsus more ibi imaginibus ac statuis col instituit, ut referunt Sigebertus, Regino & Platina. Factum hoc anno 610. quo Machomet Damasci in regem Aegypti, Syriae & Aethiopiae coronatur. Nec etiam carere mysterio videtur, quòd Bonifacius hic Pantheon, omnium Deorum gentilium sanum, in D. Mariae & omnium Sanctorum honore repurgari curauit. Debebat enim Antichristus, vero Deo reiecto, Deum alienum Maosim colere, et omnis generis idolomanias accumulare, ac logè lateque disseminare, ad seducendum Gentes. De Sergio quoque, 1. papa refertur in lib. pontificali quòd imaginem Petri auream fecerit. Itè, quòd in sacroario magnam portionem ligni Dominicae Crucis repperit, eamque in basilica Constantiana collocari. Regino li. 1. Sed fides penes auctoritatem esto. Neque verò solum Christi, Apostolorum & Martyrum imagines passim in ecclesias importarunt Rom. pontifices, sed etiam illo: um qui de ipsorum dignitate bene suerunt meriti. Ita enim impij Phocae & coniugis eius Leontiae, in ipso Oratorio Lateranensis ecclesiae collocarunt statuas: quod non fecissent isti parricides, nisi eis privilegium de principatu super omnes Ecclesias concessisset. Blondus lib. 9. Dec. 1.

Cumque ab initio Crucis signum, quo sese munierunt Christiani nihil subsistens fuerit, postea vero lignum transuersum factum, & in ecclesijs reconditum, pluribus etiam in locis in Cruce Agnus dei depictus sit, ut indicat Glossa de Consecr. dict. 3. cap. Sexta sanctam, im-  
probat id Constantinopolitana Synodus 6. vniuersalis, & precipit imaginem Christi crucifixi, id est, ut canon loquitur, figura seu specie humana representantem humiliationem, passionem & mortem ipsius, deinceps loco Agnus Dei in Cruce depingi. Hoc post Gregorij M. tempora primo caput fieri, circa annos nimum Dom. 681. verba enim Canonis 82. ita habet.

In quibusdam sacrarum imaginum picturis agnus, digito præcursoris monstratus exprimitur, qui in typum gratiæ receptus est, adumbrans verum illum, per legem nobis demonstratum agnum, Christum. Veteres igitur figuras & umbras, & veritatis symbola & adumbrationes Ecclesiæ traditas retinentes, gratiam illis præponimus, & veritatem, ut legis complementum, suscipimus. Ut igitur id, quod secundum legis umbras perfectum fuerit in Christo, etiam colorum picturis seu pictorum artibus, omnium oculis subiiciatur aut præscribatur: definimus, illius agni Christi Dei nostri, qui tollit peccatum, picturam secundum humanam Characterem in imaginibus in posterum, pro veteri agno erigendam, per quam ea que ad humiliationem Dei verbi pertinent contemplamur, ad memoriam seu recordationem conuersationis eius in carne, & passionis mortis, eius salutaris, ac que in mundo facta est redemptionis quasi manu ducimur.

Fallitur ergo Polydorus Vergilius, qui scribit in hac Synodo vniuersali sexta decretum fuisse, ut Imagines Diuorum in templis haberentur, magnaque ueneratione colerentur, ut pote qua imperitioribus loco sacrarum literarum forent. Nihil enim in hoc toto Canone de cultu & adoratione imaginum agitur, sed tantum, sicut diximus, ut in posterum loco Agnus Dei Christi imago depingatur, ut hac ratione præter doctrinam signis seu picturis etiam ostendatur, figuris legis in Christo impletas esse: ideoque historicus tantum usus Crucis cum affixa imagine Christi in eo tantum probari & declarari videtur. Extat quidem in Gratiano de consecr. dict. 3. cap. Venerabiles. Canon, qui citatur nomine Synodi huius sextæ, quiq; ita sonat: Venerabiles imagines Christiani non Deos appellant, neque seruiunt eis ut Dijs, neque spem salutis ponunt in ijs, neque ab eis expectant futurum iudicium, sed ad memoriam & recordationem primitiuorum venerantur eas & adorant, sed non seruiunt eis cultu diuino. Sed falsa est inscriptio: neque enim inter Canones huius Synodi extat tale quid: habetur autem in Synodo Nicæna 2. idololatrica, Act. 6. tom. 2. Vide etiam de hoc canone iudicium Caroli M. in conuersione Synodi Nicæna 2. lib. 2. cap. 18.

Ac si rem diligenter in eum expendo, facile adduci possum, ut credam, nec Canonem illum 82. de Crucifixi imagine, Synodi sextæ vniuersalis esse, sed aliquot annis post eam fictum fuisse. Primum enim Synodus hac nullos edidit canones. Extant quidem in libro Conciliorum excusso Colonia nouem Canones que huic Synodo ascribuntur, verum ab ipsis quoque pontificijs illi reijciuntur, nec etiam in ijs continetur id quod in 82. Canone præcipitur. Post quatuor vero aut quinque annos sub Iustiano Imp. conuenientes 227. patres in Trullo regio palatio Constantinopoli, canones ediderunt 102. ut restatur quoque Episcopus Petrus ad Nicomediam Episcopum in Nicæna 2. Synodo, quæ à Papiſtis pro septima vniuersali numeratur, a Etione 4. non in Sexta vniuersali, ut Gratianus falso annotauit distinct. 16. cap. Sextam Synodum, quod etiam à Glossatore ibidem obseruatum fuit. An vero hi Canones 102. qui hodie istius Synodi nomine circumferuntur, illi ipsi sint, qui à patribus in Trullo congregatis, promulgati sunt, non immerito dubitatur. Cum enim, ut Hugo de Concilijs indicat, Imperator Canones illos Romam misisset, & à Sergio pontifice Max. postulasset confirmationem eorum, eam ille recusauit propterea, quod quidam Canones ecclesiæ Romanæ aduersarentur, imò ne legere quidem Acta dignatus est.

Qua re non iniuria offensus Imperator, Sergium Constantinopolim captiuum abducere iussit: ut est videre in lib. Pontificali in vita Sergij: apud Blondum Dec. 1. lib. 10. Bedam de Ratione temporum: Sabellicum Emme. 8. lib. 6. Paulum Diac. lib. 6. cap. 4. de gestis Longob.

Crucis signum cum affixa Christi imagine quædo primum fieri & in templis collocari ceperit.

Gratiani error

Iudicium de Canonibus 102. Constantinop. Synodi 6. vniuersalis.

Gratiani error



Sabellicus autem alijq; histori dicunt, se non potuisse reperire, quæ nam in his Canonibus istius Synodi, qui hodie quidem extant, ceremonijs Romanis contraria essent constituta. Opportet igitur ut alij quidam fuerint quos Rom. pontifex confirmare noluit, quam qui nunc vulgò circūferuntur, quosq; Adrianus papa citra vllā controuersiam recepit et approbavit, in epistola ad Tharsis Patriarcham, de consecr. dist. 3. cap. Sextā sanctā. Credibile igitur circa Nicænæ 2. tēpora hos canones confictos, & pro veris suppositos, qui si extarēt hodie sine dubio de multis nos admonere possent, nō enim sine causa à Romanis expuncti & reiecti sunt.

Alter error quem sua doctrina promouit Gregorius M. est, Adoratio Imaginum. Vbi singulari obseruatione dignum est, qua ratione sensim huc peruenitum sit. 1. Primò cœperunt homines ab initio, amore satis propenso erga Christum & Apostolos, aliquas illorum domi habere imagines cum vera Christi ecclesia ijs penitus vltra trecentos annos à natio Christo feliciter caruerit. 2. Deinde non contenti priuato earum vsu non quidem in templis, verum in porticibus templorum eas collocarunt. 3. Tertiò, ita secum reputarunt: Quid? Si reponerentur in templis, nonne reuocarent & hæc & illa nobis in memoriam? Absit ut adoremus eas, commones actionis saltem loco nobis erunt. 4. Quartò, ante imagines profecti, illos à dorarunt qui per Imagines representabantur. 5. Tandem ipsarum imaginum adoratio sequita est. Quæ res satis magno documento nobis esse debet, ne in religione & vero cultu Dei rationem carnis nostræ sequamur, neue existimemus illa benè fieri & Deo placere, quæ à bona animi intentione proficiscuntur, sed ea tantum quæ iuxta Dei verbum sunt, ut cunctq; videantur nobis. Nam, ut Chrysostomus inquit Orat. 1. contra Iudæos, quod sit iuxta Dei voluntatem, quamuis videatur improbum esse, tamen omnino Deo gratum est & acceptum. Contra, quod fit præter Dei voluntatem, ac secus quam ille vult fieri, quanquam existimatur acceptum Deo, tamen est omnium pessimum & iniquissimum.

Neq; verò præterendum hoc loco videtur, quòd à Gregorij Magni pontificatu inito, hoc est, ab anno Domini 591. vsq; ad annum 713, quo cultus alienorum Deorum, id est imaginum earumq; adorationis & reuerentionis fundamenta iacta sunt, non solum Antichristus Romanus in lucē edicus fuit, sed & Machometus natus, ipseq; eius successores, breui hoc tēporis spatio Arabia, Palaestina, Syria, Persia, Aegypto & Apbrica, potui sunt. Quin etiam traiecerunt in Hispaniam ex Apbrica: quam cum decē annos tenuissent, in Galliam vsq; ad Turonum trecenta & septuaginta millia Saracenorum infusi sunt, suæq; religionis blasphemias horrendas, simul cum imaginum cultu, ipsi quoq; longè lateq; sic Christianorum idololatRIA alijsq; peccatis merentibus, sparserunt & propagarunt.

#### Certamina de Imaginum cultu & adoratione.

Ex adoratione Imaginum quæ certamina orta **A**doratio Imaginum earumq; cultus, qui mox post Gregorium M. cepit, peperit inter Orientales & Occidentales primū deinde inter ipsos quoq; Occidentales, non tantum dissensiones, sed & horribilia ac tantum non cruenta certamina: quamuis Orientales primò Optima causæ, iungebant pessimam, Monothelitarum nimirum erroris defensionem.

Insultat hic nobis Sanderus, quòd eiusmodi causæ nostræ suffragatores & patronos habeamus. Inquit enim sol. 93. valdè notandum contentionem illam de sacris imaginibus, quæ diu postea vexavit Ecclesiam, non nisi ab heretico, hoc est à Monothelita esse motam. Id verò falsissimum est. Neq; enim nunc primū imagines sunt damnatæ & ex Ecclesijs Christianorum eiectæ à Philippico Imperatore eiusq; successoribus, sed idem ante illos fecerunt multis pietate & sanctitate præstantissimi viri, qui non tantum viuæ voce & scriptis, sed etiam factis imagines improbarunt, & ex templis amouerunt, quemadmodum ex præcedentibus clarissime intelligi posse arbitror. Deinde ex particulari seu vnico aliquo errore, non vniuersale quid est colligendum. Fateor Philippicum fuisse Monothelitam, & in eo grauiter errasse: at non sequitur, Ergo in omnibus reliquis suis actionibus errauit. Iustinus, Irenæus & Lactantius Chiliastarum errore impliciti fuerunt, & senserunt corporale aliquod regnum mille annis in terris, tanquam in campis Elysijs futurum, antequam in regnū cælestē traduceretur fidelis

fideles: ut omittam quòd de Lactantio referunt, eum nec personam; nec officium filij Dei unquam satis rectè intellexisse. Tertullianus Montani insanam prophetiam amplexus est. Origenes ita interdum à vero aberrauit, ut Hieronymus eius scripta & dogmata in aliquibus venenata appelleret, & aliena à scripturis, imò sacræ scripturæ vim facientia. Cyprianus non aliter quàm per baptismum ab hæreticis redeuntes recipiendos & admittendos censuit. At quis propterea quæ illi rectè de summis fidei articulis docuerunt & scripserunt, tanquam hæretica, falsa & erronea damnanda censeat? Aut quia caput ecclesiæ Catholicæ, nimirum Liberius Pontifex Rom. Arianam hæresim professus est, iccirco Ecclesiam Romanam in omnibus fidei articulis errasse concedet Sanderus? Licet igitur Philippicus Monothelita fuerit, attamen quòd imagines destruxit in templis, earumq; adorationem improbavit, in eo Dei præceptum exequutus est, ideoq; rectè & piè egit. Quibus adde, quòd non solus Philippicus, sed circiter duodecim Imperatores aliq; à Philippico, quorū pleriq; fuere catholici ac rectè sentientes, continuata serie, per annos serè 160. ex professo imaginum cultui & adorationi, sub ipsorum regimine pullulanti & exrescensenti demum, summis viribus restiterunt. Ut nihil dicam de sanctissimo Rege Exechia, qui serpentem æncum comminuit: deq; excellentissimo propheta Mose, qui aureum vitulum confregit.

Ac si verum esset maximè quod Sanderus dicit, Philippicum primò controuersiam de imaginibus delendis mouisse, haud obscurè inde colligi posset, eius antecessores usum in templis, cultum & venerationem imaginum approbasse. Heraclius autem antecessor Philippici & ipse Monothelita fuit, imò errorem illum primus ex Imperatoribus defendit: neque solum hoc fecit, verum etiam post mortem Fabie Eudoxie, fratris filiam Martinam duxit, ex quo incestu Heraclionas ei natus est. Constans filius Constantini iunioris, nepos Heraclij, domi fratrem Theodosium interfecit, & saeuens ipse quoque Monothelitis, pios aliquos taxantes errorem, necauit. Ipsius mandato Theodorus Callicopa Exarchus fraude cepit Martinum Rom. Pontificem, vinculumq; Constantinopolim misit, quem Constans in Thraciam Chersonesum inclusit, ubi Martinus fame & squalore carceris aliquanto post extinctus fuit: Romam etiam ita spoliavit, ut nullus unquam barbarorum sceleris. An non etiam mihi clamare licebit, Hic habetis iconolatricæ patronos, sanè præclaros, pios & honestos viros, à dignos iconolatrarum principes. Viderint, viderint inquam pontificij, malintne verbum Dei sacrosanctum, an decreta & commenta hominum sequi. Hæc inquam & similia iure optimo dicere nobis liceret, si Philippicus primus imaginum in templis usum & venerationem damnasset: quod tamen verum non est, nihil enim proferent ex veris approbatishq; historijs, quo probent ante Philippicum Imperatores idololatriam defendisse.

Cæterum, ut intelligatur rectius quo pacto singula gesta sint, integrum Bellihuius sacri (des Hohenfriege) historiam ordine persequar.

Dolebat vehementer Orientalibus errorem suum de vna voluntate in Christo damnatum ab vniuersali Concilio Constantinop. Ideo Ioannes Monachus & rates, Philippico predicens imperium, iureiurando eum deuinxerat, ut Sextam hanc Synodum, quam malè factam esse asserbat, abrogaret. Eius promissi memor Philippicus, cum ad imperiū venisset, Synodum cogit ex Episcopis plurimis anno Domini 713. Patres autem huius Synodi, iuxta Imperatoris voluntatem, Sextam illam Synodum vniuersalem, in qua duæ voluntates & operationes in Christo contra Monothelitas assertæ fuerant, damnant, & Cyrum patriarcham ab officio remouent, & Ioannem monachum istum ordinant. Imperator decretorum executores strenuum se præbet: ac scribit ad Rom. Pontificem Constantinum, eique imperat, ut & ipse decreta suæ synodi approbet, clerumq; suum cogat, ut de homouiso cum Ecclesia Constantinopolitana consentiat. Narrant hæc Beda libro secundo de Ratione Temporum. Paulus Diaconus libro sexto capite v. decimo, de Longob. & libro 20. rerum Rom. Adon Vienen. etate 6. Frisingen. libro quinto, capite decimoquinto. Zonaras tom. 3. Platina in Constantino 1. & alijs: circiter annum 712. iuxta Sigebert. primo anno. Philippici iuxta Erphordien. cap. 63. Et quia numerum imaginum, earumq; cultum & adorationem

Constantinopolitana Synodus contra imagines à Philippico conuocata.



quotidie animaduertere inualescere, idololatriam omnem aditum praecludere volens, Imagines patrum, qui sex Synodis vniuersalibus interfuissent, quiq; iussu Constantini Pogonati & Iulianiani F. depicti fuerant Constantinopoli in Sophiae templi porticu abradi, omnesq; alias amoueri iubet: idemq; ut faciat Romanus pontifex praecipit.

Romani Synodus pro imaginibus.

Constantinus Papa, acceptis literis Philippici, continuo Synodum conuocat anno 712. iuxta Sigeb. iuxta alios vero 713. & quid faciendum sit deliberat. Ac tandem omnium consensu Philippicum Imp. & Ioannem Patriarcham damnat hereseos. Deinde quia Imperator picturas sex Synodorum vniuersalium abrasione damnarat, ipse publico consensu, beatorum patrum icones, qui 6. Oecumenicis Concilijs interfuerant, pingi iubet in porticu B. Petri Roma, qua re, ceu tropheo, in Graecorum & omnium Orientalium ignominiam uterentur. Beda lib. 2. P. Diaconus lib. 6. ca. 11. de Longobardis. Adon etate 6. Platina. Imò contra manifestum Dei verbum, imagines non modo habendas in templis, sed etiam summa veneratione colendas, Constantinus Papa in eadem synodo primus decreuit. Balais in vita eius.

Constantinus Papa imaginum cultum primum instituit.

Et haec quidem occasione inter Graecos & Latinos ceptum est acriter disceptari, de vsu, cultu & adoratione imaginum in templis. Quia vero Orientales bonae alioqui causae conuergerent malam, minus illa de imaginibus fauoris apud Italiae, Galliae & Germaniae ecclesias inuenit. Quae causa fuit quòd etiam imagines in his regionibus magis quam alibi receptae & adoratae fuerint.

Fuit hic Constantinus Papa ille ipse, cui primò omnium pedes exosculari ceperunt: quod Iustinianum Imperatorem populo assestante Nicomediae fecisse, liber pontificalis in vita Constantini testatur: idem etiam de eo refert Platina: ut mirum non sit, quòd adorationem imaginum primum quoque & instituisse & probare ausus fuit. Et ex hoc quidem tempore Pontifices Romani inuidia, seu potius perulancia & improbitate quadam, aduersus Graecos Imperatores, signorum & imaginum vsus, aut abusum verius, cueri mordicus ceperunt.

Eguinus praestigis diabolicis deceptus in suis ecclesijs adorationem imaginum instituit.

Cum enim hoc modo esset mota controuersia de cultu imaginum, diabolus ad idololatriam confirmationem omnem lapidem mouit, utens ad id opera mancipiorum suorum: nimirum pontificum Rom. & monachorum. Inter alios autem Eguinum monachum Benedictinum, nuper Viciensis designatum Episcopum, hominè ex superstitionum colluue compactum, excitat: eiq; per illusiones & praestigias suas in somnis instillat, quasi à Maria virgine iubeatur in ecclesia sua collocare imaginem eius, & populo venerationem atque adorationem istius idoli persuadere. Is vero qui scire non potest, sed rem in actum deducere instituit, librumq; de suis visionibus conscribit. Res defertur ad Pontificem Rom. Constantinum: qua vero occasione id factum sit, non est annotatum: forte quia aliqui boni sese impietati illi & vanitati opposuerunt, quos Satan Apostolica auctoritate refringendos censebat. Pontifex prius hominem accersit, & iureiurando obsecratur, ut veritatem dicat. Videbat enim ipse scripturam sacram imaginum cultui refragari, & opus esse nouis reuelationibus ad eam idolomaniam stabilendam. Ille vero in sua sententia constanter perseuerat, atq; pontifici fidem facit. Ergo Apostolica sua auctoritate approbat visiones Eguini: ac Bonifacio legato suo imperat, ut in Britanniam abeat, atque Londini cum consensu Britiuualdi Archiepiscopi Anglorum synodum celebret: Isti igitur pontifici obsequentes, episcopos & reges sub anathematis poena conuenire Londinum iubent. In eo congressu non disputationi & collationi locus datur, ut par erat: sed visiones Eguini simpliciter proponuntur de cultu imaginum, & indicatur eas à pontifice Max. esse approbatas. Denique promulgatur decretum de imaginibus in templa collocandis, missarumq; celebratione & adoratione honorandis. Tali modo cultus imaginum in Anglicanas ecclesias auctoritate Antichristi, & illusionibus diabolicis, & approbatione superstitiose vanitatis primum sunt introductae: paucis pijs frustra gementibus & contradicentibus: circa annum Domini 714. Nauclerus, & Balais Cent. 1. cap. 91. 94. & 99.

Londinensis Synodus pro imaginibus.

Imagines in Angliae Ecclesijs quòd receptae primum & adoratae.

Prodigia circa haec tempora.

Has turbas ac tempestates horrendas, quas hoc modo Rom. Pontifex & alij homines superstitiosi concitarunt, ob defensionem cultus imaginum circa annos Christi 717. videtur estus ille terribilis, & nunquam antea visus denotasse, de quo Paulus Diaconus scribit lib. 21.

rerum Rom. Anno enim 10. Leonis Imp. aestivo tempore, vapor ut ex camino ignis visus est  
 ebullire inter Theram & Thersiam insulas ex profundo maris, per aliquot dies; quo paula-  
 tim incrassato & dilatato, igniti aestus incendio totus fumus igneus monstrabatur. Porro cras-  
 situdine terrena substantia petrosas pumices grandes, ut cumulos quosdam transmisit per to-  
 tam minorem Asiam, Lesbos, Abydum, & maritima Macedonia, ita ut tota superficies ma-  
 ris his pumicibus esset repleta. In medio autem tanti ignis, insula ex terra congeries facta, insu-  
 lae quae Sacra dicitur copulata est, cum prius nondum fuisset. Roma quoque per 7. dies Ty-  
 beris exundauit, urbis muros transcendit, domos evertit, agros dissipauit, arbuta & segetes  
 eradicauit; quod ipsum exundationem perniciosam & detrimentum ingens, Ecclesia à Rom.  
 pontificibus immensum minitabatur. Paulus Diac. lib. 6. cap. 12. de gestis Longob. Platina.  
 Sigeb. & Beda lib. 2. de Tempore. Constantinopoli vero sublato Philippico per Arthemium,  
 & Arthemio rursus per Theodosium, mandauit ut sanctorum imagines deletas haecenus, pri-  
 stino loco rursus pingi: duo intra anni spatium mortuo, successit ei Leo 3. Isaurus. Is cum ab  
 Haumaro Sacerdotum Duce accepisset epistolam, & ex ea intellexisset eum id maxime re-  
 prehendere in Christianis, quod sanctos mortuos inuocarent, & statuas eorum colerent, cepit  
 cum suis Theologis ea de re conferre. Germanis patriarcha ut ab imaginum abrogatione  
 auerteret Imperatorem, fingeat falsum quoddam vaticinium, Antichristi praecursorem &  
 diuina incarnationis euerforem sub imperio Cononis imagines aboliturum esse: cum potius ex  
 Daniele debuisset contrarium nouisse, illum fore Antichristum qui auro, argento & gemmis  
 Deos alienos eorumque, statuas honoraturus esset. Verum Imperator non mouetur commentitio  
 illo vaticinio, sed conuocat tandem Synodum Constantinopolim anno Christi 730. iuxta Si-  
 gebertum. Conuenerunt igitur patres ad 7. Id. Ian. tertia feria 13. indictionis: ac interesset ei  
 ceteri Germanus etiam patriarcha. Ceterorum vero nomina in literas non sunt relata, haud  
 dubie propter historicorum inuidiam, aut negligentiam. Controversia autem de imaginum  
 cultu & ueneratione, de qua intercessione Mariae uirginis & sanctorum, ac de reliquijs mor-  
 tuorum, proponitur discutienda. Disputatur in utraque partem acriter, & conferuntur sen-  
 tentiae: tandemque ex mutua collatione manifestum fit, sanctorum intercessionem fabulam, ima-  
 ginum & reliquiarum cultum atque adorationem esse, meram idololatriam uerbo Dei contra-  
 riam. Germanus patriarcha ita in angustias redigitur, ut nihil amplius habeat quo suam sen-  
 tentiam plausibiliter saltem tueatur. Damnatur igitur à patribus, ex regula uerbi diuini,  
 cultus & ueneratio imaginum. Huic decreto omnes subscribunt. Germanus uero se id facere  
 posse negat, & Episcopatu sese abdicat. Paulus Diaconus lib. 21. Rom. rerum. Imperator cum  
 intelligeret, cultum imaginum damnari à S. Scriptura & patribus Synodi, mox Constantino-  
 poli omnes imagines & statuas in medio urbis congestas comburi iussit, & picturas parieti-  
 bus illitas albaris obrexit: & Gregorio 2. Romano pontif. per licentis imperat, ut nisi gratia  
 sua excidere uelit, idem faciat. Regino lib. 1. Chronic. Adorationis autem imaginum patroni  
 in Oriente, cum non possent sententiam suam ex uerbo Dei contra Leonem, eiusque Episcopos  
 & Doctores tueri, armis rem tentare instituunt. Agallianus itaque Turnearcha & Stephanus  
 quidam, nauales Helladicorum & Cycladum insularum exercitus: quasi diuino zelo, uerum  
 non secundum scientiam, concitant, eosque Constantinopolim ducunt, oppressuri Imperatorem,  
 & sanctorum imagines restituri. Sed Deus ex alto sediciosos illorum conatus fregit. Con-  
 gressi enim cum Byzantijs, superantur, & naues eorum concremantur: in quibus alij quidem  
 demerguntur nolentes, Agallianus uero armatus seipsum in mare praecipitat. Ex captiuis  
 autem ad Leonem per ductus, Stephanus & Cosmas capite plectuntur, iuxta Sigebertum, &  
 Paulum Diaconum lib. 21. rerum Rom.

Imagines resti-  
 tuuntur Con-  
 stantinopoli.

Constantinopo-  
 litanæ Synodus  
 alia contra  
 imagines con-  
 uocata à cone-  
 lsauro.

Imagines Con-  
 stantinopoli re-  
 mouentur.

Gregorius 3. autē (qui secundū aliquos fuit 2.) accepit Leonis edictū de imaginibus dam-  
 nandis & tollendis, indicit Romae seu (ut alij uolunt) Rauennae Synodum. Conueniunt 903.  
 Episcopi, iuxta Sigebertum; seu mille, iuxta Bonfin. lib. 8. decad. 1. de Ungaris. Inter eos autē  
 fuerunt pontifex ipse Gregorius, ut praeses, & Antoninus Gradensis Archiepiscopus, Ioannes  
 Rauennas archiepiscopus, & alij Hesperiae partis Episcopi. Liber Pontific. Adstat pro more

Romanæ Syno-  
 dus contra ima-  
 gines.



omnis clerus Romanus, nobiles, consules & populus, anno imperij Leonis 16. Domini verò 733. Sigeb. Tractatur autem in illa Synodo de imaginum veneratione, deq; Leonis decreto: ac iuxta Antichristi nutum, cultus Mlaosim & deorum alienorum approbatur: ac tandem communi decreto sancitur, quod in hunc modum referunt: Si quis deinceps catholicam consuetudinem & usum fidelem contempserit, & venerabilium ac sanctorum imaginum Dei & Saluatoris nostri Iesu Christi, B. Mariae, Apostolorumq; & aliorum. Sanctorum depositor, destructor & prophanator extiterit, aut blasphemus: ipse communionem sanctae Ecclesiae sic priuatus. Antoninus tit. 14. cap. 1. §. 1. dist. 3. cap. Perlatu est. Deinde damnatur Leonis decretum, atque ipse simul communionem fidelium priuatur, eò quòd imagines sanctas ex templis abrafisset, statuasq; demolitus esset, Platina in Gregorio 3. & Bergomen. lib. 10. Tercio, idem Pontifex etiam totam Hesperiam, Emiliam, Liguriam, Italiam & alias terras in Occidente, à Leonis obedientia discedere fecit: & vectigalia, quae Christus solui iussit, interdixit: Cum Francis quoque sedes iniit, quibus occupandae vrbs Roma, & imperij Occidentis occasionem prebuit, vt praesidium aduersus Imperatorem haberet. Paulus Diaconus lib. 21. rerum Roman. Zonaras tom. 3. Antoninus, Idem paulò ante Gregorius 2. quoq; designauit. Sigeb. Vide Balaam in vita Gregorij 2.

In Syria etiam circa haec tempora Ioannes Damascenus cum Episcopis quibusdam & monachorum grege imaginum adoratione in Synodo defendit, & Leonem anathemate serijt. P. Diaconus lib. 21. Rer. Rom. & lib. 6. cap. 14. de Longobardis. Leo verò Imp. illorù terribula menta nihil curat, sed in suo instituto pergit & perseuerat, moriturq; anno 24. sui imperij.

Prodigia horum temporum.

Notata sunt haec quoq; tempora diuinitus multis prodigijs & miraculis. Luna enim, in aëre Ecclesiae, defecit, & ad mediam vsq; noctem sanguineum colorem praese tulit. Anno etiam Domini 733. illo ipso nimirum, quo Gregorius Roma Synodum pro imaginum adoratione celebrauit, Sole eclipsim passus est. Et anno Domini 729. apparuerunt Cometae duo circa solem, multum intuentibus terrorem incutentes. Vnus namq; Solem manè praecedebat Orientem, alter vespere sequebatur Occidentem, quasi Orienti simul & Occidenti magni alicuius mali praesagi. Liber pontificalis, & Marianus Scotus.

Constantinopolitana Synodus Generalis 7. contra imagines, conuocata à Constant. 5.

Succedit Leoni Constantinus 5. cognomento Copronymus. Is permotus Romana Synodo Constantinopolim quoque Synodum conuocat, anno 13. Imperij sui, iuxta Diaconum; aut 14. iuxta Sigebertum: Domini verò 755. Ac conuenerunt Episcopi 338. vt patet ex definitione eius Synodi, quae recitatur actione 6. Nicanae 2. Sigebertus in chron. tantum 330. habet. In Pauli Diaconi lib. 22. tantum 38. numerantur: sed scriptorum vitio forte trecenti sunt omisi. Vel dedita opera P. Diaconus, homo superstitiosus & cultui imaginum nimium addictus, tam exiguum posuit numerum Patrum, vt hac ratione auctoritatem Synodi huius minuat. Inter illos praecipui fuerunt Theodosius Ephesinus, Pastilas Pergamenus, Constantinus patriarcha Constantinopolit. Gregorius Neocesarien. Basilius Pisdia. Romanus Pontifex cum suis inuitati, non venerunt, eò quòd iam pridem ab Imperatorum Orientis obedientia defecerant: & quòd intelligebant contra suos Deos eorumq; cultum deliberatum iri in eo Concilio. In palatio Hieria 4. id Febr. agi ceptum est: & durauit Synodus vsq; ad 6. Idus Augusti. Controversia autem de imaginum cultu, vt par erat, diligenter discussa ex Sacris literis, imagines damnantur, & fieri prohibentur: Germanus patriarcha, Gregorius Cyprius, & Ioannes Damascenus nepos Manzur, imaginum patroni, anathemizantur: & Constantinus Synodi Episcopus patriarcha Constantinopolit. designatur. Gregorius Neocesarien. Synodi sententiam peculiari libro completitur, qui in foro, in praesentia Imperatoris & patriarchae vniuersalis, reliquorumq; Episcoporum, coram populo recitatur, promulgatur & comprobatur, reliquisq; Synodi actionibus tanquam commune quoddam decretum inferitur. Libellus ille in actione 6. Nicani 2. Concilij assignatus est, licet videatur esse corruptus in 15. & 17. canone, vbi intercessio à sanctis peti, & postulari iubetur. Constat enim ex historia Constantini Copronymi, eo tempore etiam sanctorum intercessionem pro siculneo praesidio habitas & damnatas esse. Extat idem libellus impressus typis, & à Ioanne Sagitario Burdegalensi vulgatus, in

Gregorij Neocesarien. episcopi libellus contra imagines.

cus, in lib. cui inscribitur *Canones Conciliorum*. Acta verò totius Synodi, & argumenta quibus contra imaginum usum vitur, habetur in *historia Ecclesiast. Madeburg. Cent. 8. fol. 551.* & sequentibus. Citantur etiam aliquot huius Synodi *Canones* ab auctore libri *Testium veritatis* fol. 74. Hanc Synodum pro septima vniuersali habere, & sententiæ eius omnes subscribere iussit Imperator: ac Episcopos & proceres id facere recusantes, affixit. *Zonaras* tom. 3. Scripsit etiam ad pontificem Rom. ac mandauit ei vt imagines aboleret. Sed hanc Synodum plures alia sequentes damnarunt.

Vbi simul obseruandum, quòd Constantinus hic Imperator *Monothelitarum* heresi non fuit infectus, acta enim sex vniuersalium Synodorum recepit & approbavit, vt ex actis septimæ Synodi videre licet.

Idem Imperator legatos suos ad Pipinum, Regem iam, misit, cum decretis suæ Synodi contra imaginum cultum. Celebratur itaque Synodus in villa *Gentiliaco* apud Parisios anno Domini 766. iuxta *Sigebertum*, locum vocat *Salmoniacum* villam *Vrsbergen*. Iuxta *Adonem* & *Regionem* lib. 2. & *Annales Francorum* celebrata est anno 767. Contulerunt in ea inter se *Græci* & *Romani*, seu *Orientalis* & *Occidentales* inter alia quoq; de *Imaginibus Sanctorum*, vtrum igne cremandæ, an in *Ecclesijs* ferendæ essent. *Adon Vienneu.* ætate 6. & *Annonius* lib. 4. cap. 67. de *Francis*. Quid constitutum tandem sit non est satis manifestè indicatum. *Græcos* tamen *Oratores*, iussos esse Imperatorem suum admonere, vt cum alijs sentiat, *Æmilius* lib. 2. de *Francis* refert. Et *Ioannes Tolosanus* dicit, post longam altercationem, circa *Imaginum* venerationem constitutum esse, *Christi* & *Sanctorum* imagines esse colendas: plurimos tamen in id non conseruisse.

Anno Domini 768. iuxta *Sigeb.* (*Sabellicus* adhuc vnum annum addit) *Roma* quoque in *Laterano* celebratur Synodus, cui presedit *Stephanus 3.* *Occasio* autem eius fuit, quòd *Romanus* clerus & populus *Constantinæ* Papam, *Desiderij Longobardorum Regis* fratrem, eò quòd visus fuisset vero magistratui Imperatori *Constantinopolitano* fauere, & cultum imaginum improbare, à pontificatu deiecerat, & *Stephanum* substituerat: & restabat illud, vt acta eius abolerentur, & cultus imaginum confirmaretur, ac seditiosæ defectionis & perfidiæ prætextus & plures occasiones quærentur. Conuocauit autem *Stephanus*, illos qui eius parti additissimi erant nimirum *Thuscis*, *Campania* & *Italia* Episcopos. *Antoninus* Primum autem tractatur de *Constantino* Papa eiusque depositione. Deinde examinant acta Synodi *Constantinopolitanæ*, & sententiam eius damnant, contrariumq; asserunt: nimirum *sanctas* imagines *Iesu Christi*, *B. Virginis Mariæ* aliorumq; *Sanctorum* magno honoris affectu ab omnibus coli debere. Et *Græcis* edicunt, vt, nisi velint impij declarari, *sanctorum* statuas templis restituant, vsi hoc potissimum argumento, Quòd si liceat Imperatorum & aliorum hominum statuas in civitatibus ponere, *Dei* verò & *sanctorum* non liceat habere, conditionem *Dei* peiorem fore hominum. Quasi verò *Deus* iuxta hominum placitum, & non potius secundum verbum suum coli velit. *Platina* in *vita* *Stephani*. *Sabellicus* *Enne. 8. lib. 8. Liber pontificalis*. Hæc decreta *Stephanus* Pontifex, & reliqua *asseclarum* eius turba, pedibus prodeambulans à *Lateranensi* basilica cum hymnis & canticis, in eadem *S. Petri* deportat, quæ ex *ambone* à *Leontio* *Scriniario* clara voce recitantur. Quibus finitis, *Episcopi* tres, *Gregorius* de *Candida Sylua*, *Eutricius Albanus*, *Theodosius*, ex eodem suggestu *anathema* promulgant in omnes transgressores & violatores huius Synodi. *Platina*, & *liber Pontificalis*.

*Balæus* refert *Stephanum 3.* instituisse quoque, vt idolis & imaginibus thura adolerentur. *Cent. 2. fol. 105.* in *vita* *Stephani*. Hanc verò idololatrarum superstitionem ac stultitiam grauius taxat *Carolus Magnus* lib. 4. contra Synodum *Nicanam* 2. edito, quòd nimirum rebus odore carentibus odorifera thymianata offerant, & luce carentibus luminaria incendant, adeoq; ea quæ Deo dignè offerrentur, rebus sensu carentibus offerant, & offerre hortentur: vnde etiam nulla authentica lectione, vel alicuius sancti exemplo fieri debere probari possit.

Gentiliaco  
lana Synodus.



Leo 4. imp.  
imaginum cul-  
tum etiam pro  
hibuit.

Constantinus autem 3. vit a summo, Leo 4. eius filius imaginum adorationem etiam prohibuit: cumque eius edictum Iacobus Protospatharius, & Papias & Srateius, & Theophanes, cubicularij eius, alijque violassent, grauiter in eos animaduertit publica contumelia, & tonsura, & carcere, iuxta Zonaram tom. 3. & P. Diaconum lib. 23. rerum Rom.

P. Cyprius Epi-  
scopus Constan-  
tinopol. imagi-  
num cultum  
promouet.

Interea Paulus Cyprius, seu Almificus, vt à Paulo Diacono appellatur, in Salamine natus, à Leone Copronymi filio anno eius ultimo post longam deliberationem, cum simulatè professus esset, non esse adorandas imagines, Episcopus Constantinopolitanus constituitur in locum Nicetæ, qui Constantino successerat. Fuit is homo placido ingenio, animo abiectò, & propemodum seruilis ac desperabundo, iudicio intricato & superstitionibus fascinato. Mortuo enim Leone 4. cum Irene eius coniunx imperaret, eaque imaginibus magis propitiæ videretur, cepit suam sententiam de imaginum adoratione prodere, & cum alijs consilia tractare, quo pacto possint in templa restitui. Interea verò in morbum incidit, qui animum eius agrum ita exercebat, vt opinionem illam concipiat, se non posse bona conscientia in ministerio suo defungi, nisi imagines restituantur. Vitam ergo monasticam elegit ex superstitione, quasi ea suas sordes eluere possit: & desertam suam Ecclesiam, clam sese subducit in monasterium Flori, & amictum mutato, in album eorum recipitur. Quare cognita Irene & Constantinus, ad eum accedunt, & interrogant cur id fecisset? respondet ille lamentans, Ob disidium quod propter imagines sit ortum, & ob quod Ecclesia illa sit anathematizata. Ac planè asserit, nisi Synodus vniuersalis fiat, & imagines restituantur, non posse Constantinopolitanos saluari. Hac sua prepostera penitentia, occasione maiorem præbuit ad disputationes de Imaginum cultu: qui paulò post in Synodo Nicæna 2. assertus & stabilitus fuit: Ac non ita multò post vitam cum morte commutauit, anno Irenes 4. Domini 785. Zonaras tom. 3. Orthodoxus & catholicus hic Paulus in Synodo Nicæna 2. pronunciatus est, ob penitentiam quam egisset: verum in Frankofurdiana Synodo, in qua acta Nicæna sunt rescissa, & cultus imaginum damnatus, & ipse declaratus est, non secundum scientiam, sed secundum superstitionem penitentiam egisse, & sibi peccatum, vbi reuera nullum esset, finxisse. Mortuo igitur paulo eligitur Tarasius, qui hætenus in aula Imperatoria militem & scribam egerat, homo facundus, sed audax.

Tarasius Episcopus  
patro-  
nis imaginum.  
Constantinopol.  
Synodus

is negat se consensurum in vocationem, nisi Imperatrix & Imperator promittant Synodi vniuersalis conuocationem. Facta promissione res in actum deducitur. Anno enim 6. imperij Irenes, Domini verò 787. omnes conuocantur antistites. Adrianus Roma mittit Petrum Vicecomitem, & Petrum Hegumenum: Antiochia venit Ioannes, & Alexandria Thomas, qui postea Thessalonica factus est Archiepiscopus. Septima Idus Augusti indict. 9. in templo Apostolorum, archiepiscopi, episcopi & sacerdotes congregantur: adsunt etiam Imperatores & Catechumeni. Instituitur disputatio & collatio de imaginum cultu ex sacris literis, & in vtranque sententiam disceptatur. Summus sacerdos, Episcopi & abbates quidam cum monachis imaginum venerationem conantur tueri. Magna pars Episcoporum (inter quos fuerunt Basilus Ancyrae, Theodorus Myrorum, Theodosius Amoriæ & alij, qui in Nicæna 2. ad penitentiam adiunguntur, & populus Scholariorum, & satellitum atque cæterorum ordinum, qui sub Imperatore Constantino fundamenta ex verbo Dei, & patribus perceperant de impietate idololatriæ, quæ esset cum imaginum veneratione coniuncta) contrariam sententiam defendunt. Pontificij & alij, videntes se parum posse promouere, alteram partem conantur excludere ex congressu & disputatione. Ea res tumultui occasionem præbet: qui tamen statim compescitur. Nam populus moleste ferebat, eos qui pro altera parte pugnabant, excludi ex disputatione. Sed cum iterum admissi essent, turba quiescebat. Redeunt itaque ad disputationem, & illa pars Episcoporum, quæ imaginum cultum oppugnat, alteram verbo Dei ita recundit, vt illa victoriam desperans, Synodum dissoluat, excogitat in insidijs, quibus veritatis assertores opprimantur prius, quo postea errori locus esse possit. Diaconus lib. 23. rerum Roman. Ignatius monachus in vita Tharasijs apud Metaphrastem tom. 5. paulò aliter rem hanc narrat, pro suo affectu erga illam partem, quæ imagines colit: quasi altera illa pars prorsus seditiosè synodum turbauerit, asserendo se nec posse nec velle pati, vt res in disceptationem deducatur.

dedicatur. Quod verum non est. Nam & ipsi, ut in libero Concilio, voluerunt Episcopos suae sententiae admitti & audiri: ut facile esse colligere ex P. Diacono, qui tamen nec ipse satis verè & plene rem exponere videtur.

Irene ergo videns papisticis rebus & superstitioni consuli non posse, nisi exercitui regio arma adimerentur, & aliquot potentes familiae pellerentur vrbe regia, tandem dolis & fraude efficit, ut iconomachus arma adimerentur, & quaedam eorum familiae ablegarentur. Id ubi factum esset, Imperatrix exercitum proprium principesq; ad omnia paratos & sibi obsequentes deligit, iuxtaq; consilia legatorum Rom. pontificis, quos apud se retinuerat, mense Martio anno 7. imperij sui, legatis & literis indicit Nicæa Synodum. Diaconus lib. 23. rerum Rom. Ad eam ergo urbem anno 8. Irenes, Domini verò 788. confluxit illa prior multitudo Episcoporum, abbatum & monachorum circiter 350. ut Sigebert. indicat. Synodus ista incipit celebrari 8. Cal. Octob. indictione 11. in templo Sophiæ, & durat vsq; ad Nouemb. Adeo facile fuit, remotis contradicentibus, consensionem in errore & superstitione institui. In prima actione Tarasius summus Sacerdos, rector & praeses, praefatur, & indicat quam ob causam Synodus hæc sit conuocata, nimirum ut de imaginum cultu & veneratione agatur, quæ tractatio anno superiore in Synodo Constantinopolit. sit impedita. Deinde Basiliius Ancyrae, Theodoros Myrorum & Theodosius Amorij, alijq; nonnulli, qui in Synodo Constantinopolitana imaginum venerationem impugnarant, suam sententiam reuocantes à Synodo recipiuntur, & in Cathedras suas sedere iubentur. Et imago Christi eiusq; cultus approbatur à tribus Episcopis. Post biduum secundo coit Synodus, ac Gregorius Neocæsariensis, productus asserit, se cum Synodo velle sentire. Patres autem causæ eius cognitione reijciunt in alium conuentum. Deinde literæ Adriani pontificis Rom. ad Constantinum & Irenem leguntur, in quibus impudentissimas fabulas fingit de Constantini somnijs, ad imaginum origenem indicandam. Tertio recitantur literæ Adriani Papæ ad Tharasium, in quibus commendat Tarasii sententiam de imaginibus: & hortatur eum, ut deinceps etiam venerandas imagines (hæc sunt verba eius) primum iuxta humanam figuracionem Christi Dei nostri secundum nos & pro nobis & per nos incarnati, deinde inuolatæ & veræ Deiparæ, postremo omnium Sanctorum suorum colere & adorare pergat. Postea commendat etiam eius studium in promouenda Synodi conuocatione, ac omnino præcipit ei, ut efficiat, quò Synodus illa, sub Constantino congregata sine autoritate, consensu & praesentia pontificis Romani, contra cultum imaginum, damnetur. Quarto, patres ex ordine testantur singuli, se probare sententiam Adriani, & imaginum picturas recipere, & desiderio suo adorare, ut in nomine Christi & Mariæ Virginis, & omnium sanctorum factas. Atqui D. Gregorius Sereno Massiliensi, ut supra meminimus, scribit: Quod imagines adorari vetueris, Laudamus, &c. Et ante Gregorium Hieronymus inquit: Nos nec angelos, nec sanctos, nec martyres, nec ipsorum reliquias, nec vilam creaturam, SED SOLVM DEVM ADORAVS.

Nicæna Synodus 2. quæ à Græcis vniuersalis 7. vocata est, pro imaginibus.

In tertia actione, quæ sub 6. Cal. Octob. indict. 11. facta scribitur, post receptionem Gregorij Neocæsariensis, qui damnabat suam priorem sententiam, & approbabat alteram de cultu & adoratione imaginum, leguntur literæ Orientalium sacerdotum ad Tharasium, in quibus imagines Sanctorum earumq; venerationem comprobant: tandem legatorum Rom. instinctu, Episcopi simul omnes qui aderant testantur, se in adorationem imaginum consentire: & anathema pronunciant in eos qui diuersum sentiant & affirmant.

In Confessu 4. Synodus de confirmanda adoratione imaginum laborat, & ad comprobandam eam torquent primum testimonia ex sacra scriptura, deinde ex patribus: id quod etiã in congressu quinceo fecerunt: ubi multa ficta citant, quæ apud Patres non leguntur.

In Confessu 6. qui fuit prid. non. Octob. leguntur sex comi Gregorij Neocæsariensis. & decreta Synodi Constantinopolitanae sub Constantino Copronymo, cum refutatione Epiphaniij, non Salamaniae Cypri illius orthodoxi Episcopi, sed alius cuiusdam, quæ non verbi Dei, sed consuetudinis & patrum nititur fundamentis. Deinde sub finem subiiciunt breuem declarationem, quantopere in Ecclesia vriles sint imagines, quæ historias veteris & Noui Testa-



menti representant. Inter alia, à temporibus aiunt, itaq; illis vsq; ad tempora Constantini, primi ex Imperatoribus plene Christiani, auri propmodum trecenti acti sunt, ante illum serè gentilibus tyrannicè regnantibus. Per illa autem tempora Christianorum plurimi certæren præclarum certantes non sine martyrio vitam hanc liquerunt: idq; dum idolorum statum studiose oppugnant. At verò Christianorum cætus diuina emulatione ducti, templa construxerunt, partim Christi nominis gratia, partim sanctorum martyrum causa. Atq; illi quidem historiã humane Christi dispensationis in ijs pinxerunt, hi verò martyrum gestis effugiandis operam collocarunt. Alij id tabellis expressere, quo martyrum memoriam in oculis perpetuò ferrent, &c. Constitentur hi proprio testimonio imagines ante Constantinũ M. nondum fuisse, sed earum vsum post eius tempora demum cepisse, hoc est, post annum Christi 300.

In septimo & ultimo congressu, qui fuit 3. Id. Octob. patres promulgant decreta Synodi, idq; corroborant subscriptionibus & acclamatione publica. Omnibus his peractis mense Nouemb. tota Synodus Nicæa discedens Constantinopolim ingreditur: & in Magnaura præsentem imperatorem & cunctis Episcopis, clero item & populo vniuerso decreta Synodi publicè proponuntur: quæ Constantinus & Irene approbant & subscribunt, & Adriano Pontifici exemplum mittunt Græco sermone, quod Latine factum in bibliothecam Romanã est reconditum. Liber pontific. Et statim sacra imagines templis restituntur, & Ecclesiæ in errore nonnihil coalescunt, verum non sine contradictione plurimorũ. P. Diaconus lib. 23. Rer. Rom.

Hanc Synodum pro septima vniuersali habendam Græci statuerunt, ac etiam hodie pontificij contendunt. Id verò eleganter consutauit Carulus M. lib. 4. cap. 28. Inter cætera, inquit, deliramenta quæ in eadem Synodo vel gesta vel scripta dicuntur, hoc quoq; non omnibus eorum deliramentis minus est, quod eandem Synodum vniuersalem rancupant, cum neq; vniuersalis fidei inconuulsam habeat puritatem, neq; per vniuersarum ecclesiarum gesta consistet auctoritatem. Sicut enim ecclesiã vniuersalem est, quæ Græco eloquio catholica dicitur: ita nimirum omne quicquid ab eius vnitæte non discedit catholicũ nuncupari potest. Omnis enim doctrina Christiana vel qualibet constitutio sine traditio talis esse debet, vt vniuersali conueniat ecclesiæ, quod nequaquã heretici obseruauerunt, qui per diuersas in di partes aliquibus regionum partibus coartati, conuenticula quadam statuerunt, quibus se & quàm plures ab ecclesiastica vnitatis consortio segregauerunt. Cum ergo duarum & trium prouinciarum præsules in vnum conueniunt, si antiquorum canonum institutione muniti, aliquid prædicationis aut dogmatis statuerunt, quod tamen ab antiquorum patrum dogmatibus non discrepat, catholicum est quod faciunt, & fortasse dici potest vniuersale, quoniam quantum non sit ab vniuersi orbis præsulibus actum, tamen ab vniuersorum fide & traditione non discrepat: quod etiam factum in plerisq; mundi partibus quibusdã necessitatibus incumbentibus scimus. Multa enim Concilia gesta sunt, quorum institutionibus sancta munitur & corroboratur ecclesiã. Si verò duarum aut trium prouinciarum præsules in vnum conuenientes noua quadam statuere cupientes, conuenticula quadam faciunt, quia non cum vniuersi orbis ecclesiã sentiant, sed ab ea quadam ex parte dissentiunt, non est catholicum quod faciunt, & idè vniuersale rancupari non potest. Omne quod ecclesiasticum est, catholicum est: & omne quod catholicum est, vniuersale est. omne autem quod vniuersale est, profanis vocum nouitatibus caret: omne igitur quod ecclesiasticum est, profanis vocum nouitatibus caret. Nam si hæc Synodus vocum nouitatibus careret, & antiquorum patrum dogmatibus contenta esset, vniuersalis dici poterat. Non autem antiquorũ patrum dogmatibus contenta est, non igitur vniuersalis dici potest. Vniuersitas namq; ab vno cognominatur, quod vno multoties verso propagatur. Nam multitudine vnitatũ vertendo in vnu collecta, vniuersitas efficitur. Vniuersalem planè eandẽ Synodũ non cunctaremur profiteri, nisi eam vniuersalis ecclesiã dogmatibus sentiremus resurgari.

Nicæna 2. Synodus quorum haberi aliud sanctius sit celebratum. Irenes ergo & Constantini decreto in dicitur esse, qui Nicæna Episcopos conuocauerunt, non Adrianus Papa, in quo etiam idem pontifex Romanus brata.

Hic iam diligenter considerandum, quorum auspicijs hoc Concilium, quo pontificij non caean Episcopos conuocauerunt, non Adrianus Papa, in quo etiam idem pontifex Romanus non præfedit, nec se generalem aut vniuersalem monarcham, sed Seruum seruatorum, & Imperatores

ratores Dominos suos pijsimos & serenissimos vocavit. Sin autem verum est quod de Marcello, Iulio, Damaso & Gregorio referunt, statuerunt illi, irrita haberi debere Concilia non à pontifice Romano conuocata. Qualis verò Irene illa fuit? Mulier furiosa, superstitiosa, in cæde & sanguine honorum & innocentium sese volutans: que filium suum Constantinum oculis, imperio, vita deniq; priuauit; quæ Astrologis nimium credendo, regni vires & opes exhausit: qua regnante Nicephorus & Alexius iniustissimè excæcantur, multis linguae prædicuntur: Sol horum scelerû spectator obtenebrescit, & ad dies septendecim radios suos ita amittit, iuxta Eutropium, vt errarent maris naues, omnesque dicerent, Vrspergensis teste, quòd propter excæcationem in fontis Imperatoris hoc acciderit, quodque homines tenebris digni sint, quoniam in luce ambulare nolint. Terra, vt que ferre diutius non posset eiusmodi monstrum, a deò rebeementer concutitur, vt de ruina Constantinopoleos metus esset, & omnes ciues extra domos surgeret in hortos & agros, ibique tentoria figerent: iuxta Diaconum lib. 23. rerum Romanarum. Sed idololatræ nihil tantis permoti miraculis, in superstitione perseuerarunt. Insuper etiam sacerdoti Constantini Copronymi cadauer exhumatum concremauit: & Orientale imperium prodidit. Cùm enim meueret tyrannidem suam non fore diurnam, coniugium Caroli Magni ambiit, & pontifici Romano potestatem fecit coronæ Romani imperij transferende in Carolum, sperans scilicet tyrannidem suam fore incolumem, si imperio Græcorum ad Gallos proditorie translato, non tam Carolum, quam pontificem Romanum hoc insigni beneficio deuinceret. Mutius in Chron. fol. 55. Qualis autem fuit filius Irenes? Mali corui malum ouum. Constantinus enim parum constans adolescens, qui Leonis Copronymi patris sui in damnandis iconolatris zelum non sequutus, matris cæco affectui obtemperat, quam post ab imperio remouet, & rursus constitutione suam de imaginibus abrogat, sicut Platina in Adriani v. vita scriptum reliquit. Hanc scæminam, hunc puerum quis instigauit imagines, quas Leo deleuit, restituere? Orbis totius perturbator Adrianus Papa qui hortator & adiutor fuit conuocatum perditissima mulieris, quæq; legitimo Imperatori regnum suum anteuerit, atq; alium pro libidine sua surrogauit, ea tamen lege, vt sibi & successoribus vrbe Roma totaq; Italia cederet. Alter deinde versipellis Episcopus Paulus Cyprius iam delirans, qui Leone imperante profiteatur aperit, Imagines non esse adorandas. Irene verò suffecta mutatur, morbo excruciatu & lecto affixus, sicut diximus, vitæ monastica se deuouet & addicit, vt sordes eluat, creditq; se non posse bona conscientia suo ministerio defungi, credit Ecclesiâ totam esse excommunicatam, & nisi Irene & Constantinus vniuersali Synodo errore illum corrigant, & Imaginibus locum & honorem suum reddant, nec ipsos, nec se, nec patritios Constantinopolitanos posse salutem cõsequi. Quis verò ex Episcopis huic presedit Synodo? Tarasius, qui, vt fertur, à populari conuersione ad Episcopale culmen, à militari habitu ad religiosum, ad circo ad altaria, à forensi tumultu ad prædicationem, & ab armorum strepitu ad sancta mysteria peragenda extraordinarie & contra sanctorum patrum canones promotus fuerat. Ita muliebris supersticio, & iuuenilis inscitia, & pontificis audacia vana doctrina & suasio, vilis Apostata febrile deliramentum, neophyti ignorantia, imaginum vsum & cultum prudenter abolitum, inconsideratè & impie reuocarunt. Primis siquidem his authoribus, statuae & imagines, qui quid sunt, merito debent.

Anno autem Domini 794. iuxta Regionem lib. 2. & Lupoldum apud Irenicum lib. 11. Francofortens  
Synodus Francofurti conuocatur. Occasionem præbuit tùm Felix hereticus, tùm Adrianus  
pontifex Rom. qui acta Synodi Nicænæ 2. de imaginum adoratione miserat Carolo approban  
da. Conuenerunt igitur Episcopi, Sacerdotes, Abbates, & Monachi ex omnibus prouincijs  
Caroli, nimirum ex Gallijs, Italia et Germania. Adrianus etiam eò suos legatos misit Theo  
phylactum & Stephanum; interese etiam huic Synodo Carolus ipse. Ac primum tractatur de  
Felici & Elipaudi opinione; de quibus falso pontifici referunt, quòd ipsorum heresis, de non  
adorandis imaginibus damnata sit, atq; ita septimum Synodum vniuersalem Nicenam re  
ceptam & approbatam ibi fuisse. Damnata sanè fuit heresis Felicianæ in Synodo Franco  
fordianæ. Verùm ea non fuit de imaginibus; sed docuit Christum secundum humanitatem esse

Francosorten  
sis Synodus con  
tra Nicenam  
2. à Carolo M.  
conuocata.



adoptiuum Dei filium, quem admodum aeterna testantur. Post hæc verò offeruntur aeterna Synodi Nicenæ 2. quam Adrianus per suos vicarios rexerat, & postea etiam approbauerat. Patres non statim assentiuntur, sed disceptationem de ijs, vt par erat, institunt, & sententiam illam de imaginibus adorandis examinant, veritatemq; deprehendunt ex collatione vtriusq; Synodi, nimirum illius que sub Constantino Copronymo damnauerat & abiecerat imagines, & huius qua sub Irene non modo habendas, sed etiam adorandas, honorandas, venerandas, salutandas, amplectandas, osculandas, & vestitu, suffitu, candelis, genucationeq; colendas esse adseuerarat. Igitur contra Adriani & legatorum eius sententiam decernunt, Imaginum cultum & adorationem esse impiam, Synodum porro Nicenam 2. quam septimam vniuersalem appellauerat pontifex, damnât, & nec septimam, nec vniuersalem dici debere pronunciant. Testis est eorū que diximus Eginardus in vita Caroli M. apud Erphor diem. cap. 69. Regino lib. 2. Adon Viennen. arate 6. Georgius Cassander in Consultatione ad Ferdinandum & Maximil. Imp. Et Vrpergensis abbas in Chronicis suis hac de re ita scribit: Año 793. Carolo in Francofurt Pascha celebrante, Synodus Episcoporum magna est collecta ex omnibus regni proximis. Legati quoq; Adriani Papæ in eius vice affuerunt. In hac Synodo hæresis cuiusdam episcopi Felicis nomine damnata est, qui Christum secundum hoc, quod homo est, adoptiuum Dei filium dicebat. Synodus etiam, que ante paucos annos Constantinopoli (legendum Nicenæ) congregata sub Irene & Constantino filio eius, septima & vniuersalis appellata est, vt nec septima nec aliquid diceretur, quasi superuacua ab omnibus abdicata est. Hæc ipsædem propemodum verbis leguntur apud Ammonium lib. 4. cap. 87. de Francorum gestis. Et Auentinus authenticus historicus lib. 4. Annalium, Scita Græcorum, ait, de Imaginibus adorandis in Concilio Francofurtensi rescissa & abolita sunt. Idem auctor testatur, extare peruestos Francorum annales, in quibus hæc legantur de Actis Francofurtens. Synodi: Pseudosynodus Græcorum pro adorandis imaginibus habita, & falsò septima vocata, ab Episcopis damnatur.

Caroli M. confutatio Nicenæ 2. Synodi.

Vrpergensis historicus refert, in hac Synodo Francofurt. communi Episcoporum auctoritate librum compositum esse contra Nicenam 2. cui omnes subscripserint Episcopi. Editus est etiam ante aliquot annos liber in Gallia, & postea in Germania sub Caroli M. nomine, vel quod illum conscribi Imperator iusserit, vel ipsemet. pro sua pietate, doctrina & diligentia eum post Synodum Francofurtensem composuerit. In eo refutat Synodum Nicenam 2. & præsertim statuarum adorationem damnat, prolixè & accurate reiiciendo vestitu, suffitu, lumina, & alia ornamenta statuarum, item & genucationem ante eas. Et inter alia dicit: Nos denique Prophetis, Euangelicis & Apostolicis scripturis contenti, & Sanctorum orthodoxorum Patrum, qui nullatenus in suis dogmatibus, ab eo qui est via, veritas & vita, deuiarunt, institutis imbuti, & sanctas & vniuersales sex Synodos, que pro varijs hæreson infestationibus à sanctis & venerabilibus patribus gesta sunt, suscipientes, omnes nouitates vocum & stultiloquas adinventiones abieciimus: & non solum non suscipimus, verum etiam tanquam purgamenta despiciamus. Sicut & eam, que propter adorandarum imaginum impudentissimam traditionem, in Bithinia partibus gesta est, Synodum. Cuius scripturæ textus eloquentia sensuque carens ad nos vsque peruenit. Hæc Carolus. Meminit huius libri Caroli Hincmarus Remorum Archiepiscopus, qui circa Caroli Magni tempora floruit, capite decimo, contra Hincmarum Lanauensium Episcopum, & restatur quod illum adolescentulus in regio Palatio legerit: citat etiam ad verbum integrum serè caput vigesimum octauum, libri quarti. Facit etiam huius libri mentionem Eccius in suo Enchiridio. Sed is qui edi illum librum curauit, multis firmisque rationibus euidenter probat, non esse suppositiuum aut adulterinum; prout hodie à pontificijs eius libri suppressionem cupientibus traducitur. Dicit inter alia, etiam Romæ in Lateranensi bibliotheca idem exemplar vetustis Longobardicis literis descriptum extare: id quod Augustinus Steuchus, eius bibliotheca præfectus, publico etiam scripto testatur.

Est verò illud quoque observatum dignissimum, quòd Papa Adrianus Francosurtensem hanc Synodum descriptis literis ad Imperatorem Constantinop. & Tharasium patriarcham probavit; legatos etiam suos ibi habuit, qui omnia decernere & comprobare adiuverunt. Auctoritate itaque Francosurtenfis Synodi, Imaginum veneratio nonnihil repressa fuit.

Sed tamen Adrianus & alij ipsum sequentes Pontifices in sua opinione perseverarunt. Et quoniam imagines nihilominus in ecclesijs, approbante Carolo, retentæ sunt, non quidem ut adorandæ, sed tanquam ornamenta & rerum gestarum memoracula: idèd mortuo Carolo imaginum cultum Rom. pontifices vehementius promouerunt, adèd ut Ludouicus F. Caroli libro longè acriore insectatus sit imaginum cultum, quàm ipse Carolus. Catalogus testium veritatis.

Constantinus verò Imperator Constantinopolitanus cum ex actis Synodi Francosurtenfis percepisset, decreta Synodi Nicæne verbo Dei esse contraria, sententiam suam mutauit: & plures alij doctores sub eo, ceperunt iterum cultum imaginum improbare. Platina & Bergomensis lib. 10. Necem igitur Irene, mater filio, intentat: & primò ipsum insidijs & prodicione circumuentum, imperio deturbat, oculos eruit, squallentibus carceribus includit, & tandem omnibus tormentis ex cruciatum occidit.

Licet autem filium suum crudeliter sustulisset, eam ipsam, ut videtur, ob causam, ut imperio recepto, dissentientes quoque omnes perimere posset, tamen imperio ad Nicephorum delato, ac sceleratissima muliere in monasterium detrusa, imaginum ille cultum damnauit, & Nicolaum eremitam aliosq; rectè sentientes ea de re defendit contra patriarcham, & alios iconolatras; prohibuitq; ne is Romano pontifici literas Synodicas mitteret, non tantum ob imaginum cultum, sed etiam quòd indignè ferret, Romanum Pontificem imperij partem ad Carolum M. transtulisse. Paulus Diaconus lib. 24. rerum Rom.

Nicephoro in imperio successit Michael gener eius: qui in eos, qui imaginum cultum damnabant sentire cepit: & Nicolaum eremitam, sociumq; eius, eò quòd imaginem Mariæ ob impiam venerationem remouerant, afflixit. Nicolaum palinodiam canere iussit, & alteri id facere detrectanti linguam præcidit, ex quo dolore extinctus est. Seuitum est etiam in alios, imaginum cultui, iuxta verbum Dei, contradicentes. Zonaras tom. 3. Michael verò cum apud Adrianopolim à Bulgaris, biennio postquam imperare cepisset, victus fugatusq; esset, ex desperatione imperio cessit, seq; in monasterium abdidit.

Regnum inuadit Leo Armeniacus, qui initio imperij, anno nimirum D. 814. errore de imaginum cultu fasciatus, in dissentientes austerior erat: ac iconolatræ ea occasione aduersarios suos premebant. Sed Leo à monacho quodam (monachi enim plerique tum clamabant, adorationem imaginum esse idololatriam) veritatem edoctus ex Isaia (cui assimilauistis Dominum? num imaginem eius fecit faber? aut aurifex similitudinem eius parauit?) agnouit illam idololatriam verè esse causam communium calamitatum, & imagines aboleri edicto iussit. Hæc res pijs halcyonia quædam parauit. Sed improbitas iconolatrarum, contra Imperatorem, adèd se exeruit, ut coactus sit Nicephorum patriarcham, qui in concionibus & scriptis adorationem imaginum contra verbum Dei propugnabat, in exilium mittere, ad seditionem auertendam. Zonaras tom. 3. Successit autem Theodorus, qui veram doctrinam de imaginibus professus est: sub quo pij nonnulli respirarunt, ac mitigauit Deus communes miseria, fuitque à Bulgaris & Saracenis mediocri tranquillitas. Id verò Satan more suo molestè tulit: ideoq; Michaelem Balbum, aliosque proceres eius, partim regnandi cupidine, partim præpostero zelo, quo imaginum adorationem tuebantur, extimulat & inflammat, ut per insidias bonum Imperatorem, in sacratio diuina carmina cantantem, adoriantur: manibusque & capite amputatis, reliquum cadouer in circum equestrem ignominiose trahant, filiosq; eius castratos in exilium mittant. Zonaras tom. 3.

Michaelem Balbum, qui Leoni successerat, sperabant imaginum cultum promoturum: ideoque Nicephorus patriarcha ad eum scribit, & rogat ut eas restituat. Verum ille respondet, se neque in religione, neque in statu Ecclesiæ quicquam mutaturum: neque coacturum

Adrianus in sua sententia persistat.

6. Ludouicus Pius contra imagines.

7. Constantinus Imp. sententiam suam de venerandis imaginibus mutat.

8. Nicephorus imaginum cultum damnat.

Michael patronus imaginum.

9. Leo Imp. primò defendit imagines, postea verò damnat.

Leo nefariè ab iconolatris interficitur.

10. Michael Balbus iconolatrarum hostis.



quenquam, ut aliter, quam veller, de Deo sentiret. Cum autem iconolatra, mendacij & cædis spiritu agitati, non cessarent turbas ciere contra recte sentientes, coactus fuit & ipse in illos animaduertere. Interq; alios Euthymium Sardinum Archiepiscopum, imaginum adoratorem in exilium eiecit, & Methodium in carcerem inclusit. Zonaras tomo 3. Facta sunt hæc circa annum Domini 824.

<sup>11.</sup> Theophilus imperator imaginum acerrimus hostis. Michaeli successit Filius eius Theophilus: erat is pietatis & iustitie acerrimus patronus, nec tantum cultores, sed & pictores imaginum persecutus est, ut populum ab idolomania & imaginum cultu abduceret. Cum autem filias suas quinque ad imaginum adorationem sollicitate intellexisset, non amplius ad eam permisisse eas accedere. Vxorem etiam Theodoram, cum per morionem cognouisset, imagines clam adorare, grauiter arguit, & idololatram appellauit.

Theodora mulier superstitiosa imaginum cultum promot. Extincto Theophilo, imperium Theodora vxor eius tutorio nomine administrauit, quod filius Michael nondum esset ad gubernationem idoneus. At licet Theophilus mortuus, vxorem suam Theodoram & Theostitum grauiter obrestatus esset, ne ob imaginum restitutionem Ecclesias turbarent: tamen illa ceperunt ea de re mouere turbas: restituerunt enim & imagines in templis, & earum cultum idololatricum, reuocatis ab exilio Episcops, quos Theophilus, quod pertinaciter idola tuerentur, pepulerat. Iuanes itaque patriarcha successor Antonij Casinate, qui & ipse successerat Theodoro, ab officio suo enouetur, & Methodius homo superstitiosus & imaginum venerator ac patronus ei successit: qui Synodo instituta imaginum venerationem acriter defendit atque restituit. Pij contradicentes affliguntur, inter quos præcipuus est Ioannes Patriarcha: cui Theodora iniussit oculos effodi, eo quod statuæ Mariæ oculos euulsisset: sed ira illius mitigata, ducentis plagis casus, & in monasterium detrusus est. Eadem pena quidam Episcopus Thessalonicensis affectus est. Zonar. 5.

<sup>12.</sup> Michael imperator iconolatriam prohibet. Claudius Taurinensis Episcopus contra imagines scribit. Filius verò Theodoræ Michael, remotam matrem, suscipiens imperium, per Bardum suum auunculum iconolatrias vicissim deiecit, & Ignatius ab officio patriarchatus, in quo Methodio successerat, deponitur, & Photius substituitur. Zonaras de Imperatoribus Græcis.

Dum hæc in Oriente fiunt, floret circa annum Domini 820. Carolo & Ludouico imperantibus, Claudius in Occidente, qui presbyter in palatio Caroli M. & postea à Ludouico Episcopus Taurinensis constitutus fuit. Is veritatem celestem sedulo docuit ac propagauit: & errores, corruptelas & superstitiones de adoratione Imaginum, intercessione & reliquijs sanctorum, de peregrinatione Romam versus ob penitentiam, de primatu pontificis Romani fortiter oppugnavit. In primis autem Imagines & Cruces remouit ex Ecclesia, propter adorationis abusum. Ob quod Paschalis pñifex & Thodsmirus abbas aliq; pontificij eum hereseos insinularunt. Pontificij assererant imaginum adorationem, eamq; fucare volebant, quod tantum esset recordatio Christi & Apostolorum aliorumq; Sanctorum, ac quod talis cultus non esset prohibitus in verbo Dei. Claudius contra dictum Mosis in dō Dei vrget, Non faciendam similitudinem omnium quæ in celo sunt, aut quæ in terra: idq; non tantum de idolis gentium, sed de omnibus creaturis dictum contendit. Deinde, cum sancti viuentes non passi sint se adorari, colligit inde, nullo modo eos velle, ut post mortem imagines eorum adorentur. Tertio, cum imagines Deus non sint, colligit eas esse creaturas: ac postea ostendit, prohibitum esse creaturas colere. Rom. 1. Quarto, per absurdum colligit, quod si ideo adoranda sit crux, quia Christus in ea pependerit: etiam sequi aliarum rerum adorationem, ut virginum & puellarum, quia virgo Christum in vtero gestauit & peperit: & præseps pannorumque, quia in eis iacuit: & nauum, quia in eis nauigauit: & agnorum, quia dicatur agnus: & pernarum ac leonum, quia dicatur petra & leo: & alia diuisuodi asserit in epistola ad Theodorum abbatem: Ex qua epistola quadam excerpta, Ludouicus Imperator ad Ionam Aurelianen. episcopum misit, ac ei precepit, ut suam sententiam de ijs exponeret. Sed ille metuit, ne posset veritatem expugnare, ideoque cunctanter rem peragit. Inter ea Ludouicus & Claudius moriuntur. Tum verò ille confidentissimè prodit, & ad Carolum secundum tres libros pro defensione imaginum scribit: ac in eo reprehendit, quod superstitiosa ac perniciose imagi-

zum adorationi, qua plebs Taurinensis laborabat, non eo quo debebat modo restiterit, nimirum infliccione & veritatis demonstratione: sed scandalosa abolitione & exturbatione imaginum, picturarum & crucium. Quasi vero credibile sit, Claudium non prius verbis refutasse imaginum & statuarum adorationem, quam eas ex templo eiecerit. Qui plura de sententia Claudij circa imaginum venerationem & adorationem cognoscere cupiat, legat Catalogum testium veritatis fol. 94. Non audet etiam Ionas imaginum adorationem aperte defendere, sed expresse inquit: Creaturam adorari eiq; aliquid diuine seruitutis impendi pro nefas ducimus, huiusq; sceleris patratorem detestandum & anathematizandum libera voce proclamamus, lib. 1. Et quidem Galliam dicit imagines habere, sed eas non adorari.

Reuertamur hinc ad res in Oriente gestas. Cum Ignatius successor Methodij, & adorationis imaginum patronus Constantinopoli ob excommunicationem Barde auunculi Michaelis Theophili F. ab officio esset depositus, & Photius substitutus, ut supra diximus, ac alij aliter ea de re iudicaret, Michael Imp. petijt à pontifice Romano, ut legatos suos ad dissidij compositionem mitteret. Pontifex ergo conuocat suos in cœtum, & re deliberata Rodaldum Portuensem episcopum, & Zacharium Anagninum eligit, eisq; literas & mandata tradit, vt ibi tantum rem cognoscant, & à Photij communiōe abstineant, cultumq; imaginum sacrarum restituant: vt patet ex epistola Nicolai pontif. tom. 2. Concil.

Romani legati cum Constantinopolim venissent, in confesso Episcoporum & sacerdotum tractatur de Ignatij depositione, Photij ordinatione, et cultu imaginum: rebusque diu discutatis, tandem legatos pontificis persuasos in suam sententiam deducunt, & cultus imaginum approbatur quidem, sed in eade Apostolorum promulgatur, quod Ignatius iuste amarus, & Photius iuste ritēq; surrogatus esset. Zonaras tom. 3. in vita Michaelis. Liber pontif. Epist. Nicolai tom. 2. Concil.

Pontificijs legatis reuersis, acta Synodi Constantinopolit. ab Imperatore mittuntur, & petitur approbatio per literas, in quibus quedam contra principatum Rom. pontificis obseruata erant. Pontifex autem obtinē cauens, ne quid de sua auctoritate & principatu imminuatur, Synodum colligit, & suos legatos male obitæ legationis accusat, acta illa omnia, præsertim autem Ignatij depositionem & Photij ordinationem, rescindit, ac Donatum Hostien. episcopum, Marinum Diaconū, Stephanum Nepelinum episcopum Constantinopolim amandat, ad eam Ecclesiam parandam, & Amethodium ac Ignatium consecrandum. Liber pontif. in vita Adriani 2.

Cum itaque legati Adriani Constantinopolim venissent, aduocantur Orientis patriarchæ, metropolitæ & Episcopi ad Synodum. Excogitauerat autem vt in libro pontificali indicatur, Rom. pontifex ad suam tyrannidem stabilendam, huiusmodi artificium. Libellū legatis suis dederat, quo omnes ad subiectionē, obedientiam, reuerentiamq; Romanæ sedis obligabantur, qui uellent Synodo illi interesse. Istum libellum porrigunt singulis ad confessum accedere cupientib. Illi qui subscriberebant intromittuntur: qui uero id facere recusant, cū ignominia foris relinquuntur. Cū hoc modo mancipia pontificis Rom. essent collecta, et optimi quiq; exclusi, sessione 10. Conciliabulum illud finitur. In decima & vltima sessione Canones 27. recitatur, quoru certius qui est de veneratione imaginū, ita habet: Sacra imaginē Domini nostri Iesu Christi & omnium Saluatoris, a quo honore cū libro Sanctorum Euangeliorū adorari decernimus. Sicut enim per syllabarū eloquia, quæ in libro seruntur, salutē consequuntur omnes: ita per colorū imaginariā operationē & sapientes, et idcirco cūcti, ex eo quod in promptu est, perfruuntur utilitate. Quæ enim in syllabis sermo, hæc et scriptura quæ in colorib. prædicat & cōmendat. Dignū est enim vt secundū cōgruentiā rationis, et antiquissimā traditionē propter honore, quia ad principalia ipsa refertur, etiam deriuatiue imagines honorētur & adorētur: vt sanctorū Euangeliorū sacer liber, et typpus pretiosæ crucis. Caranza Dominicus monachus huius Synodi Canones collegit: fatetur tamē Codices ita deprauatos fuisse, vt noluerit eos describere, sed in Epitomen tantū redigere: Alioquin acta huius Synodi in tomis Conciliarum non extant, et Zonaras patronus adorationis imaginū, eius nullā prorsus facit mentionē.



Quidam etiam referunt, non conuenisse in hac Synodo inter Græcos & Latinos, ideoque sine fructu discessum. Annonius verò lib. 5. cap. 28. de Francis etiam narrat, in hac Synodo Græcos, in fauorem Romani pontificis, adorationem imaginum, & alia quædam contra antiquos canones approbasse.

Mysteriū ini-  
quitatis vincit.

Atque ita factum est, ut post acria certamina, imagines tandem in omnes Orientis & Occidentis Ecclesias receptæ fuerint circa annum Domini 900. Cumque aliquandiu pro memoraculis tantū haberentur, paulatim tamen, ut natura humana ad superstitiones procliuus est, cultus diuinus ipsis exhiberi cœpit: quod ut progressu temporis magis magisque inuadit, ita etiam numerus imaginum indies auctus & multiplicatus est. Post hæc enim tempora etiam in Græca Ecclesia, de Romana nihil dicam, non admodum amplius publicè pugnatum fuit cœtra adorationem imaginum. Imò Zonaras & Nicetas scribunt pro heresi suis temporibus habitum, si quis non adoraret imagines. At cum scire rerum causas utile sit, iccirco iam in sequentibus de eo aliquid agemus.

### Signa & Miracula falsa ac mendacia pro confirmatione cultus & adorationis imaginum.

**I**maginum adoratio & cultus confirmatus primò, & deinde propagatus est non solum Romanorum pontificum effreni audacia, qua quidam attentare ausi sunt, & summa auctoritate, quæ paulatim ita excreuit, ut ab ea vel latum unguè recedere, summum piaculum fuerit; sed alijs quoque modis ac rationibus, inter quas MIRACULA, quæ circa imagines earumque cultum accidisse dicuntur, facile primum locum obtinent. Quia enim abiecerunt in primordijs statim regni Antichristi veram doctrinam verbi Dei supersticiosi homines, ideo digni erant, quibus, ad confirmandas omnis generis idolomanias ac impias opiniones, aut plurimæ fascinationes à malo spiritu obijcerentur, aut multa falsa, & inferioribus demùm seculis conficta pro veris nimium credulis hominibus obtruderentur.

1. Eiusmodi enim miraculum est quod ex Procopio Euagrius commemorat. Edesse vrbis ciues in summa rerum desperatione, cum iam iam vrbis à Chosroë Persico rege capienda esset, imaginem quam Christus ipse fecerit, & ad Abgarum miserit, ad fossam adduxisse, & immer sam aquæ contra rogam & ligna obiecisset; quo facto, mox struem lignorum in cinerem redactam, & aggerem, quem Chosroës extruxerat, ut pedestri impressione vrbem inuaderet, combustum fuisse. Supra autem indicauimus hanc historiam de imagine à Christo facta, & Abgaro transmissa, non literis traditam ab Eusebio, qui epistolæ Christi mentionem facit, sed eam inferioribus seculis Eusebianæ narrationi ab Damasceno & Nicephoro assutam, ut non tantum cineres defunctorum, sed etiam pictæ imagines maiori studio colerentur.

2. Paulus Diaconus lib. 21. Rom. rerum. prodigia cuncta quæ Leonis 3. Imp. tempore acciderunt, Leonis impietati ascribit, qua sacras imagines sustulerit, non iræ Dei, quam istiusmodi pœnis aduersus idololatriam demonstrari: è contra verò, liberationem vrbis Constantinopolitane sub eodem Imperatore factam intercessioni Mariæ attribuit. Qua de re etiam Vincentius lib. 23. cap. 147. ita nugarur: Fertur, inquit, Saracenos hoc modo perijisse apud Constantinopolim. In monasterio sanctæ Dei genetricis iuxta palatium, prope S. Sophiam, erat imago B. Mariæ, quæ tenebat infantem in brachio, quam depinxit in tabella S. Lucas, cum adhuc viueret S. Maria. Hæc imago vocatur Odigitria, id est, Deductrix: quia duobus cæcis apparuit S. Maria, & deduxit eos ad suam Ecclesiam, eosque illuminauit. Cum ista imagine faciunt processionem omni die Martis, per totam ciuitatem. Cum ergo obsessa esset ciuitas, & ciues ieiunarent & orarent, simulque pugnarent: quidam ciuis admonuit, afferri illam imaginem, & ab omnibus orationem ad illam fieri hoc modo: Sancta Dei genetrix, quæ toties nos liberaisti, libera nos modo de inimicis filij tui: & si vis ut imaginem tuam non mergamus in mari, merge illos. Et cum hæc dixisset, ille secretè imaginem tenuit sub vndas, & statim procella surrexit, & omnes naues Saracenorum aut merfit, aut fregit. Hanc fabulam finxit Vincentius,

Vincentius, qui claruit circa annos Christi 1240. inde quod P. Diaconus, qui post Leonis I. sauri tempora annis circiter 50. floruit, scriptum reliquit, Constantinopolim B. Mariae liberatam intercessionem.

In hunc finem etiam Pontificiorum nonnulli commemorant illud, quod anno 24. Const. 3. tini Copronymi acciderit in Berycto, ubi imago Christi à Iudeis contumeliose trahata, aper- to latere sanguinem & aquam effuderit. Sed quid de hac fabula sentiendum supra monuimus.

P. Diaconus lib. 21. rerum Rom. Constantinus quidam, inquit, Strator Artabasi vidēs 4. imaginem Dei genitricis stantem, apprehensum lapidem aduersus eam proiecit & contriuit, & cum cecidisset, calcauit. Et vidit in somnis astantem sibi Dominam nostram & dicentem, Nolli quàm fortem causam in me operatus fueris? verum contra caput tuum hoc fecisti. Postea verò dum Saraceni aduersus murum congregationem facerent, & ageretur bellum currens ad murum vt fortis miles infelix ille, eicitur à lapide transmissio ex Mangore, et contriuitum est caput eius & facies.

In Nicena 2. Synodo ad comprobendam Imaginum adorationem inter alia ad Mira- 5. cula etiam confugiunt, quæ per imagines edita fingunt, quo nouum dogma plus authoritatis ac roboris habeat. Nam Actione 4. Constantinus Cypri Episcopus narrat, armentarium quendam, qui imagini Mariæ stimulo dextrum oculum euulserat, postea in agrum egressum, cum percuteret pecus sibi ipsi oculum elisisse. Et alium quendam, eò quòd per caput imaginis 6. eiusdem in pariete depictæ clauum infixisset, ingenti dolore capitis affectum idem: quo non prius liberari potuerit, quàm clauum extraxisset, ibidem negatur Episcopus idem. Agare- 7. num etiam Conto oculum statuæ Mariæ in Gabala ciuitate Syria euellere conantem, sibi oculum effodisse, & ardenti febre correptum esse, ibidem asseritur. Indicant etiam, quòd S. 8. Anastasius apparuerit mulieri paralytica, & dixerit: descende ad Terrapylum, sanctique Anastasij intercessionem apud Deum poste: quæ ad templum illud delata, cum sancti ima- ginem conspiceretur, dixit: Hic est, qui in somnis mihi apparuit. Et in terram se proster- nens, & martyrem flebili oratione placans, sana surrexit. Et alius quidam addit, muliercu- 9. lam obsessam, Romæ ad imaginem Anastasij sanatam. Ex Sophronio tale miraculum in ea- 10. dem Synodo citant: Ingressi templum, vidimus picturam, representantem in medio imagi- nem: Christi, Mariam à sinistris, à dextris autem Baptistam. Præterea cæcus Sanctorum, qui ante imaginem procedebant & intercedebant. Christus verò commiseratus amuit, & ante imaginem inquit illi date. Et sancti ad me aiunt: Ecce gratiam Deus tibi dedit. Ac a- lius quidam Episcopus subiicit, hæc imago adhuc hodiè Alexandria existit, & omnes mor- bos sanat.

Alius quidam uxori ægotanti dixit: si domi essem, possem cerea Sanctorum meorum 11. Cosmæ & Damiani imagine omnes dolores tuos auferre. In somnis Sancti illi apparuerunt muliercula, quæ expergefacta rogauit virum de forma illorum Sanctorum. Vir verò recor- datus, quòd soleret peregrè imaginem illam secum ferre, ostendit eam uxori, quæ cum vidisset, adorauit, & sanata est. Manzon quidam dicit: Ego in morbo iussi, vt inferrent ad me 12. Christi imaginem, quam cum vidissem, dixissemque Domine, qui das Sanctis gratiam respice me, imposui eam loco dolenti, & morbus repulsus est. Item muliercula ægotans, cum præ- 13. torminibus ingredi non posset, respit ad illum locum, ubi in parietibus effigies Cosmæ & Da- miani depictæ erant. Et quia fide pro scipione vtatur, confestim sanitati restituta est. Aliud ibi recitatur, quòd demon dixerit ad quendam monachum, se cum missum factum, si non amplius adoret imaginem Mariæ. Vnde colligunt cæci homines, cultum imaginis Ma- 14. riæ prodesse contra Satanam. O insignem consequentiam. Aliasq; multa in hanc sententiam ibi commemorantur, quomodo pictæ imagines inuocantibus se distillarint guttas roris & vi- guentorum, quibus morbi sanati, & quomodo imagines læse, vltæ fuerint contemptores suos.

Actione 5. muliercula quædam dicitur fodiens puteum, cum aquam non inueniret, vi- 15. disse in somnis quendam ad se dicentem: Mitte vt simulachrum Abbæ Theodosij asseratur,



16. & Deus tibi dabit aquam. Cumq; imago esset allata, demiserunt eam in puteum, & confestim aqua scaturijt. Rursus, Abbas quidam habebat in spelunca imaginem Mariæ, habentem in vultu Christum. Quando verò abiturus erat ad loca sancta, candelam parabat, eamq; pro more suo accendebat. Cum verò accinctus ad iter preces funderet, dicebat ad Dominam, totus in imaginem eius intentus: Sancta Domina Deipara, quia longum mihi restat iter, candelam tuam cura, eamq; inextinctam serua: nam ego tuo fretus presidio longum iter ingrediator. Et hæc cum ad imaginem dixisset, abiit. Reversus autem post menses quinq; aut sex, candelam tamen semper ardentem, nec unquam extinctam inuenit.

17. Marcum præterea quendam fabulantur crucem argenteam fabricasse, cumq; illam erigeret, tres in illa imagine per se enatas apparuisse, & Hebraicè scriptum fuisse in superiore parte Emanuel: vtrinq; verò in summitate alarum, Michael & Gabriel. Ac Ducem quendam visis illis imaginibus, cum virtutem quandam in his esse cognosceret, protinus crucè adorasse.

18. Zonaras in vita Michaelis Balbi refert, vnum ex filijs Leonis Armenij Imp. qui Sabaius Constantinus dicebatur, cum vocem amisisset, Deum feruentissimis precibus orasse, et magni patris Gregorij Theologi statuam continentem accessisse, vt sibi loquendi facultas restitueretur: Sanctum autem aliquando in somnis ei astitisse, & iussisse vt surgeret, ac illud (Iesus meus) iterum legeret: eo igitur viso, fratrem Ecclesiam ingressum esse, & citra vllum impedimentum vocis legisse.

19. Huc etiam pertinet fabula que in vita Damasceni extat, fuisse scilicet Damasceno, eò quòd adorationem imaginum defenderet, dextram manum, procurante Leone, abscissam. Ipsum verò ad virginis Deiparæ quandam imaginem confugisse: ab illa, cuius causa in tantam calamitatem esset coniectus, opem atq; auxilium maximis precibus contendisse, & vt stipendio aliquo miraculo declararet, causam quam defenderet piam & iustam esse petiisse. Et ecce in somno manus ipsi subito restituta est, & in somnis cælitus sibi admoneri visus est. Ne à defensione adorationis imaginum desisteret.

20. Urspergensis in Chron. & Annonius lib. 4. cap. 110. de Francis indicant, in vico Grabadona, ad ciuitatem Cumerensem Italie, in Ecclesia Ioannis Baptistæ, imaginem Mariæ gestantis Iesum depictam in abside, & ob vetustatem obscuram, per triduum magno splendore effuluisse. Et Luitprandus lib. 1. cap. 8. de rebus Europæ nungatur, sacras imagines salu-

21. casse Formosum pontificem Rom. ad Petri ecclesiam deportatum.

22. Robertus Gagauinus lib. 6. de Francis, Dum, ait, de pace inter Henricum Anglorum & Philippum Francorum reges agitur, quidam introducti à Ricardo Henrici Anglorum regis filio satellites, quos illa etas Cocorellos appellauit, dum alea ludunt, quidam perditurum mis blasphemus in Deum, dum simulacrum virginis filium dextra gestantis in templi vestibulo aspicit, iacto in imaginem lapide brachij partem à filio abrupit: ex quo profluens cruor, multis egrotantibus remedium præstitit. Sacelles autem virginis cõtempor à demonio mox abreptus, eodem die spiritum miserabiliter efflauit.

Aliaq; huius generis multa miracula inuenire licet in pontificiorum scriptis, in quibus de imaginibus fingunt, quòd sudarint, lacrymarint, viderint, ab vno loco in alium migrarint, loquuta sint, & similia fecerint, quæcumq; nimirum eorum custos seu adiciunt, et sacerdos vel monachus quispiam versutus ac fraudulentus voluisset. Et conscripsit annis abhinc 178. Ioannes Herold Dominicanus monachus librum, cui titulum fecit, Sermones Discipuli de Tempore & Sanctis ac in lucem prodijt anno Christi 1510. in quem tot ridicula, vana, falsa & ficta miracula ab imaginibus Sanctorum & præsertim Mariæ virginis edicta congestit, vt ijs hic annotandis bonas chartas commatulare pigeat.

His autem & similibus miraculis putant se egregie euincere posse imagines esse complectendas, salutandas, osculandas, colendas, adorandas & in summa veneratione habendas. Nec aduertunt se ea omnia, partim ex Martyrologijs & Vitis Patrum, quæ ab ipso Gelasio pontifice Rom. dist. 15. apocrypha pronuntiantur, partim ex alijs suspectis authoribus citare, quibus ne ipsi quidem fidem in omnibus habeant. Deinde cum dogma de adoratione imaginum

De Miraculis  
imaginum quid  
sentiendum.

imaginum nouum sit, sine auctoritate scripturæ, & absq̃ veris primitiua ecclesie testimonijs superstitiosè inuectum: scriptura diserte monet, ne ad suscipiendum nouum dogma, vel signis vel prodigijs nos permoueri patiamur, quia hoc prætextu soleat Satan mendacia & falsa sua dogmata spargere ac disseminare. Deuter. decimotertio Matth. vigesimoquarto secunda Theij. secundo. Et veritatem Deus non vult à mortuorum spectris, nedum à lapideis aut ligneis atque adeo nutis imaginibus, sed ex Lege & Euangelio inquiri, Esa. octauo Luce sedecimo.

Carolus Magnus cum ad ea, que in Nicæna 2. Synodo de miraculis apud vel per imagines editis, fuissent proposita, responderet in libro à se contra synodum illam edito, primò negat ex villo probato auctore demonstrari posse miracula aliqua per imagines Christianorum edita vnquam fuisse: vel si maximè possit, dubitandum, ne per angelos tenebrarum, aut eorum seruos seu ministros facta sint. Nam & vsu compertum est, & exemplis testimonijsq̃ probari potest, à demonibus plurima miracula fieri, similia miraculis que fiunt per sanctos seruos Dei. De ijs verò D. Augustinus ait: Non oportet moueri, cum magicis artibus miracula fiunt per sanctos seruos Dei, sicut scriptum est in Exo. quòd Magi Pharaonis fecerunt nonnulla similiter sicut fecit Mosès. Non ergo hæc oportet mirari, quia omnia que visibilibus fiunt, etiam per inferiores potestates aeris huius non absurdè fieri posse creduntur. Et Gregorius Magnus, miraculorum alioqui eximius tum admirator tum prædicator, Nolite, inquit, fratres mei amare signa, que possunt cum reprobis haberi communia. Aut si nec diaboli, sed Dei operatione facta sint miracula non tamè sequi docet Carolus vè ea omnia, in quibus vel per que facta sint propterea adorari debeant. Vel quia Dominus de rubo in igne Mosi locutus est, ideo rubi adorandi sunt? non enim ideo in rubo apparuit, vt rubi materiam adorandam censeret, sed vt per eius spinas peccata, pro quibus lex venerat, demonstraret. Aut quia in igne Dominus apparuit, ideo ignem adorandū decreuit? Vel quia in monte dignatus est apparere, montium adorationem creditur statuisse? Nūquid quia virga Mosi in serpentem conuersa, eademq̃ maris rubri aquas diuisisse legitur, ideo virgæ adoranda sunt? Aut quia aque amara ligno dulces reddita sunt, iccirco ligna adoranda erunt? vel quia aenei serpentis in spectio populum à serpentum moribus liberauit, propterea aut es aut serpentes adorandi creduntur? Et quia percussa flexa exustis in aruis laticum fluenta produxit, & scientem populum sitis ariditate liberauit, quæq̃ Christi figuram gessit, sicut etiam virga Mosi, & serpens in deserto aeneus, ideo aut lapides aut latices adorandi erunt? Aut quia virga Aaron, qua B. Virginis partus inuicitur, floruit & fructus protulit, ideo virgæ adoranda sunt? Numquid quia Samson mandibula asini mille viros peregit, eiusdemque mandibule molare emulso aquarum fluentis satiatu est, typum gerens nostri mediatoris, qui morte sua aërias potestates deuicit, & spiritalibus fluentis fidelium, qui vtrique membra eius sunt, arentia corda irrigauit, idcirco mandibule asinorum, aut molares adorandi erunt? Aut quia Helias pallio suo, dominicæ incarnationis figura, Iordanem dixisse legitur, ideo pallia adoranda creduntur? Vel quia Naaman Syrus in flumine leproa contagio ablutus est, per quem gentilitas Christi baptismo ab idolorum contagione abluta figurata est, propterea flumina adoranda erunt? Aut quia simbria Dominicæ vestis, cuius contactu scemina sanitatem recepit, ideo simbria adoranda sunt? Vel quia Perri umbra infirmi sanati sunt, iccirco umbrae adoranda nobis? Non igitur, vt diximus, omnes res per quas vel in quibus miracula quedam Dei ordinatione edita sunt, adorari debent. Quod si hæc res in quibus miracula apparuerunt adoranda non sunt, multo minus imagines adorande creduntur, in quibus vel per quas quedam miracula apparuisse, nulla authentica lectione monstratur. Hucusq̃ Carolus Magnus.

Denique si absque scriptura, & contra scripturam, ex solis miraculis ac prodigijs de cultu & adoratione imaginū statuendum esset, iam dudū vicisset Ebnica religio, in qua apud imagines præsertim, similia, aut longè maiora etiam miracula acciderunt, sicut Ebnici auctores

De imaginum  
miraculis Caro  
li Magni iudicium.



Miracula apud  
imagines Eth-  
nicorum cãit.

ea magno numero proferunt: ex quibus aliqua saltem hęc commemorare libet. Narrat Lu-  
cianus in Philopseudo miraculum, quod dicit fuisse celeberrimum, statuae Memnonis, in tem-  
plo Serapidis, Aegyptijs Thebis, ea sponte sua mane cum radijs solis tangeretur suauem e-  
mittebat sonum, & nescio quid lachrymabile sub eiusdem occasum, cum matris aduentu læ-  
tari, tristari discessu putaretur, ut testatus est etiam Cornel. Tacitus, Strabo lib. 17. Nata-  
lis Comes Mythol. lib. 6. cap. 3. Hanc statuam reddere etiam responsa consueuisse antiqui di-  
xerunt. Palladium, seu Palladis simulachrum antiquissimum fuit in arce Troiana, quod eo  
tempore quo arx templumque Mineruae adificabatur, de caelo cecidisse creditum fuit, & in  
templo nondum recto sibi locum delegisse. Quae res cum omnibus maximo esset miraculo, ab  
Apolline responsum est, tandem urbem incolumem fore, quandiu simulachrum illud intra  
mœnia seruarietur. Itaque tẽpore belli illius, quod communibus viribus Græcia tota aduer-  
sus Troianos gessit, cum alia spes capiunda urbis non esset, nisi prius sublato Palladio, datũ  
negotium est Vlyssi & Diomedi ut per cloacas in urbem ascenderent, fataleq; Mineruae si-  
mulachrum auferrent. Quo facto, urbem tutelari nomine Palladis spoliatam, infirmã, ca-  
puq; non admodum difficilem reddiderunt. Suidas, & Augustinus lib. 1. cap. 2. de Ciuit. Dei.  
Herculis quoq; simulachrum sua sponte rase delatum serunt ad promontorium quoddam, in-  
ter Chios & Erethrios, & utriusque ad se illud trahere certabant, sed frustra tentatum: nam  
dimoueri inde non poterat, donec Phormio senex piscator cæcus factus est morbo: qui noctur-  
no visumonitus, iussit mulieres comas incidere, & exinde funem consicere, sic enim fore ut  
nauis sequeretur: nobiles mulieres id facere abnuerunt: Thresse quaedam liberta paruerunt,  
& ex capillis contorta rese, nauis ad Erethriensium usq; urbem secuta est, & visus etiam  
Phormioni restitutus. Quare deinceps simulachrum hoc summa reuerentia totius Græcia  
& Ionia cultum est: eiq; templum, quod solis Thressis ingredi fas fuit, conditum est, & con-  
secratum. Valerius Max. lib. 1. cap. 102. Captis, inquit, a Furio Camillo Veijs, milites iussu  
Imperatoris simulachrum Iunonis Monetae, quod ibi præcipua religione cultum erat, in ur-  
bem translaturi sede sua mouere conabatur: quorum ab uno per iocum interrogata Dea, An  
Romam migrare uellet, uelle se respondit. Hac uoce audita, lusus in admirationem uersus  
est. Iamque non simulachrum, sed ipsam caelo Iunonem petitam portare se credentes lati in  
Auentino collocarunt. Fortuna etiam muliebis simulachrum non semel, sed bis loquutum i-  
dem auctor est eodem libro cap. 103. ubi Iodocus Beadius Ascensius recte annotat, mutorum  
non esse loquelam: quod si igitur simulachra hæc loquuta sint, demonum fraude id factum, qui  
in simulachris gentium subinde locuti fuerint. Sed quid uetat, quo minus idem de Christianis  
etiam etiam imaginibus & statuis dicamus? Refert idem cap. 106. penates Deos Aeneam  
Troia aduectos Lauinij collocasse: inde ab Aescanio filio eius Albam, quam ipse condiderat  
translatos, pristinum sacrarium repetiisse: & quia id humana manu factum existimari po-  
terat, reatos Albam uoluntatem suam altero transiit significasse. Quibus hæc addit Vale-  
rius: Nec me præterit de motu & uoce Deorum immortalium humanis oculis auribusq; per-  
cepto, quam incipiti opinione existimatio uersetur: sed quia non noua dicuntur, sed ardua  
repetuntur, fidem auctores uendicent, & nostrum sic in lychis literarum monumentis conse-  
crata perinde ac uana non resugisse. Videtur hęc Valerius homo Ethnicus dubitare uerane  
sint an non quæ de penatibus Troianorum & simulachris gentilium auctores referunt: &  
nostros, hoc est Christianos non modo non pudet, de similibus prodigijs ac miraculis apud i-  
magines editis nihil dubitare, sed etiam ex ijs de doctrina ueritate iudicare non erubescunt.  
Testatur idem cap. 110. quod aëusto sacrario Saliorum nihil in eo præter lituum Romuli in-  
tegrum repperit sit: Et quod Seruij Tullij statua, cum ades Fortunæ conflagrasset, inuio-  
lata permanjerit: Item, quod Quintæ Claudie statua in vestibulo templi Matris Deum posita  
bis ea eade incendio consumpta, prius P. Nafica Scipione & L. Bestia: item M. Seruilio &  
L. Lamia Consulibus, in sua basi flammis intacta steterit.

Eusebius quoque lib. 9. cap. 3. testatur, quod statua Iouis hæc uerba clarè proloquuta sit:  
Christiani omnes procul abegentur. Zonaras etiam Annal. lib. 3. recitat, sub Anastasio si-  
mulachrum

mulachrum aeneum Fortunaë urbana muliebris specie, quod alterum pedem in navi ante se posita, aenea & ipsa, haberet, alicubi in vrbe stetit, cuius nauis vel vetustate corrupta, vel per insidias contusa fragmenta quaedam ablata fuerint. Ex eo naues onerarias Byzantium non amplius appulisse: sed cum propè accessissent, violentia ventorum repulsas esse: ac nisi longæ naues multis concitata remigibus, sarcinas earum in vrbem peruexissent, populum fortasse fame periturum fuisse. Quæ res cum ad tempus durasset, curæ fuit magistratibus: causaque mali à quodam solerti coniectura indagata, fragmentis naues illius aeneæ studiosè cõquisitis, et in suum locum restitutis, expeditam nauigationem, & mare nauigijs repletum fuisse.

Hæc si diligenter conferantur, mox apparebit signa vel miracula apud statuas Ethnicorum edita maiora esse, quàm quæ Christiani vnquã proferre possint. Si finem vrbobique spectes, propterea facta sunt, vt errores & superstitiones confirmet, & in cautos à Deo eiusque filio, qui veritas & vita est, abducant. Proinde etiam vnum eundemq; authorem habent Satanam, qui pater superstitionum atq; mendaciorum à Seruatore nominatur.

Permisi autem ista non tantum apud Ethnicos, sed etiam apud Christianos fieri Deus, multas ob causas. Primò, vt suorum fidem tenet atque prober, de quo Moses scribit Deut. 13. ad hunc modum: Si surrexerit in medio tui Propheta, aut qui somnium somniet, dederitq; tibi signum aut portentum, quod prædixit tibi, atq; dicat tibi: Eamus post Deos alienos, quos non nouisti, ac seruiemus eis: Non audies verba prophetae illius, aut eius qui somnium eiusmodi somniauerit, quia tentat vos Dominus Deus vester, nũ sitis amantes Domini Dei vestri in toto corde vestro, & in tota anima vestra. Deinde propter reprobos ista fieri sinit Deus, vt efficaci illusionè decipiantur, qui veritatis doctrinam amplecti nolunt. Vnde & Gabriel Biel in Canon. lect. 49. concedit quidem apud imagines interdum miracula fieri, sed operatione demonum, ad fallendum inordinatos cultores, Deo permittente, et exigente talium infidelitate. Ea re nequaquam in miraculis obstupescere debent homines Christiani: vt propter ea doctrinam nouam & Euangelij veritati contradicentem admittant, sed potius ad verbi Dei canonem miracula illa examinent, verane an falsa sint. Nam etsi reuera fiant, quoad opus exterium, falsa tamen & mendacia sunt, cum in finem malũ fiant. Itaq; verbo Dei ita nos afuscere oportet, vt ne angelo quidẽ de cœlis delapso credamus, qui prædicarit præter id, quod olim Apostoli tradiderũt: nedũ vt propter signũ fallax et incertũ de vera fide in Christũ dubimur.

#### Imaginum cultus & adoratio promota etiam à Monachis.

Perromouerunt etiam cultum & adorationem Imaginum ac picturarum in templis mirandam in modũ Mendicantes Monachi, qui circa annos Christi 1200. exorti sunt, inertes, audaces, ceruicosi, peruersè religiosi, et ad superstitionẽ plantandã mirificè idonei. Hi simplicitate & stultitia vulgi abutentes ad suũ quæstũ, picturis, imaginibus, statuis, sculptilibus, ornamentisq; quib. mundus delectatur, validè ipsum induxerũt in errorẽ, et vauissimis nugis in eodem retinuerunt. Plurimi enim ex illorũ turba vastissimos libros scripserũt, quibus vix orbis totius plastra vehendis sufficeret, de Dijs vel Sanctis, de Imaginibus, de cultu & veneratione Diuorum, reliquiarumq;, de vitis & miraculis Sanctorum, digni mehercle libri qui simul omnes in imum barathrum projiciantur. Sed illis fidem habuit simplicitas, vtinam in tanta luce Euangelij non amplius haberet.

#### Rationes quibus Adoratio Imaginum partim defenditur partim excusatur: earumq; confutatio.

SVprà indicauĩ, cum imagines semel in templis fuissent collocatæ, & ex ciuili earum vsu Ecclesiasticus & sacer factus esset, qua via paulatim ad illarum adorationem peruentum fuerit. Ea verò in Nicæno 2. Concilio publicè primò fuit defensa & confirmata, adeoq; idololatritum demũ quoque primò in Christi Ecclesia fuit approbata & recepta, quæ pro-



Primum argu-  
mentum à diffe-  
rentiâ Dulce  
et Latrice sum-  
ptum.

gressu temporis magis magisque inualuit. Observatione autem dignum est quibus argumen-  
tis & rationibus idololatricæ crimen à se depellere frustra conentur. Magnam in adorandi ra-  
tione differentiam fingunt, & imagines suas se non adorare vt Deos clamant, sed potius eam  
adorationem quæ soli Deo debetur, expressè negare se sacris imaginibus dicunt: tribuere au-  
tem illis genus quoddam inferius reuerentiæ atque adorationis, quod nihil aliud sit quàm re-  
cognitio virtutis aut excellentiæ alicuius, externo signo, veluti religiose osculando, corpus in-  
clinando, genu stectendo alijsq; eiusmodi testata, sic enim Hardingus contra Iuellum Episco-  
pum Sarisburiensem scribit: & hoc quidem Δαλας, illud verò λασπέλας fūco defendere ni-  
tuntur. Hanc distinctionem D. Augustinus primus confinxit, nec enim ante illum apud vl-  
los Patres legitur: non quòd ea imaginum cultum & adorationem palliare voluerit, vt ho-  
diè à pontificijs fieri solet, sed in genere tantum inter cultus religiosos hac ratione distinxit,  
& eum qui debetur vni Deo, λασπέλας vocauit: Δαλας verò nominauit eum, quem et-  
iam creaturis impendere licet. In epistola 40. ad Deogratias, & contra Faustum libro 20.  
capite 21. λασπέλας vocat eam seruitutem, quæ Deitati solum exhibetur, ibique addit v-  
no vocabulo, à Latinis enunciari non posse: de Ciuitate quoque Dei libro 20. capite primo  
de his rebus multa præscripsit. Quibus Pontificij recentiores tertium addiderunt, ὑπερ-  
Δαλας scilicet, quam excellentissimè creaturis, Maria inquam, & humanæ Christi na-  
tura attribui volunt. Hæc non alienum ab instituto nostro fore arbitror, si probauerim,  
hanc distinctionem non esse veram, Grammaticam & Theologicam, sed vanam, & ex  
inscitia linguarum natam, eaque nil nisi superstitiones & idolomaniæ sine causa, sine ra-  
tione, sine iudicio, sine autoritate defendi. Faciam hoc autem non meis, sed doctissimi  
viri verbis Laurentij Hamfredi S. Theologie apud Angliam professoris  
Regij. Is igitur in libello de Iuelli Episcopi vita sol. 156. Dum nos, inquit, velut seruos  
& mancipia in Sanctorum obsequium addici vultunt vt Sanctis Δαλας exhibeamus,  
quid aliud à nobis quàm grauissimam seruitutem, humillimam subiectionem erga homines  
exigunt? Nam Δαλας Græcè acerbæ & dura est seruitus, vt Abodah apud Hebræos,  
apud quos inter Sherech & Abad, id est, inter ministrare & seruire, hæc est differentia,  
quòd illud prius ministerium sit liberorum, seruorum posterius. Genes. nono Cham erit  
seruus fratris suis: qui titulus hodie non seruilis est, sed papalis, & hæc Domi-  
ni maledictio à Papa in optimam benedictionem versa est. Exodus. secundo genuisse Israëlitas  
legimus, ac propter seruitutem suspirasse. Esaias decimoquarto variaturatur populum ab  
onere, tributo, dolore & seruitute dura immunitatem & requiem consequuturum: quæ gra-  
uissima Seruitus à Septuaginta. Δαλας conuertitur. Augustinus de Ciuit. Dei libro decimo  
Δαλας notat esse, quæ quis sui iuris non est, sed planè seruit alteri. Hesychius admonet, Pho-  
loxenum Musicum propterea Dulona cognominatum, & ciuitatem quandam Dulon, valdè  
scilicet oneribus seruilibus oppressam, & diem captiuitatis appellari apud poetas Dulion.  
Græci quoq; inter λασπέλας & Δαλας hoc solum discrimen statuerunt, quòd alterum sit pro-  
pter mercedem operam locare, alterum planè seruiliter & gratis sine pretio aut premio vlla  
seruire. Eustathius in suis Parecholis in Homeri Iliada refert, λατρεν mercedem vocari  
apud veteres: vnde latrones antiquitus, mercenarij milites dicebantur, quos nescio quans  
rectè, aliqui sic dictos putarunt, quasi Laterones, vt qui regum ac principum latera stiparent:  
& λατρεν apud Aristophantem famulum, λατρεν verò ancillam significat. Suidas λα-  
τρεν definit, esse Δαλας & seruitutem propter mercedem: atque hoc sensu sacre literæ λα-  
τρεν interprecantur etiã. Vbi enim præcipitur, Ne seruale opus die Sabbati fiat, λατρεν-  
τον in Græco scribitur. Rectè itaq; pontificij Δαλας sibi famunt, quandoquidem & duriter  
& gratis seruiunt. Vt enim à Sanctis non sunt conducti, ita nec à Deo, nec à abipsis, quorum  
serui esse volunt, vllum salarium, vllum stipendium accipientes.

Ex quibus simul perspicere potest, Duliam & Latricam sæpè confundi & synonyma esse,  
Ad hæc cultum diuinum, & contra, omnem seruitutem humanam vtraque voce denotari,  
quis

quis est vel mediocriter doctus qui ignoret? Deuter. 28. capit. λατρεία Dijs alienis, lapidibus & lignis tribuitur. Eodem capite ait Dominus, ἀνθ' ὧν ἐκ ἐλάτρευσεσ κινεῖω τῶ θεῷ σε, λατρεύσεις τοῖς ἐχθροῖς σε. Et ut Moses Deuter. 34. nominatur seruus Iehoua, ita Paulus aliquoties se Christi δούλον vocat. Ac quod idem Paulus Rom. 1. dicit, μάστρω μω εἰς τὸ θεῶς, ὡ λατρεύω, id Oecumenius ita interpretatur, λατρεύω διον θεῶν. Et in Actis ait, se apud Ephesos perseuerasse θελεύοντα τῶ θεῷ. Ad Colossenses inquit, θελεύετε τῶ θεῷ. In Mattheo scribitur cap. 6. εἰ δὲ ἠθέθε θεῶ θελεύειν καὶ μαμμωνᾶ, vbi verbum θελεύειν scribitur, ut commune vtrique cultui. Quin ipsemet Augustinus non videtur constanter hanc distinctionem retinuisse. Etenim quæstione in Exodum 94. tractans in 23. cap. hæc verba: Si seruietis Dijs alienis, tibi erunt offendiculum, Hoc loco, inquit, est θελεύω non λατρεύω.

Ceterum ut hæc clariora sunt, quàm ut dissimulari possint, & firmiora quàm ut reselli queant, & notiora quàm ut negari debeant, ita illud potius agendum nobis, ut probemus hæc siue λατρείαν siue θελείαν prout à nobis modò descripta est, semper Deo, nunquam Sanctis mortuis aut ipsorum imaginibus accommodari, ne tantum verbis inherere videamur. Deut. 10. Moses dicit, κέρειον τὸν θεῶν σε φοβηθήσῃ, καὶ ἂν τῶ λατρεύσεις. Quam Emphaticè Christus Matt. 4. sic expressit, ἀπὸ μόνω λατρεύσεις. Contra Duliã Sanctorum aut Diuorum Exod. 20. clamat Dominus ἀ προσκλήσεις αὐτοῖς, εἰ δὲ μὴ λατρεύσεις αὐτοῖς. Et Deut. 11. vult, ut Dominum toto corde nostro, & tota anima nostra colamus & diligamus. Vult Luca 1. ut liberati de manibus inimicorum nostrorum, benedicto Deo Israelis omnibus diebus vitæ nostræ in sanctitate & iustitia seruiamus. Non vult Israelitas Deum colere & Baal, id est, vllum alium sponsum seu maritum eligere, aut vllum alium Dominum habere: nam hoc modo colere Helias dicit esse claudicare. Gentes quæ Deum timuerunt, & simul Deos suos coluerunt, in lib. Regum obiurgantur: & qui iurant per Dominum & per Melchom apud Sophoniam excinduntur. Qui Deum solum nominat, & ipsum emphaticè exprimit, & totum cor & animam, et omnes dies vitæ nostræ, & omne genus seruitutis & cultus, omnem θελείαν et λατρείαν à nobis requirit, & cæteras creaturas ab hoc honore excludit, & omnem in vtraque partem claudicationem prohibet, quæso quem tandem cultum, aut cuiusmodi seruitutem Diuis eorum, imaginibus reliquam facit? Internum cultum ijs negant Pontificij: externum quia sine interno nihil est, & quia eum mortui non petunt, imò quia Scriptura non dat ipsis angelis, nos illis non concedimus. Quem enim honorem illis deberi contendis? Si templa cõdidi, si sacra fieri, si sacrificia illis constitui volueris, id Augustinus de Ciuit. Dei libro 8. cap. 27. non permittet. Aram illis extrues? idem non probabit, De verbis Domini secundum Mattheum, serm. sexto cum ait: Nemo mihi dicat, non est numen, non est Deus, &c. pro qua re isti idololatræ habeant, Ara testatur. Si incuruationem, genu flexionem, adorationem coram imagine postules, non assentietur Dominus, qui hoc modo summam venerationem significauit, cum dixit, septem millia virorum esse relicta, qui Baal genu non curuauerunt, nec hoc vnquam Sancti expetiuerunt, non Petrus à Cornelio, non Paulus à Gentibus, non angelus à D. Ioanne, sed omnes reuerunt: Solus Satan inuentus est, qui audebat hanc prostrationem flagitare. Sed neque in illorum iurabis nomine, nam Deuter. decimo dicitur: Adhere ei, & iura per nomen eius. Et Ierem. quarto Iurabis, viuunt Dominus. Si imagines Sanctorum honorare desideres, reclamabunt Origenes contra Celsum libro quarto & Clemens Alexandrinus, Lactantius & alij. Nec fieri potest, ut quis & Deum & simulachra colat, aut ut vbi simulachrum est, ibi sit religio.

Sed videamus quantum ponderis reliqua ipsorum argumenta habeant, quibus idololatriæ crimen à se depellere volunt. Se non nescire aiunt imaginibus numen non esse inclusum, multo minus Deos esse: fatentur se scire imagines esse creaturas corruptibiles, ideo, se nec vti, nec habere eas pro Dijs affirmant: Clamant se non adorare imagines per se & in se consideratas, hoc est, ligna, lapides, aurum, argentum, aut similem materiam, sed id ipsum quod representatur imagine adorari dicunt.

Secundum argumentum quo imagines non per se sed quod representatur imagine adorari dicunt.



sander testatur in Consultatione sua, eò quòd Ethnici quoq; de suis idolis ita profiteri consueverint. Iouem lapidem, non esse Deum Cicero confiteatur. Apud Latantium dicitur ad eundem prorsus modum: Non ipsa adoramus, sed eos ad quorum imagines facta, & quorum nominibus consecrata sunt. Et apud Arnobium inquit: Non materias aeris, auri, argenti & alias ex quibus signa conficiunt, eos per se Deos esse & religiosa numina discernimus, sed eos in his colimus eosq; veneramur, quos dedicatio inserit sacra. Similia apud Augustinum in psal. 113. Athanasium contra Gentes, Sozomenum li. 7. cap. 15. aliosq; reperire licet. Atq; huiusmodi defensiones tum Ethnici sufficere putabantur, quem admodum etiam nū hodie pontificijs. Augustinus verò respondet in psal. 113. Quis puer, inquit, interrogatus nō hoc certū esse respondeat, quòd simulachra gentiū os habent, & nō loquuntur, oculos habent, & non vident? Cur ergo cetero opere spiritus sanctus curat scripturarū plurimis locis hæc insinuare atq; inculcare, veluti ne scientibus? Respondet: Quia species membrorū in eminenti collocata suggestu, cum honorari atq; adorari cœpit à multitudi- ne, parit in vnoquoq; sor didissimū erroris affectum: vt quoniam in illo figmento non inuenit viualem motum, credat numen occultū: & effigie viuenti corpori similem, seductus forma, & cōmota auctoritate, quasi sapientium instructorum, obsequentium barbarum, sine viuo aliquo habitatore esse non putet. In epistola 49. inquit: Cum in his sedib. locantur, honorabili sublimitate, vt à precantibus, atq; immolantibus attendantur, ipsa similitudine animatorū membrorū atq; sensuum, quamuis sensu & anima careant, efficiunt infirmos animos, vt viuere atque spirare videantur. Et iterum: Quis adorat vel orat simulachrum inuicem, qui nō afficitur, vt ab eo se exaudiri putet, ac ab eo sibi prestari quod desideret, speret?

Sed esto, quòd imagines non adorēt, sed prototypum, hoc est, vt aiunt, id quod imagine representatur, Sanctos nimirū mortuos, quorū typi imagines sunt: non tamē illud quoq; cū verbo Dei & veteris Ecclesie doctrina conuenit. Notū est ex superioribus quid D. Epiphanius de adoratione beatissime Virginis Mariæ docuerit: Reuera (inquit) sanctum erat corpus Mariæ, non tamen Deus. Reuera virgo erat ipsa virgo & honorata, sed non ad adorationē nobis data, sed ipsa adorans eum, qui ex ipsa, carne genitus est, de cœlis verò ex ipsi sinibus paternis accessit. Et mox: Quæ verò Scriptura de hoc narravit? Quis prophetarum præcepit hominem adorari, nedum mulierem? Item: Sit in honore Mariæ, pater & filius, & Spiritus sanctus adoretur. Mariam nemo adoret, &c. vide supra fol. 52.

Sed quid multa? Hunc cultum qui Deo per imagines exhibetur, non satis castum & cōuenientem esse Deo, sed à superstitiosis hominibus excogitatum, ex paganis quoq; prudentissimi agnoscerunt: auctor est enim D. Augustinus, Varroñ dixisse, cuius & supra meminimus, Romanos plus quàm annos 170. Deos sine simulachro coluisse. Quod si, inquit Varro, adhuc mansisset, castius Dij obseruarentur: atq; huius sententiæ testem adhibebat inter reliquos etiã gentem Iudaicam. Hanc veterum Romanorum in colendis Dijs consuetudinem, etiam Terullianus & Clemens referunt.

Verbis negant  
re ipsa autem  
adorat imagi-  
nes.

Deinde, verbis quidem negant se imagines pro Dijs habere, re ipsa autem contrarium profitentur. Primò enim imaginibus templa & aras adificanti: at qui is honor SOLI Deo debetur. Nam vt Augustinus ait de verbis Domini Serm. sexto Ara est, quæ testatur pro numine illud haberi, cui erigitur. Nam illi (de Ethnicis loquitur) quòd numen habeant, & pro numine accipiant illam statuam, ara testatur. Quid illic faciat ara, si illud non habeatur pro numine? Nemo mihi dicat, Non est numen, non est Deus. Iam dixi: vtinam ipsi sic norint hoc, quomodo nouimus omnes nos. Sed quid habeant, pro qua re habeant, quid ibi faciant, ara illa testatur. Hæc (inquam) de Gentium aris & statuis sanctus ille pater pronunciauit, quæ Papiæ à suis imaginibus reijcere non poterunt, nisi hodiè alium altarium vjum esse Dei verbo doceant, quàm olim fuerit. Nec aras modò simulachris statuunt, sed illis sacrificant quoque, & (si verum est quod de suo Missæ sacrificio nugantur) ipsius Christi corpus & sanguinem in Diuorum honorem offerunt. Ad hæc omne externi cultus officium imaginibus suis exhibent. Illas enim vestiunt, auro & argento exornant, capite nudato & flexis genibus venerantur, cereos eis accendant, & thura adolent. Imò quasi hoc

Parum sit. preces quoque apud illas faciunt, quas propter imagines facilius exaudiri sibi persuaserunt. Hinc etiam est, quod eiusdem Diui imago alia alijs præstantior & ad gratiam impetrandam efficacior seu dignior putatur. Ideo in periculis constituti vota Diuis nuncupant, quæ tunc demum rata fore credunt, si locum exprimant, ubi Diui illius gratia magis quàm alibi refulgeat. Unde verò hoc? Nonne ex imagine quæ colitur? Hinc illa peregrinationum insania, qua multi exigenti, relictis coniugibus & liberis, per terras & maria mutas imagines inuisunt. Eodem ergo cum gentibus reatu tenentur, nisi quòd eò atrocior illorum culpa est, quòd sub eorum nomine & prætextu idololatriam suam tuentur, qui vnus Dei cum & inuocationem infinitis laboribus atq; periculis, imò sanguinis quoq; sui pretio asseruerunt. Vt verisimè Ludovicus Viues in Augustinum de Ciuitate Dei scripserit, Se non videre, quid sit discriminis inter plerosq; Christianos statuas colentes, & Ethnicos sua idola adorantes.

Negant deniq; Pontificiorum nonnulli se adorare imagines, sed id tantum quod imagine representatur: alij verò id disertis verbis docent ac rotunde fatentur. Etenim Constantinus Episcopus Constantia in Nicena 2. synodo dixit: Ego imaginibus cultum honoris exhibeo eundem, qui debetur viuificæ Trinitati: Et, si quis nolit idem facere, eum anathematizo vt Marcionem & Manichæum, sicut in Caroli Magni libro aduersus hanc synodum edito legitur. In eodem quoque Concilio Alione 4. ita decretum fuit: Non sunt due adorationes (Latina scilicet & Dulia) sed vna adoratio, Imaginis, & primi exemplaris, cuius est imago. Scholastici quoq; imprimis, Thomas in 3. Sentent. dist. 2. statuunt eandem nec diuersam esse cogitationem, qua in imaginem, & rem ab illa expressam ferimur, inde generalem regulam extruxerunt, Imagines nimirum eodem cultu, eademq; specie adorationis adorandas, qua res ipsas representatas: & eandem reuerentiam debere imagini seu signo, quæ debetur rei signatæ. Unde idem Thomas, Ioannes Scotus Minorita, alijq; Crucem *λατρείας* cultu adorandam docent, quoniam ipse Christus sic adorandus sit. Ex recentioribus etiam Iacobus Payua lib. 9. non dubitauit hoc modo scribere: Non tamen inficiamur, hac nos Latræ a adoratione Christi præclarissimam Crucem colere & venerari. Nec pudet illos ad hunc modum in Ecclesijs canere: *ò crux aue, spes vnica, Hoc passionis tempore, Auge pijs iustitiam, Reijs dona veniam*: quibus vtique verbis Crucem, tanquam Christum ipsum, alloquuntur & deprecantur. Cantant etiam, *Ecce lignum Crucis, venite adoremus. Dicunt item: Crucem tuam adoramus Domine, resurrectione tuam glorificamus: vbi longè plus Crucis, quàm resurrectioni tribuunt. Quin & Gregorius 1. in suis precibus ait: Concede nobis Domine, vt qui ad sanctam crucem tuam adorandam veniunt, nexibus peccatorum liberentur. Et Crucem quidem aliqui noua diuisione partiuunt, quòd earum vna sit vera, cui Christus fuit affixus, eamq; contendunt summa veneratione adorandam, quòd eam Christus contactu suo sanctificauit, deinde quia ipsum Dominum Christum representet. Si verò contactus tanta ratio habenda, cur ipsam beatam virginem *λατρεία* colendam non censent, cuius imago, iuxta Thomam in Sentent. 3. dist. 2. *δουλιὰ* tantum honorari debet, cum tamen Christum nouem menses in vtero gestarit, eiq; vbera præbuerit? præsertim cum ille contactus naturalis, alter verò violentus fuerit. Eiusdem contactus causa, spinas & lanceam *λατρεία* colere oporteret, Quod reliquas imagines attingit, nõ solum veteres illi Scholastici docuerunt, sed & ex recentioribus Iacobus Nancelantus Clugensis in Italia Episcopus palam affirmauit, imaginem & archetypum vno eodemq; cultu adorari oportere. Hæc enim eius verba sunt in epistola ad Romanos cap. 1. Ergo (inquit) non solum fatendum est, fideles in ecclesia adorare coram imagine, vt nonnulli ad cautelam fortè loquuntur, sed & adorare Imaginem, sine quo volueris scrupulo, quin & eo illam venerari cultu, quo & prototypum eius propter quòd, si illud debet adorari*

Latræ, & illud debet adorari Latræ. Liber hic excusus est Venerijs  
anno Domini 1557.

Imaginum adorationem alij negant, alij fatentur.



## Adoratio &amp; cultus Imaginum ac Crucis à multis pontificiorum damnatus.

**H**ÆC verò tam pugnant cum sacris literis, cum vera antiquitate, cumque omni ratione, ut multos quoque ex Scholasticis eorum pudeat. Rupertus Holkoth Dominicanus, qui floruit circa annos Christi 1346. in lib. Sapient. lect. 158. Thomæ definitionem reprehendit, hac ratione: Latria ad Deum solum pertinet: imago autem Dei Deus non est: quare Latria imagini non est tribuenda: alioqui, inquit, Creator & res creata, eodem cultu adorarentur. Durandus etiã, Henricus de Gandavo, Petrus de Aquila, Ioannes de Guinerra alijsq; Scholasticorum Holkoto consentiunt, nec volūt ut crux Domini summa adoratione colatur. Hac de re disputat quoque Ioannes Picus Mirandula conclusione 3. quæ est huiusmodi: Nec Crux Christi, nec illius imago adoranda est, adoratione latria, etiam eo modo, quo ponit Thomas: Hos sequi videtur Peresius quoq; tribuens cruci, nescio quam aliam adorationem, idq; multis rationibus. Primum contendit falsò dici signi ac rei significatæ cogitationem seu notitiam eã dem esse, cum sint due, quæ à se invicem distinguantur: primum quippe apprehenditur hoc vel illud signum esse, deinde rem intuemur quam significat: hæc sunt quidẽ simul tempore, sed natura & ratione, vnum eorum alterum præcedit. Deinde quamvis lapis, marmor aut metallũ, fiant signum, nõ tamen iccirco suam naturam committant, neq; limitem superant insensibilitæ rerum, neq; dignitatem rationalis creaturæ attingunt, vel habent secum coniunctam rem, quã significant. Regem quidẽ adoramus in purpura sua, quæ si ab Imperatore seiuergatur, nequaquam illi regis honorem exhiberemus. Augustinus homil. 58. de verbis Domini Christi humanitatem latria scribit adorandam, quia coniunctam habet diuinitatem, quæ si seiuingeretur (quod tamen faciendum non est) latria non adoraretur: quanto ergo minus Crux, quæ reuera separata est à Christo, latria coli non debet? Proinde eam Pontificiorum sententiam, & ipse pontificius, repudiat, qua statuunt, & signum & rem significatam eadem cultus ratione adorandam esse: & affirmat, rei significatæ, hoc est Christo ipsi, summam deberi adorationem, Cruci verò nequaquam, sed illum duntaxat honorem, qui tantis rebus tribuitur, quocumque tandem nomine vocetur. Hic Peresius quadam rellẽ dicit, in eo verò errat, quòd Cruci adorationem qualemcumq; cõcedit: ut prudentissimè Erasmus scripsisse videatur, Multo facilius imagines posse remoueri, quam ratio & modus cultus earum desiniri.

De reliquarum imaginum veneratione & adoratione, contra veterum & recentiorum Scholasticorum sententiam, sic docuit Guilielmus Durandus Miniatensis Episcopus in Rationali diuinorum: Si, inquit, nec homines, nec angeli adorandi sunt, attendant quid agant, qui sub prætextu cuiusdam religionis seu pietatis diuersas adorant imagines: non enim licet aliquid manifestum adorare: vna tantum Dei patris est imago, quam vna cum patris tantum adoratione adorare debemus. Gabriel quoq; Biel in Canon. Lect. 49. eorum sententiam, ut sanctorum, probat, qui dicunt, quòd imago neq; ut consideratur in se, secundum quod lignum est, lapis aut metallum, neq; ut consideratur secundum rationẽ signi et imaginis, sit adoranda: qualitercumq; enim consideretur, inquit, est res insensibilis & creatura, cui adoratio lætæque minime est exhibenda. Hinc patet quorundam hominũ stolidus error, qui ad eò ad imagines afficiuntur, ut in ipsis credat esse aliquid numinis, gratia vel sanctitatis, quibus potentes sint facere miracula, præstare sanctitates, ex hoc assurgentes ad eorum venerationem, ut præmissorũ aliquid consequatur. Arguitur, inquit, ex eodem nonnullorum indocta simplicitas & indiscretio, qua reuerentius adorant imagines pulchras quam turpes, nouas quam vetustas: aut eò ornatas venustiori auro vel purpura, quam nudas, credentes eas sanctiores quo præciosiores, et ut Bernhardus ait, offeretes libentius auro tellis, vbi magis cernitur diuitiarum cumulus. Arguitur & aliorum rudis leuitas, qui improvidè vota emittunt, & ad peregrinandum se obligant, nunc ad illã, nunc ad aliam Ecclesiã incuirit certarũ imaginũ, crederes illas maiori in illa, quam similes in alijs fulgere à virtutibus: clarere miraculis, & maiore sulciri potestate. Hæc omnia in vanam transeunt superstitionem, in quam non inciderent, si rationem adorationis

adorationis ac veri cultus attenderent; aut si ignorant, informationem humiliter acciperent. Patet siquidem imagines esse res insensibiles, quæ ex certa partium suarum figuratiōe & ordine imaginis nomen sortiuntur: vnde eis conuenit res alias significando representare. Ratio autem adorationis in Deo, est perfectio summa & vniuersalis præsidencia. In creaturis verò est aliquid diuinum, puta virtus, potestas aut excellentia aliqua singularis à Deo participata: quorum neutrum reperitur in imagine: nulla talis propter se adoranda est, neque auxilium quodcumque ab eis postulandum. Neque enim vident, neque audiunt, neque se intelligunt venerantes. Sunt enim creaturæ inanimatæ, quibus nec est sensus nec intellectus. Hactenus Gabriel Biel. Hac de re prudenter etiam Gerson monuit in declarationibus defectuum Ecclesiasticorum, inquires: Iudicate si tanta imaginum & picturarum in Ecclesijs varietas expediat, & an plures simplices nonnunquam ad idololatriam peruertant. Et Ricardus Vnicus, sacerdos doctissimus & Angelus, circa annos Christi 1385. scripsit librum contra Venationes imaginum. Balæus cent. 7. cap. 10. Guilhelmus quoque Taylor Angelus circa annos Christi 14. 10. publicè docuit, Simulachrorum venerationes, maximas ipsi Deo esse abominationes. Balæus Cent. 7. cap. 70. Et Guilhelmus Vubye eadem tempestate asseruit, Imagines diuorum è Christianorum templis tollendas esse. Ibid. cap. 76. Verum uterq; exustus propterea fuit. Ibid.

Tempore Martini 5. circa annum 1420. quidam Minorita, Bernhardinus nomine, Senensis natione, inuenit quemdam, qui nomen IESU pictum vel sculptum in magna & exornata tabula populo adorandum exhibebat. Hoc etsi simplicibus videretur deuotionem afferre, sapientes tamen arbitrabantur ad idololatriam vel saltem ad superstitionē vendere cum populus magis veneretur illas literas, quam significatum per eas, hoc est, Iesum Christum. Imitati sunt eum plures Minoritæ, eiusmodi tabulas cum tali nomine in processibus ferentes, & cruci, quæ de more antefertur, præferentes. Hinc ortæ sunt magnæ in populo concertationes, alijs factum commendantibus, alijs contra improbantibus. Bernharinus igitur ad Curiam Romanam citatus hac de causa fuit. Et Martinus Papa habitæ prius solemnè per magistros & prælatos discussione materia, & per rationes inuicè illo ceu supersticioso ostenso, pontifex prohibuit illud amplius fieri, nec populo sic ostendi. Antoninus tit. 22. cap. 7. §. 5.

De cultu & adoratione imaginum his verbis conueritur etiam Polydorus Vergil. lib. 6. cap. 12. Optandum esset ut sacerdotes frequentius populum docerent, quo nam pacto deberent & venerari eiusmodi imagines, & apud eas offerre sua donaria: quod quia illi tacent, & vulgo ex suo usu tacere putantur, iccirco eò insania deuentum est, ut hæc pietatis pars parùm differat ad impietate: sunt enim benè multi rudiores stupidioresque qui saxæas, vel ligneas, marmoreas, aneas, seu in parietibus pictas varijsque coloribus litas imagines colant, non ut figuræ, sed perinde quasi ipsæ sensum aliquem habeant, & ijs magis fidant quàm Christo, vel alijs dijs, quibus dicata sint. Quo fit, ut stulti iam stultitia cumulantes, illis offerant aurum, argentum, annulos gemmatos, omniuariasque gemmas ibidem senio perituras. Et, ut ad id faciendum plures inescunt, illi qui talem segetem metunt, nummos perforant, filoque pendentes in collo aut manibus ipsarum imaginum suspendunt, donaria in locis conspicuis & regè collocant, titulosq; apponunt, quo nomina offerentium & dijs & hominibus notiora fiant. Sic bona pars hominum per hæc magis delirare inducitur, ac insuper longa aliquoties itinera conficere, ut vnam imagunculam adeat, ibiq; donaria sua relinquat, prætermissis cum illo alio aut pietatis aut charitatis officio: &c.

Georgius Cassander etiam Theologus Pontificius, qui nostra ætate floruit, & magnè apud suos existimationis fuit, in Consultatione ad Ferdinandum & Maximil. F. de articulis religionis inter Catholicos & protestantes controuersis, cum ex Nicetæ historico indicisset, adhuc tempore Friderici Barbarossæ Imp. circa annos Domini 1170. Germanis imaginum adorationem interdittam fuisse, quanquam dubium non sit, quin iam tum quoque in Germaniæ provincijs nonnullæ superstitiones & abusus in imaginum usum irrepserint, tamen, inquit, optandum esset, ut maiores nostri hucusque in prisca illa maiorum suorum



sententia integrè persitissent, manifestius enim est, quàm ut multis verbis explicari debeat, imaginum & simulacrorum cultum nimium inualuisse, & affectioni seu potius superstitioni populi plus satis indultum esse, ita, ut ad summam adorationem, quæ vel à Pagano suis simulacris exhiberi consuevit, & ad extremam vanitatem, quam Ethnici in suis simulacris & imaginibus effingendis & exornandis admiserunt, nil à nostris reliqui factum esse videatur, quare & prudentes in Ecclesia Catholica viri, iam olim modum aliquem huic rei ponendum, & superstitioni occurrendum censuerunt. Idem ad finem verborum Gabriëlis Biel, Hac omnia in variam transiere superstitionem, in quam non inciderent, si rationem adorationis, & veri cultus attenderent, aut si ignorant, informationem humiliter acciperent, hæc addit, Ista quidem, inquit, rectè dicuntur, sed vicinam illi, à quibus hæc informatio accipienda esset, non ipsi harum superstitionum auctores essent, vel certè eas in animis simplicium hominum aliquando quæstus causa nutrent.

Abusus alij circa Imagines ab ipsiis quoque Pontificijs damnati.

**N**equè verò solum Adoratio Imaginum, sed alij quoque abusus circa eas exorti, iam olim à multis etiam pontificiorum damnari sunt.

1.  
Imagines non tantum sanctorum sed & ferarum in templis.

Cùm enim circa D. Bernhardi tempora non solum picturas rerum sacrarum & imagines Sanctorum, verum etiam ferarum aliarumq; rerum in templis haberent (dato enim vno incomuenienti alia multa sequuntur) reprehendit id Bernhardus in Apologia ad Guilhermum abbatem. Quid, inquit, facit in claustris coram legentibus fratribus illa ridicula monstruositas, mira quedam deformis formositas, ac formosa deformitas? Quid ibi immunda simia, quid feri leones, quid monstrofi centaurs, quid semi homines, quid maculosa tyrides, quid milites pugnantes, quid venatores tubicinantes? Videas sub vno corpore multa capita, & rursus sub vno capite corpora multa. Cernitur hinc in quadrupede cauda serpentis, illinc in pisce caput quadrupedis. Ibi bestia præfert equum, capram trahens retrò dimidiam: hinc cornutum animal, equum gestat posteriori. Tam multa denique, tamq; mira diuersarum formarum vbiq; varietas apparet, ut magis legere libeat in marmoribus quàm in codicibus, totumq; diem occupare singula ista mirando, quàm in lege Dei meditando.

2.  
S. S. Trinitatis imago.

Ioannes 22. Papa eos qui supremam illam maiestatem, hoc est, S. S. Trinitatem Senis, Adolescentis & Columbæ imagine (vri adhuc fieri solet) pingebant, lese religionis accersit, Antropomorphitas esse renunciauit, & nonnullos eorum ad ignem condemnauit, ut Auentinus refert lib. 7. Annal.

De eadem imagine Georgius Cassander in Consultatione sua ita scribit: Illud quoq; inquit, inter abusus ponendum est, quod etiam diuinitati, in Trinitatis deformatione, simulacrum effingitur, quod veteres absurdum & nefarium iudicassent. Vide D. Augustinum de Fide & Symbolo cap. 7. non esse arbitrandum Deum humana forma circumscriptum, ut in eo, aut dextrum, aut sinistrum occurrat, ne vel in illud sacrilegum incidamus, quod execratur Apostolus, eorum qui commutant gloriam incorruptibilis Dei, in similitudinem corruptibilis hominis: tale (inquit Augustinus) simulacrum nefas est Christiano in templo collocare, multò magis in corde nefarium est. Atque hæc absurditas patrem, filium & spiritum sanctum effigiantium Iacobitis à Nicephoro tribuitur. Et Damascenus quodam loco inquit, Inspicientia summa est & impietas, figurare quod est diuinum.

3.  
De Imagine crucifixi Christi contentio inter monachos.

Commodum hoc loco videtur referre contentionem illam, quæ inter Dominicanos & Franciscanos de imagine crucifixi Christi circa annos Domini 1321. exorta fuit. Ioannes 22. qui Imperatorem optimum Ludouicum 4. plus quam belluina rabie infestatus est, quiq; omnium pontificum, qui vngam extiterunt, peccatissimus fuit, reliquit enim 45. millies viginti quinq; millia aureorum, Nauclero teste, paupertatem non solum à Christo eiusq; Apostolis, sed & à philosophis atq; Poëtis, à nostra religione alienis, collaudatam, irrisit, & Franciscanos sue

nos, sua opinioni aduersantes, pestiferi erroris condemnauit, excommunicauit, Fraterculos nuncupauit, & multos igne concremavit, iuxta Auentinum lib. 7. *Annal.* fol. 751. Qua de re uide iudicium Sabellici *Enne.* 9. lib. 8. Propter hanc de paupertate Christi cōtentionem, inter Dominicanos, qui partim pontificis erant, & Franciscanos, affirmantibus hīs Christum nudum pependisse in Cruce, spinea corona obseptum, neque habuisse ubi reclinaret caput suum, Dominicani curarunt eodem tempore sculpi, pingi atque parari per templa passim imaginem crucifixi Christi ( quarum aliquot nostra etate multis in locis etiamnum uisuntur reperiu- tur, & vetustate propemodum erose ) non nudum quidem Domini corpus Cruci affixum, neque caput eius spinea circumdatum corona, sed ornatum in capite corona regia & aurea, indutum uerò prætexta, id est, toga uel purpura ad talos usque demissa, & limbis aureis prætextata, insuper & cinctum zona, aureis pretiosa bullis, sed & imaginis pedibus calceos induxerunt auratos uel bracteatos. In nonnullis locis, testē Ioanne Vitodurano Minorita, qui propediem à doctissimo viro Rodolpho Cornero Ecclesiæ Tigurine ad D. Petrum pastore in lucem dabitur, uise sunt imagines crucifixi, altera quidem manu cruce affixæ, altera uerò immissa in crumenulam, quæ ex zona pendeat. ueluti inde pecuniam in usus necessarios & pauperum, prolatura. Hoc suo figmento per picturas & imagines, per templa passim expositas, rudi populo significare, imò inculcare uoluerunt, Christum in terris diuitem, non ita pauperem fuisse, sicut à Franciscanis prædicabatur.

Petrus de Aliaco Cardinalis Carmeracenſis in libro de Reformatione Ecclesiæ, quem Constantiensis Synodo obtulit anno 1415, graueret conuerſetur de multiſſitudine Imaginum & uarietate picturarum in templis.

Hi ubi ſus ſimul omnes qui circa imagines ſenſim irrepſerunt, in Enchiridio quoque Chriſtiane Inſtitutionis in Concilio prouinciali Coloniensi (anno Domini 1536. habito) edito, proſus damnantur & reijciuntur: 1. Ueluti quod earum etiam rerum imagines in Eccleſiam inueſta ſunt, quæ in ſacris Scripturis, aut in probatis authoribus nullum habet teſtimonium. 2. Quod ſtatue ſupra modum plurimæ, magnis ſumptibus & impenſis in templis certatim collocatæ ſunt, quaſi in hoc magna pietatis pars ſita eſſet, neglectis interim Chriſti pauperibus, qui ſunt uiræ Chriſti imagines. 3. Deinde, quod Iconas ſic depictas ac delineatas cernimus, ut non ad Chriſtiane honeſtatis formam, ſed ad ſeculi uanitatæ incitamenta efficta uideantur. 4. Denique quod rudis plebs permiſſa eſt imagines quadam in ipſas collocata fiducia colere. Id quod ab Idololatria non omnino immunæ eſt, ut ab ea excuſari non poſſint, qui imaginem aliquam ſibi ad adorandum elegerint, id quod uel ob pulchritudinem, uel deſormitatem, uel nouitatem, uel uetuſtatem, credentes hanc aliquid præ cæteris habere uirtutis aut etiam numinis ſue diuinitatis, &c.

Ludouicus Herzer ſcripſit libellum contra imaginum uſum in templis uerum abſq; authoris nomine editum. Geſneri biblioth. Martinus Bucerus ſcripſit librum, in quo probat ex arcanis liceris, ſententijs patrum, edictisq; religioſorum Caſarum, non eſſe ſerendas in templis Chriſtianorum imagines & ſtatuas coli ſolitas. Excufus Argentine anno 1530.

Turci quoque ex Mahometi ſui præſcripto hodie adhuc omnis generis imagines, ſeu pietas ſeu ſculptas, abhorrent ac deſtantur, & Chriſtianos, quoniam his oblectantur, idololatrias demonumq; cultores uocant, ut Cuſpinianus indicat.

Etiã uerò hæc ita ſe habeant, tamen is qui Fortalitium fidei ſcripſit, communẽ opinionem & uſum ſeu conſuetudinem totius Eccleſiæ contra ualere affirmat: Non memor Nicolai Pape ſententiæ, qui Ignaro Remenſi archiepiſcopo in hunc modum ſcripſit: Mala conſuetudo non minus quam pernicioſa corruptela abijcienda & uitanda eſt, quæ niſi citius radicitus euellatur in priuilegiorum ius ab impijs aſſumitur, & incipiunt præuaticationes & uariæ præſumptiones celerimẽ non compreſſe pro legibus uenerari, & priuilegiorum more per petuõ celebrari. Et D. Auguſtinus de unico Bxprismo lib. 2. inquit: Veritate manifeſtata cedat conſuetudo ueritati: plañẽ quis dubitet ueritati manifeſtẽ conſuetudinem cedere. Item: Nemo conſuetudinem rationi & ueritati præponat, quod conſuetudinem ratio & ueritas ſemper ex-

4.  
Imaginum mult-  
tudo.

In Imaginum  
uſu & adora-  
tione conſuetu-  
dinem ſequen-  
dam.



cludit. Eadem scribit lib. 4. & lib. 1. de baptismo paruulorum. Gregorius Magnus quoque Guilimundo Euerfano Episcopo ita scribit: Si consuetudinem fortassis opponas, aduerendum est quod Dominus dicit: Ego sum via, veritas & vita; non dixit, Ego sum consuetudo, sed veritas. Et certe vt B. Cypriani vt amur sententia, qualibet consuetudo quantumuis vetusta, quamuis vulgata, veritati est postponenda: & vsus qui veritati est contrarius est abolendus. Idem Cyprianus preclare admodum, Si solus, ait, Christus audiendus est, non debemus attendere quid aliquis ante nos faciendum putauerit, sed quid, qui ante omnes est, prior fecerit. Neque enim homines consuetudinem sequi oportet sed Dei veritatem, cum per Esaiam prophetam loquatur Deus, & dicat, Sine causa colunt mandata & doctrinas hominum docentes.

## CAPUT X.

## De Origine Lucernarum seu Luminum, cereorum &amp; lampadum in templis Christianorum.

Lucernæ Apostoli in suis cæcibus habuerunt, & cur.



Abuerunt quidem Lucernas in suis cæcibus vel congregationibus Christiani aliquoties, Apostolorum quoque temporibus. D. namque Lucas Acto. 20. testatur lucernas plurimas in Cænaculo illo accensas fuisse, in quo Paulus concionatus fuit. Non hoc fecerunt autem, quod Deum, qui lux æterna est, lucernis sebaceis aut cereis coli putarent, sed vsus hic necessitati seruiuit, nimirum vt noctis tenebræ discuerentur, nec aliqua daretur cupidinis inspicio. A. D. Luca enim disertè nocturnum tempus exprimitur, quod vtique lucernas accendi opus est.

Lucernas habuerunt in suis cæcibus etiam post Apostolorum tempora, & cur.

Et eandem ob causam post Apostolorum quoque tempora, lucernis in suis cæcibus vsi sunt Christiani, cum illis propter insidias & persecutiones a diuinis hostium, non nisi a lucernis horis conuenire liceret, sicut ex Plinij Secundi epistolis, & scriptoribus Ecclesiasticis colligere licet. Quæ causa cum sublata sit, stultum fuerit diuinam lucem lucernis arte factis adiuuare velle.

Lucernarum vsus sed nocturnus in templis Constantini etiam tempore mansit, & cur.

Pace autem per Constantinum Magnum ecclesijs reddita, nihilominus vsus iste lucernarum, sed nocturnarum, mansit: Certis enim temporibus eius ætate vigilia in templis habebantur, vt bi Christiani accensis luminibus, vigilantes precibus incumbant, canentis Psalmis, & audiendo verbo Dei. Ita enim de Constantino M. Eusebius lib. 4. in eius vita scribit: Sacras, inquit, vigilias ad diuinam vsque lucem continuauit, cereas candelas sublimissimas per totam ciuitatè accendentibus illis, qui ad id erant deputati. Erant autem lampades igneæ totum locum illustrantes, ita vt mysticas vigilias clara die splendidiore redderent. Quin cereas candelas & lampades in locis conuentuum à Constantino ipso accensas interdum fuisse, Eusebius ibid. indicat. Platina testatur quoque in Syluestri 1. vita, Constantinum in vsu hunc luminum massæ Gargilianæ prouentum ex agro Sinuessano constituisse Solidos 400. addidisse & massam vrbanam, quæ in agro Antiati fuerit. Imò, quod tamen valde ridiculum est, fide Constantini Donationis auctor tradit, Constantinum pro continuatione luminarium, quæ in S. Petri templo Romæ ardebant, non modo possessiones, prædia & agros contulisse, rebusq; diuersis ditasse, verum etiam in Oriente, Occidente, Septentrionali & Meridionali plaga, in Iudæa videlicet, Asia, Thracia, Græcia, Africa, Italia, & in diuersis insulis suam illi libertatem, id est, eius & potestatem concessisse, vt per manus beatissimi patris Syluestri, & eius successorum omnia disponantur. Oportet enim vt inaudit a fuerit tunc temporis cereorum ac luminarium illorum caritas, quibus tuendis alendisq; cum vniuersi terrarum orbis, sum specialium quatuor ipsius partium vestigalia & annuus proventus attribui oportuit.

Cæterum, vt ad propositum reuertamur, de Melane episcopo Rhinocruræ, sub Valente Imp. Sozomenus retulit etiam lib. 6. cap. 31. inuentum eum aliquando esse byehnos ecclesiæ, extremum tanquam ministrum, parantem, & zonam oleo fortitaram super vestimentum habentem.

bentem. Et Epiphanius, Marutini, inquit, hymni in Ecclesia perpetuò sunt, & orationes matutine, lucernalesque simul Psalmi & Orationes lib. 3. tom. 2. in doctrina compendiarie de fide catholica. Meminit cereorum nocturnorū etiam Prudentius in hymno de S. Laurentio: & Hieronymus aduersus Vigilantium, ubi inquit, Cereos non clara luce accendimus, quemadmodum tu frustra calumniaris: adhibemus autem lumina, ut temperamentum tenebrarum, ut vigilemus ad lucem, ne in tenebris tecum dormiamus.

Fateatur tamen simul ibidem, esse nonnullos qui etiam interdū lucernas accendant; sed addit, fieri hoc ab eis per imperitiam & simplicitatem, in honorem martyrum, zelum Dei habentes, verū non secundum scientiam. Idem pater contra eundem affirmat, per totas Orientales ecclesias moris fuisse, ut ad lectionem Euangelij accenderent luminaria, iam sole rutilante: non utique ad fugandas tenebras, sed ad signum lætitiæ demonstrandum. Socrates quoque testatur, in Cæsarea Cappadocia ac Cypro, die Sabbati & Dominico, circa vespertam cum lucernarij Episcopus atque presbyteros scripturas interpretari: Tripart. hist. lib. 9. cap. 38. Vnde apparet usum lucernarum & lampadum in templis & sacris diurno tempore, iam tum Hieronymi etate cepisse, confirmatumque necessitate & consuetudine superiorum seculorum ob persecuciones, mansisse in Ecclesijs, & postea superstitionibus locum dedisse, quæ sequentibus seculis magis magisque inualuerunt. Scribit enim Nicephorus lib. 14. cap. 50. Eudociam Theodosij Imp. iunioris coniugem, ex muliebri superstitione, ad lucernarum rationem Hierosolymis contulisse olei sextarios decies mille. Gregorius etiam Magnus redditus certos ad luminaria in Ecclesia Pauli Romæ ordinauit. lib. 12. indict. 7. epist. 9.

Balæus Centur. 1. Script. Britan. Lumina in templis Gregorium hunc primò approbasse dicit. Refert etiam Panthaleon in Chron.

Confirmauit quoque usum lucernarum & lampadum in templis Sabinianus pontifex Gregorij successor, qui pontificatum Romanum tenuit circa annum Domini 605. is decreuit, ut lampades in templis continuè arderent. Platina in vita eius. Supplementū Chronicorum. Cranx. lib. 2. cap. 1. Metrop. Polydorus lib. 6. cap. 12. Vnde Honorius Papa, qui Sabinianum mox esse consecutus, tria candelabra templo Pancratij Romæ destinauit, ex solido auro fabricata. Liber Pontificalis. Agatho quoque circa annum 682. ad luminaria Ecclesiæ Apostolorum & Mariæ, cui nomen Ad Præsepe, bis mille centum & sexaginta solidos erogauit. Zacharias circa annum 745. Romæ vnicuique basilicæ vestigial assignauit, vnde oleum ad lampades emeretur. Platina. Gregorius 3. Papa instituit circa annum 735. ut in cæmeterijs sanctorum martyrum circumquaque positis Romæ, in die natalitiorum ipsorum luminaria ad vigilias faciendas deportarentur. Bibliothecarius Ludouicus Pius cum vidisset in Fuldensi Ecclesia lucernas ex adipe porcorum ali, promisit se in Italia donaturū isti cænobio oliuetum: ut Rabanus indicat in epist. ad Ludouicum & Irmingardem uxore eius: adeò creuerat tum in hisce rebus superstio, ut omnes oleum & operam quod aiunt conferrent. Henricus etiam Leo Saxonum dux Hierosolymis annuos redditus, quibus cerei ad sepulchrum Domini arsiui compararentur, instituit: ut Sclauorū Chronici Continuator lib. 2. cap. 7. indicat. Et hac quidem in re circa annum 1000. omnem modum sumptibus & magnificentia excedere cæperunt. Nam Desiderius Casinensis trabè ex ære fusilem, cum quinquaginta candelabris fieri curauit, in quibus totidem cerei in præcipuis festiuitatibus collocarentur, & ex eadè 30. lampades æreis vnicui dependebat. Chronic. Casinen. lib. 3. Prætere a sex candelabra magna, tres cubitos alta, ex argenteis laminis senarum librarum fecit: in quibus summis festis maximi cerei ad altare accenderentur, Ibid. Ille ipse coronam argenteam librarū circiter centum, per gyrum viginti cubitorum, cum 12. extrinsecus prominentibus turribus, triginta sex lampadibus ex ea dependentibus, fabricari fecit. Ibid. ca. 31. Quin habuerūt in aliquibus ecclesijs gematas, nō coronas, sed rotas, circumseptas lampadibus, sed non minus fulgentes insertis lapidibus. Imò pro candelabris arbores erectas habuerunt, multo æreis pondere miro artificis opere fabricatas, nec magis coruscantes superpositis lucernis, quàm suis gemmis: referente D. Bernhar. in Apolog. ad Guibhel. abbat. Habet enim hoc propriū superstio, ut nō modo liberales, verū etiam prodigos

Lucernarum  
usus diurnus in  
templis Hiero-  
nymi etate cœ-  
pit aliquot in  
locis.

Lucernarum  
usus diurnus &  
nocturnus in  
templis appro-  
batur.

Lucernarum  
progressus in  
templis super-  
stitiosus.



DE ORIGINE LUMINVM

reddat in cultibus commentitiis, cum in ijs ferè sordidissimi sumus, quæ Deus requirit, & quæ ad proximi necessitatem subleuandam seruire poterant.

Lucernæ ante  
imagines collo-  
cate.

Post annum quoque Domini 700. quando imagines in templis colere cæperunt, solebant etiam ad eas, candelas & lampades collocare & thymiamata accendere: quod Germanus Constantinop. episcopus in epistola ad Thomam hoc fucò defendit: Ne quempiam offendat, quòd ante sanctorum imagines lumina & suaueolentia thymiamata accenduntur. Symbolica enim ista fieri in honorem illorum opinandum est, quorum cum Christo requies, quorum honor ad ipsum recurrit; hoc ipsum testante sapiente Basilio, Quod erga conseruos bonos honor, erga ipsum Dominum còmune beneuolentiæ signum exhibet; sensibilia enim lumina symbolum sunt immaterialis illius, & à Deo dati luminis. Aromatum autem incensio, sincerum & totum sancti spiritus afflatum & repletionem significat. tom. 2. Concil. Simili fucò vti- tur Sanderus lib. 1. cap. 6. de Honoraria imaginum adoratione.

Quòd ergo in vera primitiua ecclesia necessitari seruiuit, id postea in tam non dissimulan- dum abusum transijt, quo tamen se cultum Deo longè acceptissimum præstantissimumq; præ- stare existimarunt.

Lucernæ in  
templis ad imi-  
tationè Iudaicæ  
collocatæ.

Factum hoc ad imitationem Iudaismi simul & Gentilismi. Habuerunt enim Iudæi in templo dato Dei in tabernaculo & templo candelabra & lychnos, nec non ignem in altari perpetuò ardentem: *Leuit. 6.* Ad hanc veteris Testamenti consuetudinem referunt legem de luminibus & lucernis in sacris Christianorum, vt est videre apud Durandum lib. 4. *Ration. item, Extra de celebr. Miss. C. fi.* Et apud Eckium tom. 3. hom. 3. de purificatione Mariæ, ubi Luminarium vsus in templis alunde non probat, quàm ex veteri Testamento. Vt verò omnes *Leuitici* sacerdotij ceremonia typos rerum, quos Christus perficere debebat, gesserunt, & solum ad correctionis tempus fuerunt instituta: ita quoque candelabrum & lucernæ ardentis veteris Testamenti, Christi typos fuerunt, qui vera & æterna mundi lux est, quiq; per Euangelij ministerium ecclesiam suam illuminat: qua ratione Apostoli & qui legitimi veri q; horum successores sunt, lux mundi dicuntur. *Matth. 5.* Adde his quòd Sanctum Tabernaculum nostris caruit, quare tam interdum, quàm noctu luminibus lucernarum opus habuit. Cum igitur veteres illæ ceremonia in Christo iam olim abrogata sint, nudis hominum traditionibus nituntur quacunque hodie in vsu sunt: Et si nihil aliud accedat, vel hoc solo nomine rei iji merentur. Quia autem illis meriti quoque fiducia coniuncta est, quid ex his sequitur aliud, quàm quòd Christum nobis inutilem faciunt? *Galat. 5.* Sin verò lucernam Deo gratâ & acceptam accendere libet, verbi Dei doctrinam prouehere, Scholas aperire, & ministros verbi fideles tua liberalitate subleua, ne quando inopia cogantur sibi commissum munus deserere. Cura denique vt tua opera bona publicè luceant, & ex illis Deum glorificandi occasio habeant etiam illi, quos veritatis cognitio nondum illustrauit, *Matth. 5.*

Lucernæ in  
templis Ethni-  
ca superstitione.

Ethnici quoque in suis delubris & templis lucernas habuerunt, *Aegyptijs* auctoribus, qui vt *Clemens* refert, primi lucernæ vsus in templis inuenerunt: vel ab *Herculis* instituto, qui vt *Saturni* aras non mactatis viris, sed actensis cereis excolerent, suos admonuit. Vnde *Dionysium Halicarnassæum* in primo *Annalium Romanorum.* Quin nullum erat sacrum apud eos in quo non adhiberentur lucernæ & faces ex tædæ ligno. Citat *Istrum Suidas*, qui per scripserit, *Athenienses* cum sacra facerent *Vulcano*, lampada extogitasse, & ob eius rei memoriam perpetuos illi Deo ludos consecrassent: sanxerunt etiam, vt pariter in *Minerue* & *Promethei* sacris lampade posteri vterentur. *Pythagoræ* quoque Symbolum fuisse legimus, Non absque lumine de rebus diuinis loquendum. Apud *Romanos* quoque *Vestales* virgines in templo sacrum & perpetuum ignem custodierunt, ex institutione *Noachi* vxoris, vt quidam volunt, quæ marito in constituenda *Repub.* & duceudis colonijs occupato, patri ignis & sacrificiorum cura, erudiendisq; puellis præcipuè vacasse dicitur: vnde eam quoque *Vestam* nominarunt, sic enim *Ouidius*:

Nec tu aliud Vestam, quàm viuam intellige flammam.

Eandem

Eandem fere consuetudinem obseruauerunt etiam Euchitæ vel Messaliani, de quibus E-  
piphanius hæc narrat: Construxerunt, ait, sibi ipsi domos quasdam, aut locos amplos in sta-  
fororum, & adoratoria vel precatoria appellauerunt. In alijs uero locis etiam natura Ecclesiarum  
ad similitudinem sibi ipsi fecerunt: & ad uesperam & mane multis lucernis ac luminibus in-  
censis congregantur, &c.

Damnauit igitur hunc lucernarum, luminum, seu lampadum & cercorum usum diu-  
num in Templis Tertullianus, cum inquit: Cur die læto nec laureis postes obumbramus, nec  
lucernis diem infringimus? Item, Quis, inquit, philosophum sacrificare, aut deierare, aut  
LUCERNAS meridie VANAS proferre compellit? de Christianis agens in Apologetico  
qui ad hæc compellebantur.

Lactantius etiam, qui anno 300. floruit, uehementer inuehitur in candelas de die in tem-  
plis ab Ethnicis accensas lib. 6. cap. 2. Institutionum. Si caeleste lumen, inquit, quod dicimus  
Solem, contemplari uelint, iam sentiant, quod non indigeat lucernis eorum Deus: qui ipse in  
usum hominis, tam clarum, tam candidam lucem dedit: & tamen eum in tam paruo circulo,  
qui propter longinquitatem non amplius, quam humani capitis uidetur habere mensuram,  
tantum sit fulgoris, ut eum mortalium luminum acies, non queat contueri: & si paulisper in-  
tenderis, hebetatos oculos, caligo & tenebræ consequantur: quid tandem luminis, quid clari-  
tatis apud Deum, penes quem nulla est nox, esse arbitremur? qui hanc ipsam lucem sic moder-  
ratus est, ut neque nimio fulgore, neque calore uehementi noceret animantibus: tantumque  
istarum rerum dedit ei, quantum aut mortalia corpora pati possunt, aut frugum maturitas  
postulare. Num igitur mentis suæ compos putandus est, qui Authori & Datori luminis,  
candelarum ac cerarum lumen offert pro munere? Aliud uero ille à nobis exigit lumen, &  
quidem non sumidum, sed (ut ait poeta) liquidum atque clarum, mentis scilicet, propter quod  
à Poëtis quædam nuncupatur, quod exhibere non potest, nisi qui Deum cognouerit, uide ibidem  
plura hæc de re. Hæc Lactantius contra usum lucernarum in templis apud Gentes: quid di-  
cturus fuisset si hodie uideret. Apparet autem ex his Lactantij uerbis, Christianos eius ætate  
lucernas nullas in templis habuisse religionis causa interdum, alioquin hæc Ethnicis obijcere  
non potuisset.

Eandem consuetudinem cum ab Ethnicis postea ad Christianos transisset Vigilantius  
Bartilonensis in Hispania presbyter his uerbis quoque in seclatur: Propè, inquit, ritum gen-  
tilium uidemus sub prætextu religionis introductum in ecclesia, sole adhuc fulgente, moles  
cereorum accendi, magnum honorem præbent huiusmodi homines beatissimis martyribus  
quos putant de uilissimis cereolis illustrandos, quos agnus, qui est in medio throni, cum omni  
fulgore maiestatis illustrat. Hæc ille. Floruit anno 360. At licet ab Hieronymo propter hæc  
& alia huiusmodi reprehendatur, & tanquam hæreticus immodestè proscibatur, factum ta-  
men id ab eo conuictis magis & importunitate, quam argumentis & rationibus: quod & Gre-  
gorio usum est, qui de scripto Hieronymi contra Vigilantium ira censuit: In Vigilantium  
ira conuictis si hoc debachatur Hieronymus, ut plusculum in eo modestiæ cogar desiderare, Uti-  
nam argumentis dumtaxat egisset, & à conuictis temperasset. In Elibertino quoque Concilio  
cap. 34. prohibetur sub anathematis pœna, ne cerei interdum in Cæmeterijs accendantur.

Lamina in templis tribus illis noctibus ante Paschæ festiuitatem extingui, testantur  
Honorius & Rupertus, qui clarauerunt circa annos Domini 1120. Et Durandus in Ratio-  
nali Diuinorum lib. 6. cap. 72. non omnes refert simul, sed successiue, & quidem à nonnullis  
extinguantur.

singulas post singula cantica, in quibusdam etiam Ecclesijs cerea quadam manu ex-  
tingui: ut uideas humanam naturam in rebus friuolis esse industriam &  
laboriosam, in præceptis autem Dei admodum lan-  
guidam ac segnem.



De origine Organorum Musicorum in templis, quæ  
Germani vocant *Orgalen*.

**N**ihil dicam hoc loco de Origine & Inuentoribus Organorum, seu instrumentorum Musicorum omnium, id enim diligentissimè præstitit Polydorus Vergilius lib. 1. cap. 15. de Inuent. rerum: sed tantum de illo instrumento, quod in templis Christianorum cantui Ecclesiastico adhibetur, vt concertus sit iucundior & suauior, quodq; Germanicè vocant *Orgalen*. De auctore autem huius nostri tam concinni Organi Polydorus lib. 1. cap. 15. dicit, quòd nomen eius ignoretur. Dauid quidem, magnus ille vates Dei, varia instrumenta inuenit Musica, teste Iosepho in septimo Antiquit. vbi ait: Diuersaque faciens Organa, docuit vt Leuitæ secundum ea hymnos Deo edicerent per sabbatorum dies, aliasq; solennitates. Organorum autem Dauidicorum species huiusmodi sunt: Canora cithara quidem decem chordis coaptata, & hæc cum plectro percutitur. Nabitù verò duodecim sonos habens, digitis tangitur, &c. Vnde perspicere licet, istiusmodi Organa à Dauide consecuta d'uersissima fuisse à nostris, quorum nunc est vsus in templis frequentissimus: illa enim plectro pulsabantur, nostra verò inflantur folliibus, vnde multos meatibus cicuis inapariibus quasi vox erumpit, concentumq; efficit. Polydorus lib. 1. cap. 15. Et auctor Responsonii ad Orthodoxos, que Iustino adiectæ sunt, in Responzione ad quæst. 107. significat, in Ecclesia sublatam suo tempore fuisse consuetudinem, veteris nimirum Testamenti, canendi per instrumenta inanimata, & recentas simplices cantiones, idè quòd cantilena ad crepitacula & Organa magis decere viderentur pueros quàm Ecclesiam. Fecerunt hoc sine dubio ad imitationem eius auctoris, quando Apostoli adhuc vixerunt, qua simpliciter cecinisse leguntur, nulla Organorum & aliorum instrumentorum musicorum mentione facta.

Marianus Scotus in suis Chronicis indicat, sub annum Domini 757. Organum primùm venisse in Franciam, missum Pipino regi à Constantino Imp. ex Græcia. Id quod Auentinus Annalium Boiorum lib. 3. fol. 300. fusius exponens, sic scribit: Constantinus ad Pipinum iubet proficisci legatos: Munera quæ à legatis deferrebantur erant instrumentum musicæ maximè, res adhuc Germanis & Gallis incognita, ORGANVM appellat, cicuis ex albo plumbo compactum est, simul & folliibus inflatur, & manuum pedumq; digitis pulsatur, &c. Idem videre est etiam apud Annonium libro quarto, de Francorum gestis capite sexagesimo quarto, & centesimo decimo tertio.

Balæus Angliæ Episcopus, Vitellianus ait, patria Signinus vel Campanus, insignis musicus, cantum in templis circa annos Domini 660. & Organa per consonantias humanis vocibus adhibuit, iuxta illud Baptiste Niantuani:

Signius adiunxit molli constata metallo

Organa, quæ festis resonant ad sacra diebus.

Eadem extant in libro Pontificali: & lib. 2. cap. 1. Metrop. Crenzij.

In Francia hæc Organa Musica primùm capere circa annum Domini 828. ad Aquægraneas industria cuiusdam Georgij Veneti sacerdotis, & sumptibus Ludouici regis, fabricari. Auentinus lib. 4.

Progressu temporis omnem modum excedere cœperunt in fabricandis huiusmodi Organis, ita vt nec maximis sumptibus pepererint. Nam Michael Constantinopolitanus Imp. ea ex auro constari curauit, Zonara teste tom. 3. Et Brusilius de Monasterijs Germ. folio 107. refert, Georgium Abbatem Salemitanum in basilica sui carobij fabricari iussisse Organum, cuius maxima & mediocima fistula habuerit in longitudine pedes 28. in circumferentia Spithamas 4.

Quid his

Quid his Organis accesserit circa annum salutis 1480. Sabellicus indicat Enne. 10. lib. 8. ubi inquit: Sixti 4. pontificis tempore, Musica artis virum omnium, qui nunquam fuerunt sine controversia præstantissimum plures annos Venetia habuerunt, Bernardum cognomento Theutonem, argumento gentis in qua ortus esset. Primus is in Organis auxit numeros, ut & pedes quoque iuuarent concentum funicularum attractu.

Colligimus ex his, Organorum huiusmodi usum veteri & Apostolica Ecclesia prorsus incognitum, seroq; inuentum atq; receptum fuisse. Aduersatur enim doctrina Apostolorum 1. Corinth. 14. De hoc nihil iam dicam, quod turpia & obscæna sæpe sono Organorum exprimuntur, ut carnis potius voluptati quam ædificationi spiritus seruiant. Lactantius Institutionum lib. secundo, capite septimo, acriter gentes taxat, quæ Dei cultum constituerunt in ijs quæ stultitia hominum admiratur. Adæone, inquit, Deorum religio nihil aliud est, quam quod cupiditas humana miratur? Veniunt ad templa non tam religionis gratia, quam ut videant & audiant quod oblectet, &c. Nonne hæc de Christianis quoque dici possent? Vidi ego aliquoties magna cum admiratione plurimos è templis exeuntes quàm primum dulcis Organorum sonus cessasset. Vnde non immeritò Erasmus in suis ad 1. Corinth. 14. cap. Annotationibus doctè & grauiter contra usum Organorum in templis disserens, Nec his contenti, inquit, operosam quandam & theatricam musicam in sacras aedes induximus, tumultuosum diuersarum vocum garrutum, qualem non opinor in Græcorum aut Romanorum theatris nunquam auditum fuisse. Omnia tubis, liuis, fistulis ac sambucus perstreperunt: cumque his certant hominum voces. Auduntur amatorie sædæque cantilene, ad quas scorta mimi que saltitant. In sacram ædem velut in theatrum concurritur, ad deliniendas aures. Et in hunc usum, aluntur magnis salarijs, Organorum opifices, puerorum greges, quorum omnis ætas in perdiscendis his consumitur, nihil interim bonæ rei discendum. Alitur sordidorum, ut plerique sunt hominum, colluies, & tantis sumptibus oneratur Ecclesia ob rem pestiferam etiam. Quæ so te ut rationem in eas, quot pauperes de vita periclitantes, poterant ali cantorum salarijs. Cur hæc nobis sola placent, quæ Paulus ceu paruulorum infantiam parcissimè vult adhiberi, imò quæ nullo pacto laurus fuerat? Præstaret itaque multis doctrina & pietate celebrium virorum iudicio, Organa hæc auferri ex templis.

Organorum  
usus in templis  
illicitus.

De organis te-  
plorum iudiciū  
Erasmii.

## CAPUT XII.

## De origine Anathematum aliorumque ornamentorum in templis.



Constantini Magni tempore Ecclesias vasis aureis, anathematis varijsque ornamentis locupletare atque immodicè exornare ceperunt, aut superstitione, aut praua imitatione Iudeorum simul & Ethnicorum. Narrat enim Eusebius libro quarto, de vita Constantini, quo pacto Imperator ille templum illud magnificum Hierosolymitanum Christo Saluatori dedicatum, anathematis ex auro, argento & lapidibus preciosis exornari: Quod & in alio templo Apostolorum ab eo factum ibidem prodidit idem. Romæ quoque in hortis Equitij Ecclesiam condidit, cui donauit patenam argenteam librarum 20. schyphos duos librarum 20. calicem aureum duarum librarum, & alia vasa tùm argentea, tùm aurea, quæ enumerare longum nimis esset. Platina in vita Syluestri. Ac si vera sunt quæ idem author ibidem indicat de donis à Constantino Magno Lateranensi, Vaticanæ alijsque basilicis seu templis à se conditis, exhibitis, omnem modum ea in re excessit, neque enim lex vel præceptum ea de re vel Christi vel Apostolorum uspiam extat. Ante Constantini Magni ætatem ornamenta in templis rara fuerunt admodum. Deinde illa habuerunt, ut in usus pauperum, ægrorum, aut alia quacunque necessitate laborantium erogarentur, vel etiam captiui ob Christianam religionem ijs redimerentur.

Templa anathematis exornari quando ceperint.



Anathematum  
in templis pro  
gressus.

Crescente autem superstitione & imaginum cultu atque veneratione, mirum in modum etiam praeposterum hoc exornandi locupletandique templa studium creuit: falso enim homines erant persuasi, tali ratione cultum Deo praestari. Hac igitur occasione non modo anathematata pretiosissima, sed omnis generis tabula, cortina, vela, sigillaria, oscilla, vexilla, spolia hostibus erepta, & similia in templa sunt recepta ibique suspensa. Cosroës Rex Persiae Antiochiam in templum Sergij mittit aureas crucis duas, quas Theodora Iustiniani coniunx eidem dedicauerat, aliaq; ex praeda accepta: item discum ex auro factum, thuribulum aureum & alia, hac persuasione inductus, quod Sergius à se rogatus, victoriam sibi & liberos ex Syria coniuge daret: ut videas à quibus ista vota & donaria sint profecta. Euagrius lib. 6. cap. 21. Et Iustinianus Imperator templo Petri Roma dono misit scyphum aureum librarum 6. geminis exornatum: duos scyphos argenteos 12. librarum, calices argenteos duos librarum 15. Platina in vita Ioannis 2. & Sabellicus lib. 2. Enne. 8. Bellisarius victo Gilimere Vuandalorum Rege, Romam victor veniens, S. Petro auream crucem centum librarum, pretiosissimis gemmis ornata, in qua suas victorias inscripserat, per Vigiliam papam obtulit. Paulus Diaconus lib. 16. Sigebertus. Beda. Platina. Sophia foeris, & Constantina vxor Maurilio Imp. coronam fecerant quondam: eam ad se delatam ille in ecclesiam deserens, Deo obtulit. Cuspinianus. Carolus Magnus ecclesias ornavit sacris vasis & vestibus, aliaque plurima dona ad ornatum spectantia ijs contulit. In primis Compostella a dem D. Iacobi multis dotavit muneribus, Henrico Erdsfordiensi auctore cap. 68. Et Vexilla, quae de uictis Cremonensibus Brixiani deportant, in cathedrali ipsorum ecclesia, in perpetuam rei memoriam, suspensa leguntur apud Bergomen, lib. 12. Idem Carolus pannum ad altare Petri, de vestimentis suis aureis compositum, cum duabus coronis auris, gemmis intertextis misit. Aimoinus lib. 5. cap. 27. Mensam auream, quae forma quadrangula descriptionem Constantinopolis continebat, inter alia donaria Romam ad basilicam Petri misit. Eginardus in eius. vita. Idem Vito Caiano Hunnorum rege, qui ex toto orbe spolia congefserat, praeda non minimam partem cenobijs & monasterijs liberaliter concessit. Hinc ille diuitiae templi Moguntinensis, ubi crux ex solido fuit auro nomine Benna, pondere 1200. marcarum: unde versiculis,

Auri sexcentas habet hac Crux aurea libras.

Fuerunt insuper illic duo calices aurei, utraque gemmis pretiosissimis exornatus, minor marcas 18. siue 9. libras auri purissimi habebat, vini sextarium capiens multa praeterea vasa alia argentea. B. Rhenanus. lib. 2. rerum Germanic. Henricus 2. Imp. Cluniacum religionis causa profectus, coronam auream gemmis redimitam Deo in mysterijs sacris obtulit. Cuspinianus. Agnes Henrici 3. Imp. Vxor Benedicto Casinensi obtulit aureas purpureasque vestes, & Euangeliorum codicem, cuius tabula argentea auro erant obducta. Chron. Casin. libro tertio capite trigesimo. Gisala Henrici secundi Imperat. soror, & Vngarorum regis Stephanus vxor, quae ad templorum ceremonias ritumque spectabant, magnifice simul & munificentissimè largita est: Phrygionum vice functa, vestes sacras suis manibus neuit & resarciuit. Auenticus libro quinto, Annalium. Sed tempus me deficeret, si omnia, quae huius generis apud auctores extant, referre coner, cum ne hodie quidem huius peruersi studij finis vultus cernatur.

Anathematis  
templa exorna  
re à Iudaeis.

Didicerunt hoc Christiani primò à Iudaeis. Israelitarum enim tribuum Duces 12. à Moese instituti, in oracularis tabernaculi & aere inuncte dedicatione similiter liberalitatem suam ostenderunt. Sex vehicula cetera & 12. boues obtulerunt, quibus Leuitae in sacris vehendis vicerentur. Item scutellas argenteas 12. totidem phialas, & lanceas aureas totidem. Vasa argentea 2400. siclis sacris pendebant: aurea 120. Num. 7. Ensis Goliathi dedicatus est à Davide Noba in templo, apud Abimelechum sacerdotem. 1. Reg. 21. Idem victo Adarezero Sophene regis, caesis 20. millibus pedum, & 1700. equitibus, & multis curribus, pharetris aureas, & arna pulcherrima Hierosolymitano templo donauit. 2. Reg. 8. Asa rex Iudaeorum ea quae vouerat pater suus, obtulit in domum Domini: argentum, aurum vasorumque, diuersam suppellectilem.

leſilem. 2. Paralip. 15. Iuditha omnem ſuppelleſtilem Holofernis, ſibi eo caſo à ciuibus dono-  
datam, Hieroſolymis Deo dedicauit, vna cum velamine, quod ipſa ex eius cubiculo abſtule-  
rat. Iudith. 16. Omitto candelabrum aureum, Menſam propoſitionis, thuribula, pateras, cra-  
teres, & infinita alia huius generis, quæ Moſes ex præcepto Dei fabricari iuſſit, & in taber-  
naculo recondidit, quæ poſtea in templum Hieroſolymitanum translata ſunt, & à Solomone  
alijsq; mirum in modum auſta.

Negari etiam non poteſt quin hæc praua quadam imitatione Ethnicorum facta ſint à Anathematis  
templa exorna  
re, ab Ethnicis.  
Chriſtianiſ. Cum enim in primordio Eccleſia multæ Gentilium ad Chriſtianam religionem  
adducerentur, nemini dubium eſſe debet, quin ex eorum conſuetudinibus, ceremonijs ac riti-  
bus multa, animi quidem intentione non mala, retenta, & ipſo uſu pedetentim vel confir-  
mata, vel paululum immutata, & minus rectè ad alios fines deinde translata ſint. Teſtem huius  
rei habeo Polydorum Vergilium lib. 5. cap. 1. ubi porro indicat ex libro Strabonis Geograph.  
& apud Græcos morem fuiſſe, in templo eius Dei qui auxiliatus eſſet, & præſertim Aſculapij,  
quod Epidauri inſigne erat, tabellas appendere, in quibus morbi curati inſcripti fuerint. Sic  
& nos, inquit Polydorus, ex cera ſigillaria, hoc eſt, imagunculas templis offerimus, & oſcilla:  
quoties enim pars aliqua corporis leſa fuerit, ut puta manus, pes manilla, ſtatim vota faci-  
mus Deo, & eius Diuis, quibus mox recuperata ſanitate, illam manum, illum pedem, illam  
mamillam ex cera formatam offerimus. Quæ conſuetudo uſq; ad eod̄ increbuit hætenus, ut iſti-  
uſmodi ſigillaria ab hominibus ad reliqua etiam animalia tranſierint: ut eodem modo pro bo-  
ue, pro equo, pro oue oſcilla templis offerant Chriſtiani. In qua re quiſpiam uerecundè ſcrupu-  
loſus forte aſſis dicit, ſe planè neſcire, an priſcorum religionem potius vel ſuperſticioſam emu-  
lentur, quàm talia Chriſtiana eccleſia rectores etiam nunc admittant: quando, auctore Catone  
De re ruſtica, ſic Romanorum moris fuit, pro bobus, ut ualere, uota facere, cuius rei mo-  
dum valde me hercle ridiculum ille ibidem ponit. Hæc omnia & plura alia Polydorus. Her-  
cules quoque clauam ſuam, ab oleastro ad Saronidem paludem inuento abſciſſam, Mercurio  
Polygio dedicauit Træcene: eamq; aiunt radicibus ætis regeneraſſe, & oleaſter ille acate e-  
tiam Pausania oftendebatur. Pausanias in Corinth. Cumq; ante Midam Gordij F. Phry-  
giæ regem, Delphicum templum fuerit ἀἰετῶρον καὶ ἀγροῶρον, ut Cælius lib. 6. cap. 11. ex  
Atheneo refert, prius Midas regiam ſellam, in qua iura dicere ſolitus fuerat, Delphico Apol-  
lini dono miſit. Poſt eum Gyges Daſcyli F. qui Candaule obruncato, regnum Lydorum in-  
uaſit, eod̄ quod regnum ei confirmant Pythia, præter auri & argenti immenſam vim, crate-  
res aureos ſex, pondo 30. talentorum, muneris loco obrulit: locus, in quo reſpoſita fuere, Gyga-  
das dicebatur. Eius abnepos Halyattis, Sandiattis F. ſecundus ex hac domo, ubi conualſi-  
ſet, dedicauit Delphis grandem ex argento craterem: itemq; alteram ex ferro paruulum, com-  
paſtilem, inter omnia Delphorum donaria digniſimum ſpectatum: opus Glauci Chij, qui pri-  
mus omnium ferri compactionem excogitaſſe dicitur. Cræſus Halyattis F. muneribus omnes  
uicit, qui mille aureos lateres dono miſit, teſte Zeze hiſt. 1. ut aurea tota ara ex ijs ſtrueretur.  
Herodotus lib. 1. Idem rex aureum ſcutum dedicauit Delphis Mineræ Pronæ, quod po-  
ſtea Philomelus Phocenſis eripuit, ut Pausanias indicat in Phocicis. Aiunt etiam Themis-  
toclem Delphos profeſſum Apollini Medorum exuias attuliſſe: percutantem autem nun-  
quid intra templum ea dona locaret, iuſſiſſe Pythiam, ut eas omnino extra ſani limen auſſer-  
ret, inquiens:

In templo pulchras noſtro ne ſigite Perſei

Exuias, ſubitò ſed veſtras mitte in ædes.

Vbi cerè cum admiratione cauſa queri poteſt, cur ab vno Themiftocle oblata dona de Me-  
dis, accepta Deus non habuerit. Sunt qui Perſica omnia ſpolia itidem repudiaturum fuiſſe  
credant, ſi antequam dedicarentur, nunquid ſibi ea uellet offerri, quaſi ſitum eſſet. Non deſunt  
qui dicant Apollinem, qui præſciret ſupplicem ad Perſas iturum Themiftoclem, iccirco ſibi  
exuias illas dedicari prohibuiſſe, ne religioſis monumentis reſtatum odium, fidem depreca-  
tioni abrogaret, Pausania in Phocicis referente.



Græci post pugnam ad Salaminem, parta de Xerxe victoria, prædam inter se dispartire, ex quibus primitias Delphos misere. Vnde statua effecta est longitudine cubito:rum decem, truncam nauis partem manu sustinens; eodem in loco stans, ubi Alexander Macedo aureus. Misit Delphos primitias, Græci publice percontati sunt, nunquid perfectus & acceptas primitias accepisset? Quibus ille respondit, habere se quidem à Græcis alijs, rerum non ab Aginetis: sed reposcere donum optime nauata ad Salaminem opere in pugna nauali. Id cum audissent Aginetæ, aureas stellas tres dedicauerunt: quæ super malum nauis æreum steterunt apud angulum, proxime Cræsi craterem, ut Herodotus testatur lib. 8. In pugna ad plateas commissa contra Persas, reperit equorum præsepe Mardonij Ducis ex ære totum, spectatu dignum, quod Thegeata in templo Alæ Mineruæ reposuerunt, Herodoto auctore li. 9. In medio fastigij apice templi Iouis Olympij inaurata est Victoria, infra Victoria signum fixus est aureus clypeus, in quo Medusa Gorgon calata est. Dedicauerunt Lacedæmonij cum hac inscriptione: Ex auro phialam capta posuere Tanagra,

Inuenat hæc bello quod Lacedæmonios.

Cecropidæ Argiuq; Duces, & Ionica proles

Victores partu de spolijs decimam.

Pausanias lib. 5. Dedicauerunt Delphis Ambraciota aneum asinum, viliis nocturna pugna asini beneficio Molossis. Nam cum in illos noctu insidias disposuissent Molossis, asinus, quæ forte ex agro in oppidum agebatur, asellam insectans cum multi lascitiua vehementem rudium sustulit. Ipse etiam agaso per tenebras, obscura & incondita voce in clamabat. Iniecit ea res tantam Molossis trepidationem, ut statim insidiarum locum deseruerint. Eos Ambraciota detecta fraude noctu inuadens prælio superarunt. Pausanias in Phocicis. Athenienses palmam aneam cum Mineruæ signo aureis intecto laminis Delphis dicauerunt, victoria ad Eurymedontem parta. Echekratides Larisæus Apollinem paruum Delphis dicauit: quem Delphi dicunt antiquissimū ac primum donariorū omnium fuisse, auctore Pausania in Phocicis. Alexander Magnus Thebis direptus Lychnuchum pensilem arboris modo mala ferentem cepit, & Apollini Cymeæ dicauit. Qui deinde in templum Apollinis Palatini à Romanis translatus fuit, Plinio teste lib. 34. cap. 3. Gelon Syracusanus tripodem 16. auri talentis edulatum, Delphos misit Apollini, pro gratia numenis & bene rei gestæ contra Carthaginenses habenda, & in posterum concilianda. Diodor. lib. 11. cap. 1. Eueltion rex Salaminis Cypriæ Delphis dicauit thuribulum spectatu dignissimum. Hærod. lib. 4. Romanorum omnino nullus neque plebeius neque patricius ante L. Mummius, in Græcorum templis donum ullum ponendum curauit. Primus Mummius de manubijs Achaorum louem in Olympia aneum dedicauit ad lauam eius, qui à Lacedæmonijs dedicatus fuerat. Pausan. lib. 5. Idem capta Corintho plurima signa, tabulas & statuas secum auexit, quæ postea in ædem Fortuna collocauit. Cæsis ad Clastidium à M. Marcello Gallis, Romani Apollini Delphico donum crateram auream centum pondo gratiæ referenda causa misere. Plutarch in Marcello. Liuius Augustus in Capitolio Crystallum librarum circiter 50. dicauit. Ut Plinius refert lib. 37. cap. 2. Coronas ex Cinnamo intermissili auro inclusas, primus omnium in templis Capitolij atque patris dicauit Vespasianus Imp. Radix eius magni ponderis videbatur in Palatij templo, quod fecerat diuo Augusto coniunx Augusta, aurea patera imposta: ex qua gutta ædis annis omnibus in grana durabantur. Plinius lib. 12. cap. 19. Adrianus Rom. Imp. in eo Iunonis templo, quod fuit in planiore Euboeæ parte situm, inter cetera memoratu digna, quæ viscebantur, pavonem ex auro, & lucidis pretiosissimisq; lapillis dono dedit. Natalis Comes Mythol. lib. 2. cap. 4. Victo M. Antonio & Cleopatra, Augustus alterum vnionem cuius comparem sexcenties H. S. aestimatum Cleopatra aceto dissolutum absumpsit, diffecari curauit, ut in Venetis vtriusq; auribus Roma in Pantheo omnium cum admiratione spectarentur. Plinius lib. 9. cap. 35. Aurelianus Imp. cum bellum aduersum Marcomannos gereret, diuino auxilio victoriam nactus, ne parum grate celo demissam agnoscere opem videretur, præter munera variaq; ornamenta per urbem Romam multis templis data, soli Capitolino Ioui quindecim milia auri

lia auri pondo, & magnam gemmarum vim pluribus collationibus dono dedit, authore Fulgoso libro 1. cap. De religionis cultu.

Hæc propterea pluribus commemoro, vt inde perspicuum fiat, à quibus mos varijs anathematis & ornamentis exornandi templa ad Christianos manarit. Licet autem Ethnicorū exempla nihil prorsus ad defensionem peruersi huius studij Christianorum faciant, cū illorū ipsorum sapientes à sacris auri argentiq; vsu sum mouendum existimarent, et Persius poëta exclamarit: Dicite pontifices in sacro quid facit aurum?

Nempe hoc quod Veneri donatæ à virgine puppæ.

Ac Alexander Rom. Imperator, in templis nunquam præter quatuor aut quing. argenti libras, auri ne guttulam quidem aut bracteolam posuerit, vt testatur Elius Lampridius: Nihilominus tamen præsidij aliquid in eo se habere nostri illi putant, quod in tabernaculo & templo Solomonico omnis generis anathemata, & ornamenta stupendi operis Dei ipsius iussu habuerunt. Querunt igitur, cū hæc in veteri Testamento sint adhibita, cur idem in Nouo nō liceat? Respondemus, in veteri Testamento rem fuisse Deo cū hominib. & rudibus, & pronis ad idololatriam: nec eō voluit Deus, cū illa externa ornamenta mirarentur plus æquo, illos auocare ab idololatria, & in suo cultu retinere. Deinde attendendū est, hæc aurea & argentea ornamenta in veteri Testamento iustū suumq; vsu habuisse. Nā si extabat in templo candela labrum aureum, sua luce splendidum locū reddebat: Si mensa propositiōis, ei panes imponebatur: si thuribula, & stari & cerri sufficiens in eis fiebant. Patere atq; crateres et phiale ad sanguinem victimarum excipiendum, ad aspergendū et ad libandum conducebant: & cætera instrumenta ad ignem cū fouendū tum expurgandū faciebant. Et quoniam Deus tales ceremonias Israelitas habere decreuit, iccirco etiam hæc instrumenta ipsis ad manus esse oportuit, quando verò post Christi aduentū, eius generis ceremoniæ, tanquā typi et figuræ, sublatae sunt, tot generibus ornamentorū aureorum & argenteorum non opus est Ecclesijs Christi: neq; etiā quæ vni ætati profunt, alteri sunt vtilia. Aut si decreuerūt omnia reuocare in Ecclesiā Christi qua in veteri Testamento sunt agitata, cur etiam Sacrificia Mosaica non repetunt? Fateantur se spiritum puerorum, non adultorum, seruitutis nō libertatis habere. Fingant sibi oportet alium Christum, qui hoc genere delectetur: nam verus Christus filius ille Dei, & Mariæ virginis, qui in Cruce pro nobis passus est, nunquā talia requisit. Et vt summam dicam, cū non sacræ modò, sed et prophane literæ testentur ad Euangelij prædicationē opes & ornamenta illa templorū ac falsorum numinū casura fuisse: præterea lege abrogata, ne ludæorum quidem iussa quondā & imperata à Deo opulentiā subsisterit, ipso etiam templo funditis subuerso: quid oro nos agimus, dum contra Apostolorum exemplum, contra vsu ecclesiæ primitiue, contra clarissimā scripturarum oracula, in hoc solum incumbimus, vt domus sacræ id genus elegantissimæ confertæ, vtque gemmis, auro & argento templorum parietes fulgeant, eam solum ob causam, vt hoc institutum gratam Deo faciamus, & hoc pacto eius gratiam promereamur, qui tamen, Paulo teste Act. 17. rebus humana manu factis non colitur? Quanto satius foret opes in viua Dei templa, hoc est, captiuos, pauperes, & literarum, præsertim sacrarum studia, quàm in non sentientes structuras effundere? Certè hunc fuisse vsu ornamentorum aliarumq; opum Ecclesiasticarum in veteri Ecclesia, inde apparet, quod cum Decius Imp. à B. Laurentio Ecclesiæ thesauros extorquere vellet, eos iam distributos in pauperes intellexit. Cumque Romani milites captiuos Persarum Azazena regione vastata, reddere regi Parthorum nullo modo vellent, captiui fame consumebantur, cū essent circiter septem millia, quod Persarum regem non mediocriter contristabat: tunc Acacius Amediæ ciuitatis Episcopus, clericos sibi subiectos conuocans, Viri, inquit, fratres, Deus noster nec discis nec calicibus opus habet, nam neque comedit neque bibit. Et quia multa vasa aurea & argentea ecclesia nostra ex oblatione Christianorum habet, conuenit ex ijs liberari exercitum captiuorum egentibusq; cibos afferi. Hæc & his similia cū dixisset, confluxit vasa & militibus dedit pretiū captiuorum, quos cū recreasset cibus datus sumptibus ad regem suum destinauit. Ad hoc mirabile opus Acacij Persarum rex obliuiscit.

Anathematum  
templorum v  
sus in primiti  
ua Ecclesia.



quòd & bello Romani & beneficijs ericissent, vt Socrates tradit libro 11. cap. 16. Tripart. historia. Laudatur etiam Cyrilli Hierosolymorum Episcopi pietas, quòd cum in magna aliquando fame, qua regionem Hierosolymis occupauerat, hominum multitudinem ingens cibo necessario destituta, ad eum tanquam Episcopum confugisset, nec in promptu esset pecunia, vasa Ecclesie, quantumuis necessaria, preciosa quoque & sacra vela, in subsidium indigentium distraherit libro 5. cap. 37. Tripartita historia. Sed & Iustinianus Imp. l. 18. C. de sacrosanctis Ecclesijs, sanxit, non posse vasa sacra templorum & vestes oppignorari aut alienari, nisi ob captiuorum redemptionem. D. Ambrosius lib. 2. de Officijs conuenitur, quòd aliquando in inuidiam inciderit, quòd confregerit vasa mystica, vt captiuos redimeret. Valde etiam displicuit veteris Ecclesie patribus, si, neglectis pauperibus, huiusmodi dona fidelium in hunc saltem finem sunt reseruata, vt templa, templorumq; laquearia & parietes ijs exornarentur. Qua de re Ambrosium audiamus qui libro 2. cap. 28. Officiorum grauissimè admodum inquit: Qui sine auro misit Apostolos, & ecclesias sine auro congregauit. Aurum ecclesia habet, non vt seruet, sed vt erogat, & subueniat in necessitatibus. Quid opus custodire quòd nihil adiuuat? An ignoramus quantum auri & argenti de templo Domini Assyrijs sustulerint? Nonne melius constat Sacerdos propter alimoniam pauperum, si alia subsidia desint, quam sacrilegus contaminata asportet hosti? Nonne dicturus est Dominus, Cur passus es tot inopes fame emori? Et certè habebas aurum vt ministrasses alimoniam. Cur tot captiui deducti in commercium sunt nec redempti? Cur tot ab hoste occisi sunt? Melius fuerat vt vasa viuentium seruares quam meallorum. His non posset responsum referri. Quid enim diceret? Timui ne templo Dei ornatus deesset. Responderet, Aurum Sacramenta non querunt, neque auro placeant quæ auro non emuntur. Ornatus Sacramentorum redemptio captiuorum est. Et verò illa sunt preciosa vasa quæ redimunt animas à morte. Ille verus thesaurus est Domini qui operatur quòd sanguis eius operatus est. Tunc vas Dominici sanguinis agnosco, cum in vitro quæ video redemptionem, vt calix ab hoste redimat, quos sanguis à peccato redemit. Quam pulchrum vt cum agmina captiuorum ab ecclesia redimuntur, dicatur: Hos Christus redemit. Ecce aurum quòd probari potest. Ecce aurum vile. Ecce aurum Christi quòd à morte liberat, &c. Ecce Hieronymus in Comment. ad Ierem. cap. 7. præcepit, inquit, & tunc populo Iudeorum, & hodie nobis qui videmur in ecclesia constituti, ne fiduciam habeamus in edificationum splendore, auratisq; laquearibus & vestitis parietibus marmorum crustis. Et ad Nepotianum de vita Clericorum idem dicit, Mulci edificant parietes & columnas ecclesie substruunt, marmora nitent, auro splendent laquearia, gemmis altare distinguitur, & ministrorum Christi nulla electio est. Sed plura contra ornatum templorum omnem modum excedentem, supra in capite de præpostero studio extruendi magnifica & sumptuosissima templa diximus.

Quin aliquot patres primitiua Ecclesie huiusmodi Ornamenta templorum profusè vel ignorarunt vel respuerunt & damnarunt. Id quòd in Ethnicis grauiter fecit Lactantius in libro Institutionum, vbi inter alia inquit: Auri, gemmarum & eboris pulchritudo acriter persequitur incognita. stringit oculos, nec ullam religionem putant, vbi illa non fulserint: veniunt igitur ad Deos, non tam religionis gratia, quam vt aurum oculis hauriant, nitorem leuigati marmoris aspiciant, & quantò fuerint ornatiore templa, & pulchriora simulacra, tantò plus maiestatis habere creduntur. Ad eò religio Deorum nihil aliud est, quam quòd cupiditas hominum miratur. Item, Vestes, gemmas, & cetera quæ habentur in precio, si quis putet Deo chara & offerenda, is planè quid sit Deus nescit. Hæc Lactantius de Ethnicis, quæ de nostris Christianis hodiè quoque iure optimo dici possunt. De Exuperio Tolosano Episcopo D. Hieronymus in epistola ad Rusticum monachum ita scribit: S. Exuperius Tolosæ Episcopus, vidua Sareptensis imitator esuriens pascit alios, & ore pallente ieiunijs fame torquetur aliena, omnemque substantiam Christi visceribus erogauit. Nihil illo ditius qui corpus Domini canistro vimineo, sanguinem portet in vitro, qui auaritiam eiecit è templo, qui absq; funiculo et increpatione cathedras vendentium columbas, id est, dona sancti spiritus, mensasq; subuertit in ammone, & numulariorum ara dispersit, vt domus Dei domus vocetur orationis, & non latronum spelunca.

Ornamenta templorum multis veterum Ecclesie incognita.

spelunca. Et Bonifacius martyr rogatus, an aurea aut lignea vasa deberent adhiberi ad vsum Sacramentorum, respondit: Cum aurei sacerdotes essent, habuerunt ligneos calices; nunc lignei sacerdotes, calices volunt habere aureos.

Ex his facillè responderi potest FELICIANO Scalensi Episcopo. Is anno 1583, in honorem ac vsum serenissimi Principis Maximiliani, Guilielmi vtriusq; Bavarie Ducis primogeniti Latina lingua in lucem edidit Ingolstadij, ac postea quidam in Germanicum sermonem transtulit, librum precationum, quas Carolus Caluus Imperator, Ludouici Pij filius, sibi adolescenti pro quotidiano vsu, in vnum colligi, & literis aureis scribere mandauit. In præfatione ad Maximilianum Bavarie Ducem, scribit, Carolo Caluo Imperante, Ludouicum fratrem eius maiore natu, Tiguri monisterium Virginibus illustribus, quod nostra lingua Das Frauenmünster vocatur, construxisse, & magnis opibus ac pretiosarum rerum thesauris honorifice donasse, quod postea successorum eius liberalitate ac munificentia, cumulatius diuitijs & priuilegijs auctum & decoratum sit. Anno verò Domini 1528. diebus Septembris 14. & Octobris septimo euacuato ecclesie sacrario, omnia clenodia aurea, argentea & gemmis affabre facta atque ornata ingenti pretio & numero à Tigurinis distracta & ablata esse, quorum catalogum ad libri finem adijcit, vt quanta auri, argenti, gemmarum, sacrorum ornamentorum, & rerum aliarum pretiosarum vis & copia in eo monasterio seu templo fuerit, intelligi, & veterum principum pietas & religio percipi & considerari possit. Ita quidem ille odio religionis incensus. Ego verò hunc librum eo consilio edidit ab eo, & catalogum rerum pretiosarum in fine adiectum esse, sanctè affirmare ausim, vt amplissimo prudentissimoque Senatui Populoq; Tigurino summum odium & inuidiam, tanquam sacrilegis, apud principes constet. Verùm grauisima nec tolleranda iniuria eos afficit. Conuersum est enim monasterium hoc à Senatu Tigurino, de voluntate & consensu Abbatissæ samina religiosissima, quæ cum temporis Catharina à Zimmeren fuit, in meliorem vsum, hoc est, in Scholam & Collegium, in quo bonarum literarum & artium studiosi quindecim, sæpè etiam viginti cum paedagogo liberalissimè aluntur, & vbi studiorum suorum cursum gnauiter cōsecerint, ecclesijs in vrbe & agro Tigurino præficiuntur. Res verò illæ pretiosæ, quarum Felicianus catalogum, nescio quam bona fide, contexit, aurum, argentum, vestes, ad subleuandam pauperum necessitatem distractæ sunt, vt ciues vrbs Tigurina optimè norunt. Quis igitur piiorum & verè fidelium negabit præstare, vt sacrarum præsertim literarum studia, ex bonis illis Ecclesiasticis & templorum ornamentis inutilibus, promoueantur, & viuæ Dei imagines, id est, pauperes potius, quam ligna & lapides alantur ac resiliantur? Aut putabit aliquis Christum spoliari, & Sacramenta debito honore non ornari, sed fraudari, cum aurum et argentum è parietibus templorum accipiuntur, & in vsus pauperum conuertuntur? Audiatur talis obsecro quid in hac re verū sit: Christus tum spoliatur, cum negliguntur pauperes, cum ligno & lapidi impenditur quod viuæ imagini Dei impendendum erat, cum veritas propter Doctorum seu ministrorum Ecclesie insciam et ignorantiam periclitatur. Non colitur Christus auro, argento alijsq; rebus pretiosis per cæpla suspensus, sed charitate, misericordia, fide & iustitia. Non dicit, qui quid lapidibus, lignis, templorum parietibus, & imaginibus feceritis, sed, quatenus fecistis vni de his fratribus meis minimis, mihi fecistis. Multum est in hac re approbanda, & in confutando cultu illo externo Lactantius, author vetustus, qui in libris Inulicitionum hoc scixum præcipuè voluit. Proinde si quisquam spoliat Christum illi maxime spoliatur, qui opibus & donis Ecclesiasticis abutuntur ad externum templorum & sacramentorum cultum. Si sacrilegium committunt, qui ornamenta templorum distrabunt, & ex ijs studia bonarum literarum promouent ac souent, pauperes alunt, captiuos redimunt, ægros resciumt, sacrilegus fuit Exuperius, qui omne aurum & æs distribuit in pauperes, adeò vt etiam sacram cœnā non aureis patris & patinis crystallinis ecclesie exhiberet, sed calicibus vitreis & canistris vimineis. Sacrilegi etiam fuissent Laurentius, Cyrillus, Achatius, Ambrosius, Augustinus et alij. Sed ab his vt hoc crimen illis uentemus, cum misericordie opus fecerint. Nam D. Ambrosius disertè dixit: Si in sua aliquis deriuet emolumenta, crimen est. Sin verò pauperibus eroget, captiuos redimat, misericordia est.



Si quis obijciat, contra fundatorum mentem & voluntatem, ornamenta illa templorum qua Ecclesijs donarunt, in alios vsus transferri. Respondemus, temporum iniuria, & sacerdotum monachorumq; fraude factum, vt putarint, se Deo rem gratam facere si templa exornarent. Deinde illorum consilium fuit hoc pacto propagare Dei gloriam. Nunc verò cum ex verbo Dei didicerimus, Deum his externis non coli, sed in spiritu & veritate; Christum quoque hæc externa non commendasse, sed pauperes, tanquam seipsum, nequaquam illorum voluntati repugnat, si externus ille templorum ornatus, in verè pauperes, non in ligna, lapides, & otiosos ventres transferatur.

### Varia Decreta de ornamentis & utensilibus Templorum,

**S**IXTUS I. instituit, ne à quoquam, nisi à ministris sacrorum, mysteria & vasa sacra tangerentur, maximè verò à feminis. Platina, Sabellicus. Panthaleonis Chronica, Syluester I. in 3. Synodo Romana sancit, Ne quis Lector vel ostiarius vasa sacra contingeret. Tom. I. Concil. Sed conflata hanc Synodum ab aliquibus, multa euincunt. Quò verò hæc leges spectent, quiuis facile potest anima diuertere, nempe ad euehdendam, quo ad eius fieri potest, sacrificulorum Papisticorum dignitatem, & eorum faciendam marsupia.

Sancierunt etiam, vt festis diebus, Ecclesie thesauri, pretiosa supellex, simulachra ac qui quid est in templis ornatus magnificentioris, spectatoribus visendum proferatur, sicut Durandus refert li. I. ca. de Pictur. et Cort. & Ornament. Eccles. Vbi etiam ostentationis huius nūdinarie, has rationes affert: ait enim, primum in celebrioribus panegyricis, thesauros Ecclesie in publicum proferri, vt exploraretur eius fides & diligentia, qui eorum custodia præfectus est; deinde vt his ornatiore sacra reddantur: postremò vt tanquam monumenta quadam spectatoribus memoriam reseruent eorum à quibus dicata sunt: sed veram causam omisit, vt nimirum stupidus populus in his externis animum occupans, Christum eiusq; verbum & meritum facile negligat. His præterea adiungit ibidem rationem, cur Struthionum quoque oua, & huiusmodi alia, qua spectatores rapiunt in admirationem, templis appendi soleant: vt, inquit, per hæc qua raro conspici consueuerit, populus ad tēpla attrahatur facilis, & magis affectiora & densiora hæc ipsorum theatra, eò & quaestus histrionū est vberior. In synodo Auernensis anno 545. habita iuxta Paninum ea. 7. statuitur, Ne suppellectilis Ecclesie sacra ad nuptias seu res ciuiles vsurpetur. In Synodo Bracarensi 3. anno 674. celebrata, sancitur cap. 2. vt qui Ecclesiastica ornamenta, vela, vel alia qualibet indumenta, atq; etiam utensilia scilicet in suos vel aliorum vsus transtulerit, si secularis sit perpetua excommunicatione damnetur: si religiosus, ab officio deponatur. In Concilio Lateranen. sub Innocentio 3. habito anno 1215. cap. 19. præcipitur, vt oratoria, sacra vasa, corporalia, vestimenta ministrorum pallæ altaris cæteraq; ornamenta omnia, ac tota deniq; sacrorum reliqua supellex, quam purissima nitidissimaq; conferuetur. In Concilio Oxonien. anno 1222. celebrato, sancitur, vt qualibet Ecclesia calicem habeat argenteum cum alijs vasis decentibus, & sindonem mundam ac candidam. cap. 3. Ibidem cap. 18. statuitur, vt Archidiaconi habeant redacta in scriptis omnia ornamenta & utensilia Ecclesiarum: vestes quoque & libros singulis annis videndos exhibeant, vt videant qua addita, vel perditæ sint.

### C A P V T. XIII.

#### De Origine aquæ Lustralis.

Aquæ benedictæ variæ generæ.



Vrandus in Rationali libro 4. cap. 4. quatuor genera Aquæ benedictæ seu lustralis constituit: Primum genus est, Aqua in qua fit iudicium purgationis, de qua dicitur quòd in vsu non sit. Illam ipsam autem, nisi fallor, intelligunt, qua olim Deus apud Hebræos

Hebraeos pudicis vxoribus consulere atq; succurrere constituit, aduersus falsas xelotyporum maritorum suspiciones, & horrendo publicoq; exemplo, impudicas & adulteras infamare & castigare ac violata matrimonij iura vindicare. Hoc verò lustralis aquæ genus merito tanquam obsoletum explo dunt: nam si vterentur eo, & tam tristi ac funesta aqua conspergerent mulieres, neq; tanta illis esset cum mulieribus cognatio & familiaritas, neq; tantus earum & tam frequens ad ipsos concursus: quo vix vllum ipsis incommodum posse grauius & nocentius contingere. Secundum, aqua baptismi, qua antiquitus homines aspergi solebant priusquam chrisimarentur, sed hodiè interdictum est: putabant enim se iterum à peccatis huius aquæ aspersione mundari, cum constet nullum his baptizari posse. Tercium genus est, aqua quæ sanctificare dicitur in dedicatione ecclesie & altaris. Quartum, qua in templis aspergitur homines: De his duobus posterioribus hoc capite potissimam agemus. Eam vè ab Alexandro i. qui Romanæ ecclesie circa annos Christi 113. præfuit, institutam, his verbis indicatur de Consecrat. dist. 3. Aquam sale conspersam in populis benedicimus, vt ea cuncti aspergi sanctificentur & purificentur: quo dominibus sacerdotibus faciendum esse mandamus. Platina ita habet. Instituit Alexander i. vt Aqua, quam sanctam appellamus, sale admixta, interpositis sacris orationibus, & in templis, & in cubiculis ad fugandos demones retinere tur. Funcius Comment. in Chron. lib. 5. hoc sic commemorat. Alexandri Rom. pontificis inquit, decretum est, Aquam admixto sale precibus benedicendam, eamq; & in templo, domiq; ad Iubanam propellendam, & ad peccata tollendam, seruari iussit, eaq; finitis sacris populum aspergendum esse, vt sanctificentur ac purificentur. Eadè referunt Antoninus tit. 7. ca. 5. Sa- bellicus Enne. 7. lib. 4. Panthal. in Chron. De vi quog; & efficacia Lustralis huius aquæ Ioã. Sleidanus Comment. lib. 2. ita scribit: Hæc, inquit, conspersio creditur ad mentis atq; corporis conferre sanitatem, & insidias abigere diaboli, & expurgare non solum homines, verum et res inanimas. Nam in solum, atq; saxa, & mortuorum sepulchra conijcitur, & sacrificus Deû precatur, vt hanc ei vim & efficaciam indat. Mulieres etiam. à puerperio, cum ad templum redeunt, in primo statim aditu lustrantur hac aqua. Deniq; multiplex est illius vsus, maxime verò, cum aduersus nocturnam spectra dimicatur, et agitur exorcismus. Noti sunt etiã illi rithmi: Aqua benedicta, deleantur tua delicta, sit tibi laus & vita.

Aquæ lustralis  
Christi. noru  
vis.

Qua de re etiam Thomas Naogeorgus lib. 3. Regni Papistici ita canit:

Quin delicta etiam sacratæ aspergine lymphæ  
Deleri credunt, procul & cacodæmonas atros  
Pelli: nempe quibus tormentum per graue, gutta est.  
Sæpius aspergunt igitur sese, populumq;  
Dextrisq; excipiunt tensis, & vertice aperto,  
Eius aquæ guttos summi doctiq; Papistæ:  
Semper & in templis medijs atq; ostia propter  
Amula cum aspergillo astat, ne copia desit  
Dæmones arcendi, delendiq; omnia vitæ  
Crimina. Priuatas etiam portatur in ædes  
Illa aqua, eonsperguntq; domum, conclauia, lectos:  
Nemo nisi aspersus digito, sua limina transir:  
Rebus ita in multis est huius maximus vsus.  
Nec mirum, tantæ cum sit virtutis, opisq;  
Delingunt etiam vulgares propter easdem  
Grana salis, puerisq; eadem bobusq; ministrant,  
Dæmonis incursum ne quid ledantur iniqui.  
His quid opus Christo, minimo qui magna labore

(salis esu?)

Efficiunt? delent peccata, & demonas arcunt Aut aquulæ gutta, candentis vel

Rationes autem quibus Alexander i. hanc sue aquæ vim astruere conatur & ineptæ & impie sunt. Si enim, inquit, cinis vituli aspersus populum sanctificabat atq; mundabat, multo magis aqua sale aspersa diuinisq; precibus sacratæ populum sanctificat atque mundat. Huius

Rationes quib.  
probant aquæ  
lustralis vim in  
eptæ et impie.



argumenti pars prior, ex scripta ad Hebræos epistola desumpta est, sed nefarie mutilata: posterior vero magno cum sacrilegio peruersa. Nam pro Christi sanguine, cui Apostolus eo in loco veram adscribit peccatorum emundationem, Alexander Papa, incantatam suam aquam supponit, eiusdem nimirum spiritus afflatu, quo Missæ sacrificium substitutum ad peccatorum expiationem, quam soli Christi victimæ acceptam ferre conuenit. Qui igitur Alexandrini huius aque authorem faciunt, hi intollerabilis huius erroris, & nefarie in Christi meritum contumelias, eundem authorem constituunt. Sequitur altera ratio: Et si sale asperso per Heliseum prophetam sterilitas aquæ sanata est, quanto magis diuinis precibus sacratæ sterilitatem rerum aufert humanarum, & coinquinos sanctificat & purgat; bona multiplicat & insidias diaboli auertit, & à phantasmatis versutis homines defendit. de Consecr. distinctione tertia, Confer hæc quæso cum prophetarum & Apostolorum scriptis, Deus bone quantum ab illorum maiestate distat? quantum autem à Ioannis Euangelistæ scriptis differunt, qui prope ad huius Alexandrini tempora ætatem suam produxit? Dominus quidem in lege ablutiones & purgationes ad sanctificandum & expiandum instituit, nõ quòd ceremonia externa vim hanc haberet, sed vt homines admonerentur se quidem immundos esse, ideoq; ad Deum accessum nullum habere, nisi prius mundentur & sanctificentur. Veram autem sanctificationem pij non in externis ritibus & ceremonijs querebant, sed in promisso Messia Christo Domino, quem veri fide amplectebantur sanguine suo abluentem peccata nostra, & spiritu suo sanctificantem. In quam sententiam David clamat, Lava me plurimum ab iniquitate mea, & à peccato meo munda me. Expiabis me hyssopo, & mundabor, lauabis me, & nix candidior ero. Et Ioannes dicit, Sanguis filij Dei emundat nos ab omni iniquitate. Quamuis verò sanguis iste verè ignis ille sit purgatorius, quo peccata nostra tolluntur & expiantur, ac verum lauacrum quo animæ nostræ abluuntur: habet tamen sua quoq; organa Christus, quibus purificationem illam nobis confert: non quidem Aquam hanc pontificiæ, sed verbum suum & spiritum sanctum; ex quibus illud quidem per prædicationem in hominum mentes seminatur, hic verò ita feminatum & fide exceptum viuificat, vt corruptæ naturæ sordes auferat, & his sublati fructus dignos in nobis ferat. Ideò Christus discipulis dicebat, Jam vos mundi estis propter verbum, quod locutus sum vobis. Et Petrus fide purificari aiebat corda hominum, nimirum ad illud respiciens, quòd per hanc verbum Dei, & in hoc ipsum Christum percipimus, verum & vnicum purificationis authorem. Quia verò hoc beneficium Baptismi sacramentum obsignat, hic quoque peccata abluere dicitur, iuxta illud Ananiæ, qui Paulo dixisse scribitur: Surge, baptizare, et abluere peccata tua, inuocato nomine Iesu. Act. 22. Sed & cruce purgari dicimur, eò quòd hæc carnem nostram coërceat, & instar vitis & segetis pinguioris luxuriantem salce salutari refecerit, vt sordibus liberetur, quas mundus & huius princeps illi aspergunt.

Quamuis autem certæ sint coniecturæ ob quas istiusmodi ceremoniam non ab Alexandro Pontifice Rom. sed posterioribus temporibus institutam demum crediderim, & pro antiqua venditam: dabimus tamen hoc illis, præsertim cum Romana ecclesiâ, fronte semel perfricta, nihil non ineptissimarum rerum, ne quid grauius dicam, semper ausa fuerit, & filius ille perditus homoq; peccati maturè mysterium illud iniquitatis operari in ea ceperit: illud verò nequaquam concedemus, aquæ huius asperisionem in reliquis quoq; ecclesijs in vsu fuisse, quas fortasse puduit ineptas & pueriles ceremonias instituere. Nam de vsu instituto aquæ asperisionis, in altarum ecclesiarum ritibus nihil profus inuenimus: vt mirum sit si tum fuit caput omnium ecclesiarum Romanus Episcopus, quòd tam nullos mandatis suis habuerit obsequentes discipulos. Valentinianus enim, qui postmodum Imperator factus est, cum tribunus ad huc militum esset, sequereturq; Iulianum Apostatam in Fortunæ sanum, vtrique autem ad ianuas starent aditui lustrationibus purgantes, vt arbitrabantur, ingressuros, vbi vidit guttam aspersam chlamydi suæ, & dituo pugnum infixit, quòd se Christianum, & hoc pacto pollutum non purgatum diceret: vt refert Theodoretus lib. 3. cap. 16. item Vespbergenfis fol. 92. Frisingensis lib. 4. cap. 12. Auentinus. In qua narratione duo aduertenda puto, primum, quòd

Theo-

Aque lustralis  
asperisio non in  
omnibus eccle-  
sijs ab initio  
recepta.

Theodoretus aperte dicit, gentiles ARBITRATOS se aqua hac purgari, alterum, quod Valentinianus tribunus pugnum inflixit ei, qui ipsum aqua ista lustrali aspersit, quod Christianum se diceret, adeoque minime ferendum innuens, ut iuxta Ethnicorum ritum aqua purgaretur. Quod si verò eiusmodi lustratio Christianis tunc temporis quoque in usu fuisset, nec Valentinianus istam asperisionem adeò graviter tulisset, nec Theodoretus quasi per Sarcasum scripsisset, Ethnicos arbitratos se aqua illa lustrica expiari. Idem Theodoretus eodem libro cap. 15. indicat, Iuliani Imp. in usu in macello omnia venalia, veluti carnes, panes, fructus, olera & quae alia victui comparantur, lustrata, adeoque polluta fuisse. Cumque Augustinus dicat, quasdam suo tempore Ecclesias, solennem Christi imitationem in lotionem pedum refugisse, ne ad baptismum ritus ille pertinere videretur, haud obscure innuit, nullum eo tempore lotionis fuisse genus, quod cum baptismo ullam haberet similitudinem, qualem aqua lustralis hodie apud Christianos habet, ut ex Durandi Rational. lib. 4. cap. 4. colligi potest, ubi dicit, homines & loca in significationem baptismi aqua benedicta aspergunt, aquam lustralem in memoriam baptismi omni die dominica benedici.

Nata est autem haec superstitio apud Christianos partim ex prava quadam imitatione Iudaismi. Apud Iudaeos enim varia lotionum & purificationum fuerunt genera. Aliqua Deus per Moysen instituerat, quibus mundabantur, qui aliquid immundi tetigerant, inter quas primatum tenebat aqua lustralis, quae ex cineribus vaccae rufa conficiebatur, & sanguinis Christi meritum adhibebat, qui nos ab omni iniquitate emundat, tamen ea quae ex primis parentibus haereditario quasi iure contraximus, quam illa quae ex quotidianis lapsibus & mundi huius commercio aspergitur. Vide de his Num. 19. et Levit. 15. At his non contenti Iudaei, novos purificationum & ablutionum ritus ex suo cerebro finxerunt, quos privatim domi suae exercebant, sicuti videre est Marci 7. cap. ubi sic scribitur: Pharisei & omnes Iudaei, nisi certatim laverint manus, non edunt, tenentes traditionem maiorum. Et à foro reuerfi, nisi loci fuerint, non edunt: et alia multa sunt, quae acceperunt tenenda, nempe lotiones poculorum, & sextariorum, & aramentorum, & lectorum, etc. Vt fieri consuevit, superstitio cum ambitione coniuncta fuit: quae factum est, ut in singulis propè adibus vasa plura & ampla, adhaec materia & opere pretiosa prostant, quibus purificandi studium indefinens testabantur. In hunc usum posita fuerunt, in ijs adibus in Cana Galilaeae, in quibus nuptiae celebratae sunt, quibus ipse Christus interfuit, sex hydrae secundum purificationem Iudaeorum, de quibus Ioannis 2. ca. Peruasit (ut diximus) ista superstitio in Ecclesiam, quando inepti quidam non contenti expiatione peccatorum quae in veteri Testamento adumbrata, in cruce autem sanguine Christi praestita fuit, in baptismi autem lauacro nobis quotidie obsignatur, insuper publicae purificationis ergo aquam lustralem excogitarunt, sale conditam, qua templum ingredienti purificantur. Et quia per hanc non modo pollutos purgari, verum etiam diabolos fugari, et spectra arceri crediderunt, plerique etiam illam domi in vasis aeneis artificiosè factis asseruarunt. Eoque horribilior est istorum superstitio, quod hanc suam aquam mortuorum sepulchris & tumbis lapideis inspergunt, ut quae mortuorum delictis expiandis seruiat, & purgatorij ardores ipsis tolerabiliores reddat.

Hanc Iudaeorum superstitutionem deinde Ebionitae quoque imitati sunt, atque etiam Turci, quibus nefas est etiamnum illos in templa admittere.

Partim etiam ab Ethnicis haec superstitio ad Christianos manavit, apud quos in usu fuisse aquae lustralis aspergines Iustinus testatur Apologia 2. ubi inquit: Qui ad eunt templa (gentiles intelligit seipso) aspergunt, postea offerunt muminibus grates, nidores atque libamina: aut etiam totos se abluunt, antequam subeant Delubra Deorum. Et M. Beletus quidem in suo Rationali cap. 110. restatur, Ethnicos templum suum iuxta fontes extruere solitos, ut aqua ibi semper in promptu haberent, per cuius asperisionem se purificari crediderint, ita ut illos fontes Delubra appellauerint, à diluendo. Ac Aedituorum apud eos munus fuisse, ad stare ad ianuam templi, & ingredientibus aspergere aqua lustrali ex Valentiniani historia, paulò ante citata, patet. Inquit enim Theodoretus, ἱνα τὸ ἐπιθεῖν δὲ τῶν ὑποῶν εἰς ἕκαστον ἀνθρώπον πρὸ ἀντηλείου τῆς εἰσόδου τῆς πύλης ἀποδοῦναι, id est, Ab ianua parte steterunt aditus, quos

Aqua lustralis  
vsus ex Iudaismo  
petitus.

Ebionitae &  
Turci utuntur  
lustrali aqua.  
Aqua lustralis  
ex Ethnicismo.



vasis plenis aqua lustrali ingredienti prius lustrabant, ut arbitrabatur. Et Sozomenus eiusdem historiae mentionem faciens, ait: ἐπεὶ δὲ ἐμύλλον ὑπεραμείβειν τῷ ὕδατι τὸν ἐδόν, θαλάσσης ἢ πηγάδος διασπόμενος καὶ τῶν ὁ ἱερῶν νομῶν ἰλλαντικῶν περὶ ἐρ πάνα τῶν εἰσιβίτασ, hoc est, Cum autem iam superaturi essent cępli limen, sacerdos quidam ramos madesactos manibus tenens, ingredienti more Græco aspergebat. Meminit huius moris etiā auctor libri de Morbo sacro, qui Hippocrati vulgò adscribitur, vbi, Deus, inquit, est, qui maxima & sceleratissima peccata purgat & purificat, & liberatio nostra existit; ipsiq; terminos templorū et delubrorum nostrorū Dijs designamus: ut nullus, qui non purus sit, eos transcendat. Et ingressi respergimur, non veluti qui inquinemur, sed, si quod etiam prius peccatū habemus, purificemur. De eadem cōsuetudine Vergilius etiā loquitur li. 6. Aen. cū Misenū sepultura mandari refert:

Idem ter socios pura circumtulit unda  
Spargens rore leui, & ramo felicis oliuæ.

Circumtulit unda hoc loco idem est, quod aqua purgavit. Circumferre enim pro lustrare, verbum antiquum & pontificale est, ut Seruius ad hunc versum notat. Sed & idem poeta cū facit Aeneam apud inferos ramum Proserpinæ consecraturum, ita refert Aeneid. 6.

Occupat Aeneas aditum, corpusq; recenti  
Spargit aqua. Eadem de re sic scribit Festus:

Itaque funus profectui, ignem supergrediebantur aqua aspersi, quod purgationis genus Sufficionem appellabant.

Aqua lustralis non ex quavis aqua sumpta apud Ethnicos.

Adhas autem aspergines, si fontes nulli iuxta templa essent, non quavis utebantur aqua Ethnici. Nam Romani aquam de fonte Iuurnæ qui circa Numicum labitur, adhibebant, ut in 12. Seruius scribit, aspergebantq; ac eam super terrā ponere, piaculū ac triste omen erat. Apud Athenienses verò aqua sumebatur ex Callirhoe fonte, magna religio in maximis sacris, & sponsalitijs ceremonijs, in quibus etiam adhibere nephas habebatur. In Delijs Apollinis templo præcipua aqua fuisse fertur, sacrificatium vsui accommodata: quā ad alios vsus hausisse, magni criminis instar erat. Græci in sacrificijs & expiamentibus Eleutheri aquā frequentes adhibebant. Trazenij, ex Hippocrene: Persici reges ex Coaspe, quā peregrè profecturi secum etiam ferebant. Arabū reges ex Euleo, qui ortus à Modis, præcipuo nitore fluit. Præ ceteris verò Egyptijs, tanti Nili aquam fecere, ut cū hydria ad templum humeris ferebatur, omnes procumberent, & sublati manibus, Dijs gratias agerent, nimirum cū & fluium ipsum Deum existimarent, ut refert Gyraldus De Dijs gentium Syntag. 17.

Quamobrem hoc ipso Ethnici minus supersticiosi Christianis fuisse videntur, quod has aquas lustricas nullis incantamentis suis infecerunt, sedijs purissimis vsi sunt, quales vna fontis amnisq; scaturigo suppeditauit.

Huc spectat & illud Propertij:

Ac primum pura somnum tibi discite lympha. In huiusmodi igitur lauacris, nullus erat salis vsus, nulla mixtura cum aquis lustralibus, nisi quod Proclus asserit De sacrif. & mag. Etiam aqua marina purgationes factas apud antiquos, & hodie fieri à Mauris alijsq; multis nationibus Gyraldus testatur. Cicero de parricidis agens, in culeo insutus: Non sic, ait, in flumen abijcere, ne cū delati essent in mare, ipsum polluerent, quo cætera que violata sunt, expiari putantur. Meminit & Aristophanis interpres: Nam, inquit, moris fuit expurgare profanatos, si ad mare deserantur, & abluantur. Hinc etiam illud Catulli ad Gellium:

Suscipit ò Gelli, quantum non vltima Theijs

Nec genitor Nympharum abluat Oceanus.

Hoc fiebat vnam hanc ob causam, Proclo teste, quod aqua marina vi purgandi esse prædita, quod salis esset particeps, qui aliquam in se continet ignis particulam: ideoque Ethnici sacerdotes ea in suis lustrationibus utebantur, illaque aspergebant quæ lustrare volebant. Quæ sanè Procli sententiæ plus videtur habere rationis, quàm quod Papiæ negantur de Helisai imitatione. Quidem habet simile Helisai exemplum, huius magis? An aquam sale consperlit ad expianda peccata? Quorsum, igitur hæc ridicula imi-

culamitatio? Si falsis aquis inesse vim putant purgandi, se lotio (si placet) cum Samaritis proluant polluti: atque hoc pacto & sali parcent, & lustralem aquam se dignam habebunt. Nam Epiphanius huiusmodi lustrali aqua vsos esse scripsit Samaritas, contra haeres. libro 1. tom. 1. Sectione.

Vasa autem quae ante templa posita aquas lustrales continebant, erant varij generis & formae. Apud Romanos, quia aquam lustralem super terram posuisse nefas erat, ideo vas lato ore, & fundo angusto, in quo hauriretur, ne stare posset, adhibebant: quod vas Donatus et Seruius Futile vocat. Et de eodem Lactantius lib. 8. Theb. Futile, inquit, vas est quoddam lato ore, fundo angusto: quo rebantur in sacris Deae Vestae, quia aqua ad sacra in terra non ponebatur: quod si factum esset, piaculum erat: unde excogitatum est vas, quod stare non posset, sed si positum esset, statim funderetur. Unde et homo commissa non retinens, futilis dicitur: & contra, non futilis, bonus consilij. Licet quidam eruditi, hoc vas cadum etiam & scyphum dixerunt: illudque manibus tenere oportebat, quod quidem Flaminicae virgines sacrorum ministrae, aut Vestalium famulae, & nonnunquam pueri flaminum ministri, quos Camillos appellabant, patrimi & matrimi omnes coronati manibus tenebant, ut eodem loco Gyraldus annotat. Qui plura scire desiderat de labris atque vasibus, quae aquam lustricam ante templa continebant, legat Guilielmi Choulij librum Gallicum, de Antiqua Romanorum religione.

Aspergillum autem apud nonnullos ex oliua fieri solitum ex loco Vergilij Aeneid. 6. apparet. ubi inquit:

Idem ter socios pura circumtulit unda:  
Spargens rore leui, & ramo felicis oliuae:

Licet lauro potius fieri soleret ut dicit Donatus, & consensu Seruius: sed & ex illo Inuenalis patet:

Lustrari si qua darentur,  
Sulphura cum cadis, & si foret humida laurus.

Vergilius autem mutauit propter Augustum: nam quo die natus erat Augustus, nata in palatio laurus erat, ex qua triumphantes coronabantur: & ideo ne lustrationi lugubri videretur adhibere, mutauit infelicem oliuam.

Neque solum Ethnicis in more fuit sese aqua aspergere, sed etiam corpora tota antequam rem diuinam facerent, in fluminibus abluere. Sic apud Vergilium Aeneas, nefas esse dicit, se accretare sacra, quod tum primum ex graui bello, & caede recenti venerit, donec se flumine abluerit.

Tu gentor (ait) cape sacra manu patriosque penates,  
Me bello è tanto digressum, & caede recenti

Accretare nefas, donec me flumine viuo  
Abluero.

Idem testatur receptum fuisse veteribus Sophoclis interpres in Aiacem. Sic etiam Orestes occisa matre furijs agitated, fluuio, qui septem ostijs in mare effunderetur, abluui iussus est. Et Apuleius libro 9. ait: Confestimque discussa pigra quiete, alacer exurgo, meque protinus purificandi studio, marino lauacro trado: sepiusque submerso fluctibus capite, quod cum numerum praecipue religionis apicissimum, diuinus ille Pythagoras prodidit. Vbi non praetereundum videtur quod Macrobius lib. 3. Saturnal. cap. 1. monet: Constat, inquit, Dijs super sacra facturum corporis ablutione purgari: cum vero inferis litandum est, satis actum videtur, si aspersio sola contingit.

Quibus & illud addendum puto, quod non homines solum, sed & vrbes ac alia inanimata aqua sua lustrali expiarunt Ethnicis, perinde ut Christiani quoque templa, caemeteria, campanas, altaria, vestes & familia sua aqua lustrant.

Huic lustrali aquae Ethnicis non minorem vim & efficaciam quam Christiani suae affixerunt, ut ex praecedentibus satis intelligi potest. Clarissime autem id docet Cicero lib. 1. de Legibus, ubi dicit, Aspersione aquae labem corpoream tolli, & castimoniam corporis praestari. Et Euripides inquit, Θαλασσα κλύζει πάντα ἀσπρόπρων κακὰ: quod eum ideo scripsisse ferunt, quia ablutione marinae aquae per sacerdos Aegyptios à morbo curatus fuerat.

Ouidius etiam ait fastorum 2.

Aquae lustralis  
vasa varij gene-  
ris & formae.

Aquae lustralis  
aspergillum vn-  
de factum apud  
Ethnicos.

Aqua lustrali  
Ethnici se non  
solum asperse-  
runt, sed lotos  
abluerunt.

Aqua lustralis  
vrbes Ethnici.

Aquae lustralis  
vis apud Eth-  
nicos.



Omne nefas, omnemq; mali purgamine causam,  
Credebant nostri collere posse senes.

Idem poeta lib. 5. Fastorum de Mercurialis aquæ viribus, qua tanquam lustrali mercatores utebantur, hæc canit.

Est aqua Mercurij portæ vicina Capenæ:

Si iuuat expertus credere, numen habet.

Huc venit incinctus tunica mercator, & vrna

Purus suffusam, quam ferat, haurit aquam.

Vda fit hinc laurus: lauro sparguntur ab vda

Omnia quæ dominos sunt habitura nouos.

Spargit & ipse suos lauro rotante capillos,

Et peragit solita fallere voce preces.

Ablue præteriti periuria temporis, inquit,

Ablue præterita perfida verba die.

Sive ego te feci te stem, falsouë citanti,

Non audituri nomina vana Iouis.

Sive Deum prudens alium, diuamite sefelli

Abstulerint celeres improba verba Noti:

Et pereant veniente die periuria nobis,

Nec curent superi si qua loquutus ero.

Da modo lucra mihi, da factis gaudia lucro:

Et face vt emptori verba dedisse inuet.

Quam multos hodie inuenias inter pontificios, qui instar mercatorum istorum, persuasum habeant nullum tam graue scelus à se admissum esse, quod non protinus eluatur, si hac conspergi & lustrati aqua sacra, Missam audierint, eiusq; sacrificio sua redemerint peccata?

Imò vrbes, quas aqua hac lustrarunt Ethnici, putabant à periurijs, cædibus, iniustitijs, & publicis criminibus expiatum in i. Irridet autem poeta priore loco hanc vanam & stultam hominum persuasionem, dicens:

Ach nimum faciles, qui tristia crimina cædis

Fluminea tolli posse putatis aqua.

Cicero etiam de Legibus lib. 2. testatur, animi labem nec aspersione aquæ, nec manibus exlui, nec dierum numero & diuurnitate vancscere tolli posse.

Clemens Alexandrinus quoque Strom. libro 4. laudat cuiusdam dictum, ἰδί μὴ λουτρῶ, ἀλλὰ νόω καθεζε, id est, Esto non lauacro mundus, sed animo. Addit & alias sententias, cuiusmodi est illa notatu dignissima, ἰκανὸν δὲ δὴματι ἀσφάλτου καὶ θαλασσι, μετὰ νοῦ ἀνεπίβητος καὶ βεβαιός, hoc est, sufficiens, mea quidem sententia, hominis est purgatio, perfecta, firma stabilisq; penitentia.

Cæterum de hac aquæ aspergine apud Ethnicos, de Aspergillo partim è rore marino, partim ex oliua salici, partim è lauro confici solita. & in genere de veterum lustrationibus, vide Turnebi Aduers. lib. 13. cap. 21. Scripsit etiam Ioannes Chæcus Anglus de Aqua lustrali, cinneribus & palmis ad Vintoniensem lib. 1.

#### Miracula falsa pro confirmanda aqua lustrali.

**N**vgatur Vincencius libro 25. capit. 87. monachos fatorem teterrimum, qui fulminis ignem in Ibericelumbensi cænobio, sequutus fuit, aqua consecrata aspersione abegisse. Cranzius libro 5. cap. 42. Vuandalia refert, in die Pasche aliquot captiuos catenis vinctos per Euermodum Racedburgensem episcopum miraculose liberatos: cum ni mirum catenæ, aqua benedicta conspersa dissoluerentur. Malachias archiepiscopus Armachanus Davidis

Scotiæ

Scotiae regis filium aqua benedicta aspersa sanasse legitur in vita eius. Ibidem indicatur quod in Anglia Gifsburni mulierem cancro laborantem curaris, locum affectum eadem aqua aspergens. In D. Bernhards vita scribitur, quod cum puero cuidam demoniaco per vim aqua benedicta per os infusa esset, demon continuè evolarit libro 2. cap. 3. Et cap. 4. lib. 4. indicatur, cum Bernhardus aquam consecratam parienti difficultate cuidam mulieri laboranti propinasset, factum statim in lucem prodijisse.

## C A P V T. XIII.

## De Origine Campanarum &amp; earum pulsu.

**E** Tintinnabulorum Origine nihil hoc loco dicam, nisi quod ipsorum inuentum recens non sit, Moysis liquidem ætate, teste Iosepho Antiquit lib. 3. cap. 11. eorum usus fuit: sed de maioribus illis ex ære alijsq; metallis fuis instrumentis, quæ Campanas vulgò, Germanicè Gloggen vocant, & quibus populus ad templa, ad auditum verbi divini, ad preces & alia conuocatur. Quamuis utroq; vocabulo pro eodem sine discrimine hodiè sepe auctores vrantur, & nos quoq; hoc capite idem facturi sumus.

In veteri Testamento tubis conuocabatur populus ad cætus publicos, sicut ipse Dominus instituit Numer. 10. ideoq; etiam voluit eas fieri argenteas & sonoras, quo in longinquis & remotis locis audirentur.

Apud Turcos hodiè, si vera sunt quæ Bartholom. Georgieuz refert, Sacerdos turrim altam circa templum tempore Orationis ascendit, voceq; alta, digitis in aures insertis, hæc verba ser reperit, Allach Hechber, id est, Deus verus, vnus, Quo clamore audito, conuenitur ad Templum. cap. 1. de Turc. Ceremonijs. In eandem ferè sententiam Iodocus à Meggen quoque in sua peregrinatione Hierosolymitana cap. 16. ait: Cum campanibus Turci non vrantur, campanilibus tamen, quæ vocant, simillimas turres, miræ altitudinis habent quàm plurimas, muscæ coniunctas, aliquot ambitus siue circuitus habentes, in quos aliquoties eorum aditui singulis diebus, designatis horis, ascendunt, tam eorum sacra quàm horas alta voce populo indicantes: eo enim clamore, horologiorum instar, vruntur, cum his alias penitus careant. Media verò nocte ascendentes populum augendum indicant, vt eo crescente, si des quoque eorum multiplicetur.

Quibus autem signis Christiani primitiua Ecclesiæ, atque post Constantini Magni tempora ad conuentus Ecclesiasticos conuocati fuerint, nõ satis liquet. Petrus Paulus Vergerius Iustinopolitanus olim Episcopus in libro de Aquæ benedictæ & Campanæ baptizata Origine indicat, ante inuentum Campanarum usus esse instrumento quodam, quod excitaret vehementem strepitum, & Cymbalum appellasse: Et hinc adhuc hodiè moris esse, vt Episcopi papales in distributione quatuor minorum Ordinum, Ostiario dicant, Ostiarium oportet percutere Cymbalum.

Quid sit, illud tamen constat, annis ferè quingentis post Christum natum, nullum in Ecclesia Christi Campanarum fuisse usum: Cum autem circa illa tempora pietas hominum frigeret & decreveret, vnà cum alijs ceremonijs, quibus humana mens nimium addicta est, etiã Campanæ in Templis & omnia loca sacra sunt introductæ, & ad initio quidem haud malo proposito. Cum enim homines constitutis horis ad sacros cætus negligentius conuenirent, Sabinianus Papa, qui Gregorio Magno successit, constituit, vt sono seu pulsu Campanarum deinceps conuocetur ad sacros cætus populus. Bergomen. lib. 10. Polyd. Vergilius lib. 6. cap. 12. Quamuis sint qui simpliciter dicant, eum diem & horas Campanarum pulsu officij gratia distinxisse. Platina. Panthal. in Chron. Balæus cent. 1. cap. 68. in Sabiniano.

Hic Sabinianus ille ipse fuit, qui adeo in Gregorium Magnum ira & inuidia exarsit, vt parum absuisset, quin ab eo omnes Gregorij libri combuerentur. Platina. Ac horrendo quodam noctis visu obstupescens anno Domini infami morte concidit. Balæus Cent. 1. cap. 69. in Sabiniani vita.

Tintinnabulorum origo vetus.

Tubis conuocati Iudæi ad cætus sacros.

Campanarum usum non habent Turci.

Campanis quæ diu caruerint Christiani in sacris.

Campanis conuocare ad sacros cætus quis instituit, & cur.



DE ORIGINE

Facile autem approbatum fuit illud institutum Ecclesijs: quoniam hæc magna erat commoditas signo publico conuocandi populum: & in re ipsa nulla adhuc erat superstitio.

Vualfridus abbas circa annum Domini 840. in lib. de Offic. & ritib. Ecclesiast. cap. 5. de Campanis differens, dicit esse nouum inuentum, & olim non ad eod. necessarium, quod tunc non ita crebro ad templa concurrerint, nec (vt ipse loquitur) tam multiplex apud eos conuentum assiduitas fuerit, sicut hodie: scilicet dum iam ad matutina, iam ad Missas, iam ad horas concurritur: sed tantum statutus quibusdam temporibus, ad conciones conuenerint, quæ eis etiã sine Campanis nota fuerint. Catal. testium fol. 130.

Inuentor Campanarum.

Auctorem verò huiusmodi Campanarum ignorari, dicit quidem Polydorus lib. 4. cap. 6. Gilbertus autem Cognatus vir diligentissimus, lib. 4. Narrationum, testatur, Paulinũ Nola Urbis Campaniæ Episcopum primum in sua ecclesia Campanæ usum inuenisse, & ad pia munia transulisse, vt nimirum eius strepitu exciri possent remotius habitantes, ad conciones sacras precationesque. Hac verò ratione Paulinus hic, qui iuxta Thrihemium circa annos Christi 420. floruit, instituti huius auctor existeret, & Sabinianus pontifex tantum approbator. Licet aliquo etiam modo Campanarum auctor videri possit, quod nimirum earum usum Romæ primus instituerit & receperit.

Campanarum vsus nouus.

Atq; hinc fortasse obtinuit consuetudo, vt nolæ et Capanæ vocabulis censerentur tintinnabula ab hac Capaniæ Nola. Sunt tamen qui Onomatopœiam seu fictionem vocis esse putant. Fuisse autem Campanarum usum nouum, atq; adeo insolens seu inusuetum institutum circa annum D. 610. ex eo facile apparet, quod Lupus Aurelij, vbi Episcopus fuit, pulsando campanas in templo Stephani, exercitũ Clotarij Francorũ regis, qui muros eius Urbis obsidions cinxerat, adeo, tanquã re noua et insolenti, terruit, vt omnes sese in fugã reuerint, vt indicat Pincet. in spec. hist. lib. 23. cap. 9. & 10. Nisi artes magicas seu incantationes eum adhibuisse credere libeat, ibid. enim refertur, quod diabolũ inclusum in vaseculo haberit hic Episcopus.

Campanis quãdo Græci primo vti coeperint.

Zacharias Papa circa annum demũ 747. à nato Christo Casinensibus monachis concessit, horas Campana pulsu propter officia Ecclesiastica distinguere. Chronicon Casinen. Græci autem circa annum 874. demũ vti Campanis primò ceperunt, beneficio Vencorum, qui Basilio Imperatori Græco miserunt duodenas magni ponderis artificijq; non vulgaris, Campanas, teste Sabellico Enne. 9. lib. 1.

Campanarum abusus. Campanarum genera varia excogitata. Tintinnabulorum genera. Squilla quid eius vsus.

Crecente autem superstitione vsus hic Campanarum tollerabilis nec improbandus, in abusum, quemadmodum pleriq; alia, transijt, idq; varijs modis: primò enim varia comparatũ tintinnabula, campanas & crepita cula, quibus pro varietate sacrorũ suorum, atq; horarũ & feriarum, variè etiam vterentur, ac tanquam percusso ære Dodoneo omnia vndiq; per streperent, nec pulsandi finis & modus ullus sit, vt Tot pariter pelues, & tintinnabula dicas Pulsari, sicut Iuuenalis dicit Satyr. 6. Enumerant autem ceremoniarum magistri, & præsertim Durand. in Rat. lib. 1. sex tintinnabulorum genera, quibus in Papatu cuncta die nocteq; strepunt: nempe Squillam, Cymbalum, Nolum, Nolum seu duplam Campanam, Campanam, Signum. Squillam vocant, Tintinnabulum, quod pulsari solet in confectiõne corporis & sanguinis Christi, dumq; portatur ad ægrotos Eucharistia: quorum illud constituit Gregorius 9. circa annum 1235. Nauclero teste Generat. 42. hoc verò Innocentius 3. circa annum Christi 1210 vt Balens indicat lib. 5. de gestis Rom. pontif. Est etiam Squilla vsus in circũgestatione quæ fit in corporis Christi festo: quãdo mula capellam cum Squilla Domini Papæ, vt Durandus loquitur li. 4. diuin. id est asinus mysteria portat, vt per uerbo dici solet. Quod idè fit, vt ad sonum huius Squille prostrati homines, pani illi diuinum honorem exhibeant. Corporis autem Christi festum ab Urbano 4. circa annũ demũ 264. cum suis, Ceremonijs institutum fuit. A Squilla Germani videntur mutuari esse suũ vocabulũ Schällen, quod idem cum Squilla significat. Sed ad propositum redeamus. Squillam propriè tricinio, quod re festorum vocant, destinant. Cymbalũ verò claustro: Nola choro: quãuis alij corã, Cymbalũ choro, & Nolum monasterio assignent, Nolum, quam & Duplam Campanam vocant, horo logio: Campanam campanili (sic enim loquuntur:) Signum verò turri. Alij verò dicunt, Capanam

Schällen vnde dicta. Cymbalum. Nola. Nolum. Campana. Signum.

panam in turrib. pulsari, et Signa pro quouis pulsandi instrumento accipi posse, quo quidpiam significetur. Beletb in suo Ration. cap. 86.

Alter abusus, qui circa Campanas excreuit, est, quod eas non amplius signi loco habent, cuius rei gratia ab initio instituta sunt, sed ipsis ipsarumq. sono & cinnitui ea attribuant, quae sacræ literæ docent vera fide & ardentibus precibus impetrari posse à Deo, quæq. ab ipso solo petenda & expectanda sint, sicq. magicam quandam, imò propè diuinam virtutem illis ascribunt, sicuti sub titulo De Consecratione Campanarum dicitur susius.

Tertio, ad Campanas earumq. sonum seu cinnitum preces alligant, ita vt in papatu omnes ad sonitum Campanarum omnibus in locis, tam publicis quàm priuatis, ceu sydere quodam tacti, in genua procidant, vel aliàs delectis capitibus orent. Qui mos post milleimum ducentimum à Christo nato annum in Ecclesia inoleuit demùm.

Gregorius 9. enim circa annum 1230. Salue Regina, &c. certis diuinæ rei horis ad campanam pulsam cantari in templis instituit contra Fridericum 2. Imp. Balæus lib. 5. de Actis Rom. pontificum. Vrspergen. Paralipomena. Cranzius in Saxonia lib. 8. cap. 10. Dignum certe tali pontifice institutum. Quæ enim contra legitimum suum magistratū Fridericum 2. Imp. patrarit scelera, quibus artibus, dolis, imposturis, fraudibus & proditiōibus aduersus eum processerit, qui ignorat, legat historias.

Mox hunc sequitur Ioannes 22. instituit circa annum 1325. vt ter in singulos dies, cinnitum ad vesperum pulsarentur, ac tum vnusquisq. ter Salutationem angelicam diuæ Virgini sacram recitaret. Institutum hoc ita mansit, vt hodie vbiq. gentium sit in vsu, atq. audito cinnitabili sono, cuncti confestim in vestigio genua flectant, atq. orent. Polyd. Virgil. lib. 6. ca. 12. Fuit hic Ioannes Ludouico 4. Imp. Bauaro infensissimus, quod ipsum adorare nollet, ideoq. cum anatrematis vinculo ipsum cum omnibus Imperij principibus & ciuitatibus ei adherentibus ex quibus Tigurum quoq. patria nostra fuit, inmodasset, cōtra eos quoq. Orationem hanc, seu potius Salutationē Angelicam instituit. Quocirca apud quos ex nostris Salutationis angelicæ vsus adhuc est reliquus, ipsi in suam suorumq. & præsertim dulcissima suæ patriæ perniciem hoc obseruant. Quod igitur Pentheus apud Ouidium lib. 3. Metamor. ph. miratur eos, qui Orgia Bacchi clamore, vltulatibus, discursu magnaq. insania celebrabant & ad tympanarum tubarumq. sonitum quasi in surorem agebantur, inquit:

Aere repulsa valent, & adunco tibia cornu?

Et magica fraudes? vt quos non bellicus ensis,

Non tuba terruerit, non striclis agmina telis,

Femineæ voces, & inania tympana vincant?

Nos certe longe iustiorē haberemus causam admirandi eos, qui, cum vel primum pulsū seu sonum Campanæ vespertinæ audierint, non dico in priuatis aedibus, sed in ipso foro, ceu sydere quodam tacti fuerint, in genua procidunt, & nescio quas preculas demurmurant.

Calixtus quoq. 3. circa aios Christi 1457. instituit, vt in meridie sonum campanis darent, ad salutationē Virginis Mariæ: vt ea oratione (inquit Stella & Plarina) eos adiuuarent, quæ contra Turcos cōtinuè dimicabat. Balæus in vita Calixti. Valerius Anshelmus Ryd. fol. 54.

Quarto quod miracula quoq. edidisse Campanas nugantur superstitiosi homines, vneruerus in Fasciculo temporum, & Mutius lib. 7. de Germania. Cum enim ad Fuldense Monasterium Bonifacij, Archiepiscopi Moguntini & huius cœnobij primi fundatoris, cadauer esset perlatus ex Frisia, omnes Campanæ eius monasterij sua sponte, absq. omni hominū pariter & iumentorum ope, seu agitatione & impulsu, agitate & pulsate, solito amariore & suauiore sonum ediderunt. De cuius tamen fabulæ veritate ipse quoq. Bruschius dubitat, & a chron. de Germaniæ Monasterijs. Et Mutius inquit, Hoc relinquo alijs iudicandū an credendum sit. Multa huiusmodi figmenta & somnia extant, quæ etiam faciunt vt vera non credantur. Et in hoc consingit ingeniosus mille artifex Satan. Sunt verba Mut. ij.

An ad Campanæ pulsū meridianum ac vespertinum sit Evangelico & fidei homini necessariū orandum, & num ad eiusmodi preces iure cogi possit.

0 4

2.  
Campanarum sono vis diuina ascripta.

3.  
Ad campanarum sonum preces alligatæ.

Salue regina quis ad campanam pulsam cantare instituit.

Campanæ pulsus vespertini author. Böttglogg.

Campanæ pulsus meridiani author.

4.  
Nittaglittē.

Campanis miracula ascripta



**Q**uia hodie inter multos, etiam illos qui reformatam religionem & puram Euangelij doctrinam profitentur, quæstio hæc ut plurimum agitur, possitne aut debeat Evangelicis ad Campanæ sonitum meridianum ac vespertinum à Ioanne 22. & Calixto 3. institutum, cum papistis orare, vel ad eiusmodi preces cogi, an non? haud alienum à nostro instituto fore puto, si hæc de re aliquid in præsentia in medium afferam, præsertim cum hæc quæstio à nemine, quod sciam, ex professo sit tractata hætenus.

1. **Qui affirmatiuam partem tuentur, in aduersarijs suis vehementem & nimium quandam ardorem, ac præposterum zelum in repurganda religione accendant, & tantum non damnant ac execrantur. Deinde experientiam docere aiunt, Ecclesiam sine aliquibus externis ritibus constare non posse, præsertim vbi crassiores & rudiores sint homines, satis ergò esse, si aliqui saltem à superstitione sint purgati. Præterea omni loco & tempore, iuxta Apostolum, orare nos debere, & id quidem vltro: sed quia tardiores sumus, quàm oportebat, publico signo, quasi classico quodam ad preces nos excitari debere. Sin obijcias illo signo papam vsum esse ad supersticiosas preces: quærent an non Campanis ad sua sacra conuocent papistæ suam Ecclesiam, & an propterea nobis quoque nefas sit Campanis nostros castus conuocare, ad verbum Dei audiendum, & sacramenta ritè obeunda? Hieremiam prophetam, cum Epistola conscripta populo Dei præciperet, quid illis faciendum esset, in Babylone inter homines idololatrias, iubere cum viderint Babylonios circumferre Deos suos argenteos, aureos, & ligneos, turba Babyloniurum eos adorante, mente & cogitatione dicere: Te Domine oportet adorare: Cur igitur nobis quoque non liceret, papam diuam virginem, aliosque diuos inuocantibus, in animo, in cogitatione & spiritu vnum Deum patrem adorare per filium suum vniogenitum?**
2. **An abusus nobis eriperet libertatem quouis loco & tempore orandi? Sunt etiam qui censeant, etiam si non necessarium sit, ut signo hoc dato aliquis oret: tamen eos qui hoc bono animo & intentione bona faciant, non reprehendendos, sed multò magis laudandos esse. Cum enim sonante Campana orare vel non, liberum sit, quomodo non laudem mereretur bona illa animi intentio, cum vltro id faciat quis bonum, quod omittere liberum erat? Intentionem quidem animi non efficere, ut opus suo genere malum, bonum fiat: neque ferendum eum, qui alienas opes rapit & depredatur, quo possit largior esse in pauperes: sed cum orare sit opus suo genere bonum: hoc autem vel illo tempore orare, sit ex eorum genere, quæ salua pietate, quandoq; fieri, quandoq; etiam omitti possint, & idèò neutra seu indifferentia nominentur: arbitrantur Deo non displicere hanc animi promptitudinem. Vt enim Artaxerxi illi magno gratum fuit eius munus, qui cum aliud nihil haberet, aquam è profluente manibus haustam dono regi offerebat: ita summo illi regi regum hæc quoque dona propter animum offerentis gratia acceptaque esse putant. At licet alij hoc pulsus abutantur, hoc tamen nihil ad eos, qui alio animo suas preces fundunt. Et si maxime in eorum imitatione esset aliquis error, tamen is bonæ voluntatis condonandus. Sicut enim homines æquo animo ferunt leues amicorum iniuriolas, quas illi animo iuuandi aliquando patrant: ut si quis ægrum, & iacentem durius attraheret: Et ut infantibus, quos tenerè amamus, non irascimur, vbi nos alieno & sæpe inepto nomine blandienti lingua vocant: ita non dubitandum Deum leues hos errores, si qui sint, cum pro suo in nos amore condonare, cum in his non factum, sed animum nostrum reputare, ut bene fiat, quod sit bono animo. Probare deinde conantur, posse nos ritibus externis iisdem benè vti, quibus alij male. Negari non potest, inquit, ceremonias legis Mosaicæ post Ascensionem Christi in cælos fuisse abolitas: itaque locum non habebant in Ecclesia. Adhæc Iudæi supersticiosè illas ceremonias obseruabant, & summam pietatis in his ponebant: At tamen ea res non absteruit Filium, quo minus in gratiam gentis suæ se conderet, ac purificationem voueret ex ritu legis. Et quæ à grauius est, Naaman Syrus postquam à lepra curatus fuisset per Eliseum prophetam, professus est se sequiturum posthac Deum Israelis: petijt tantum ab Eliseo, ut sibi cum rege suo idoli tem, lum ingredi liceret: & quia solebat Rex eius humero incumbere, veniam simul petijt, si vnà cum rege corpus suum fleckeret seseq; incuruaret: atqui istud permissum est ei à propheta: putant ergo nos duriores Eliseo propheta esse non debere, sed concedere no-**
3. **deret no-**

dere nostris, ut alii adorantibus diuam virginem, ipsi Christum adorent, non quidem coram idolo procumbentes, quod tamen Naaman ille fecit, sed tantum ad eum sonum, & ad idem signum genua flectentes. Cumq; errores illi papistarum non tam tetri sint atque gentium, etiam si cum papistis hoc ritu collideret quis, quod tamen non fiat, adeo duriter tamen non esset tractandus, ut accusaretur nescio cuius abnegationis. Gentes habuisse profanos ritus, impuras ceremonias & falsos Deos: itaque mirum non esse si sacræ literæ hæc omnia execerentur: papistarum contra ritus plerisque ex antiquissima Ecclesia ad posteros derivatos esse, aut ex veteri Testamento petitos, ex illis ipsis legibus, quas Deus populo suo dederit: & utcumq; sine multa vitiosa, tamen eò tendere omnia ut Deus adoretur, & una forma, quam Christus ipse tradidit, inuocetur. Longè ergo diuersam esse rationem harum superstitionum quam Gentilium: nisi forte papistas etiam in numero Christianorum habere nolumus. Ad hæc negari non posse aiunt, veteres semper habuisse certas & constitutas horas precum. Daniel domum suam ingressus apertis fenestris in cœnaculo suo contra Hierusalem tribus temporibus in die flectebat genua sua, & adorabat. Quæ autem illa tempora fuerint explicat D. Hieronymus: Tria, inquit, sunt tempora, quibus Deo flectenda sunt genua: Tertiam horam, Sextam & nonam Ecclesiastica traditio intelligit. Denique tertia hora descendit Spiritus sanctus super Apostolos. Sexta volens Petrus comedere, ad orationem ascendit in cœnaculum: Nona Petrus & Ioannes ascendebant in templum. Tertullianus præterea, quo inter Ecclesiasticos scriptores vetustiore Latini non habent: Intelligamus, inquit, salua planè indifferencia, semper & ubique & omni tempore orandum: tamen tres istas horas, ut insigniores in rebus humanis, quæ diem distribuunt, quæ negotia distinguunt, quæ publicè resonant, ita & solennior res fuisse in precibus diuinis: quod sua dicit etiam Danielis argumentum ter die orantis, ut pote per aliarum horarum exceptionem, non aliarum autem quam insigniorum, exinde Apostolica rum, tertie, sextæ, nonæ. Omitto hic aliorum patrum testimonia, & è scripturis sanctis exempla, qui certis horis inter diu & noctu Deum adorarunt. Satis sit Sanctis veriusque fœderis certas horas fuisse precum. Quod si eas horas deligere licuit, cur non etiam publico igno liceret ad earum obseruationem homines excitare? Et unde probari poterit illud olim factum, nec ne? Certè Tertullianus tres horas, Tertiam scilicet, Sextam & Nonam RESONARE dicit. Præterea assidua apud nos esse debet beneficiorum Christi memoria. Quis ergo impium vel saltem inutile esse affirmare ausit, illa tempora, quibus Christus singulare opus salutis nostræ peregit, proprijs notis insignire? ut nimirum homines illo tempore ad agendas Deo gratias excitentur. Itaque tres illæ horæ modo commemoratæ, à veteribus idè obseruatæ videntur, quod tertia hora sententia mortis contra Christum lata est, Sexta cruci affixus, Nona spiritum in manus patris tradidit. Quid ergo vetat nos easdem, aut alias etiam horas obseruare? Matrinam scilicet, qua vinctus et ad Pilatum ductus, Meridiem seu Sextam, qua Crucifixus: Vesperam qua de cruce depositus ac sepultus est: quo videlicet memoria beneficiorum Christi animis rudium & imperitorum hominum infereretur, & plebecula assuesceret adhuc beneficia Seruatoris meditanda, & ad agendas illi gratias? Cum itaque Passionis, Mortis & Sepulturæ Christi his signis publicè admoneamur, quis Christianus ea obseruare superstitiosum aut inutile esse dixerit?

In pugna aduersus patræ hostes nondum profligatos, nemo bonus potest nimium vehemens videri. Potestne ergo in hac pugna aduersus Antichristum aliqua nimia esse virtus & vehementia, præsertim cum hostis adeo nondum sit expugnatus, ut veteribus erroribus novos subinde addat? Utinam omnes simus tam ardentés in Antichristo confutando, & regno Christi instaurando, quam esse nos oporteret. Neque enim vereor ne vlla hic sit nimia nostra diligentia.

Ecclesiam, inquit sine externis ritibus constare non posse, præsertim ubi crassiores sint & rudiores homines: idè relinquendos esse populo aliquos papanos errores, modo sint à superstitione repurgati. At superioribus seculis plus satis experti sumus, quas tenebras ceremoniarum multitudo inuenerit in Ecclesiam Dei. Itaque, vel ipsa experientia teste, vtilissimum

9.

10.

1.  
Respondetur  
his rationibus.

2.



esset Ecclesia, ut non multas numero ceremonias haberet, easque quam simplicissimas, & quæ à verbo Dei nihil, aut quàm minimum recederent. Quid enim? an Christo incognitum erat, quibus rebus crassi & rudes homines erudiendi essent? Et tamen ille, abrogatis veteris Testamenti ceremonijs, suos libertate donauit, neque temporum, & dierum, ciborum & similium rerum obseruatione nos obstringi denuò voluit.

Quod autem sibi sumunt pro certo, Ecclesiam ritus à papanis debere mutari, aut à maioribus mutatos retinere: quisnam quæso paulo seuerior disceptator huius causa hoc illis concesserit? Adeone existimant Christi regnum nullam propriam & peculiarem Eutaxiam habere, ut ab Antichristo ceremonias suas emendicare oporteat? Ego quidem hanc primam Ecclesie Christi calamitatem fuisse arbitror, quod pseudoapostoli, cum quibus tam acre certamen Paulo fuit, sensim post Apostolorum tempora obrepserunt in Ecclesiam, & illi dudum abolitas ceremonias Iudaicas obruserunt. Hinc illa contentio longa & grauis in veteri Ecclesia de Paschate celebrando, quæ aliquando Orientem ab Occidente seunxit. Deinde quod Episcopi plures, Romani præsertim, ut facilius sorte gentes ad Christianissimum adducerent, festa & ritus gentium quibusdam immutatis in Ecclesiam introduxerunt: id quod omnes norunt, qui vel mediocriter in sacris pontificum exercitijs sunt.

Sed aiunt huiusmodi ritus & ceremonias à superstitione expurgandas esse. Quæro autem an satis illis videatur hic ritus, quem descendunt, repurgatus, ut nulla sit superstitionis suspicio reliqua, quin ritu eodem manente, illi tantum addant hac hora, hoc pulsus, quibus papista creaturam invocant, nobis creatorem invocandum esse? Videant quæso quàm Apostoli in his rebus fuerint diligentes. Sabbatum diuinitus præceptum est, & dies septimus statim ab ore condito à Deo est sanctificatus. Iudei postea religiosam obseruationem sabbati suam inania superstitionis quasi contaminarunt. Apostoli igitur in Ecclesijs Christo dicatis, ne villo modo superstitionibus eorum consentire viderentur, cum tamen scirent & certum tempus necessarium esse, quæ plebs ad sacros cœtus conueniat, & viderent hanc esse substantiam diuinæ legis, diem vnum septimæ Deo esse separandum & consecrandum, seruata hac rei substantia, octauæ diei, qui nobis Dominicus est, obseruationem Ecclesie tradiderunt, quo die Christus à mortuis resurrexit, ne septimum obseruando cum Iudeis consentire viderentur. Apostoli ergo in die diuinitus consecrato temporis etiam mutationem faciendam putarunt, & non tantum verbis superstitionem Iudaicam damnandam: & illi nostri hodie eum ritum quem Antichristus instituit, satis purgatum existimant, si is integer in Ecclesia relinquatur, modò quo illi malè & superstitiosè vsi sunt, nos benè vtamur.

3. At, inquiunt, cum orare omni tempore & loco nobis liberum sit, & nos etiam assiduos esse oporteat in precibus, vrile esse nostram ignauiam nobis hoc quasi publico signo & classico quodam excutit. Verùm si quem vel mane lucis ortus, vel vesperi ingruentes tenebræ non commouerint ut Deo gratias agat eumque inuocet, neque ita institutus fuerit, ut assueuerit Deum quotidie mane & vesperi, & sæpe etiam interdum in ipsis rerum actionibus inuocare, & sese illi commendare, apud hunc metuo ne parum virium campanarum pulsus habeat, ut ad pias preces eum commoueat. Deinde fateor preces neque loco neque tempori alligatas, & liberum esse orationis vsum, ut isti dicunt: eoque magis miror ipsos, qui alios indicant, quando campana sonante, sedent vel stant cæcto capite, nec vnà cum illis orant: hos inquam toruis oculis aspiciunt, & nescio quid super hoc facto murmurant, ac sæpe parum abest, quin vi magnam impetu pileum de capite trahant: quæ re ipsis manifestè libertatem circa preces adimunt. Atqui Paulus dicit, Nemo vos iudicet in cibo, aut in potu, aut in parte diei festi. Et, precio empiri estis, nolite fieri serui hominibus. Loquitur hic quidem Apostolus, de legalibus obseruationibus, quas suo tempore quidam Christianis affirmabant esse necessarias: quanto igitur iniquius est Christianorum conscientias, mandatis ac placitis hominum constringi, cum eas ne illa quidem ligent, quæ negare non possumus nõ fuisse humanitas, sed diuinitus præcepta? Interim tamen, ut ad rem redeam, dico etiam, posse circumstantiam loci & temporis, quamuis per se libera sit, nostras preces vitiosas reddere. Scimus quid de Hypocritis dictum sit à Seruatore, qui  
amant

amant in conuentibus & angiportis platearum stando orare, vt appareant hominibus. An non locus liber erat illis? & tamen reprehenduntur, quod in angiportis & conuentibus orant. Obijciunt, Damnari eorum hypocritarum: qui cum non ex vera pietate orarent, tantum religionem quandam ostentabant. At qui nec illæ preces ab hypocritis absunt, quibus de hic agimur. Nam cum in conuiuijs certant poculis, cum de rebus inanissimis sermones inter se conferunt, aut cum hinc inde obambulant es nugæ agunt, aut etiam in campo choreas ducunt: continuò hoc pulsus nouus aliquis spiritus ipsis afflatur quasi, ita toti extra se rapti cum Deo, quod precum est munus colloquuntur: demurmuratis autem præcipitanter ac festinanter verbis orationis Dominicæ, aut sortè etiam Salutationis Angelicæ, statim ad intermissas nugæ ac choreas reuertuntur. Obijciunt, Licet plerique non orent ex animo, non tamen publicum signum tollendum esse, quo alij benè vtantur. Sed quòdnam hoc signum est? Sacra litera duo tantum genera precum facit, publicas nimirum & priuatas: tertij alicuius generis, quod sciam, non meminere. Hæ igitur preces, quibus de loquimur, si publicæ sunt, cur non, quod quidem in his fieri oportet, in cætum vnum conueniunt? Imò cur illi ipsi hodie inter nos, qui tanti istiusmodi theatricas preces faciunt, tam rari in templis conspiciuntur? Si quis templum ingreditur tempore publicarum precum, tanta est solitudo ibi, vt sit pudendum. Aut cur illo signo publicarum precum dato, non saltem detecto capite domi orant, & suas preces cum Ecclesie precibus coniungunt? Vel si hic pulsus campana matutino & vespertino tempore signum est publicarum precum, cur belli isti homunculi inter papistas alibi versantes, se his eorum precibus adiungunt, & illorum sacris superstitionis hac ratione communicant? Quod si preces priuatum ab vnoquoque ineunte & exeunte die fiunt, vt fieri debent, quis est vsus publici signi ad priuatas preces concipiendas? Reuocandum est Christi præceptum in memoriam: Tu cum precaris, inquit, introito in conclave tuum, & clauso ostio tuo precare patrem tuum qui est in occulto. & pater tuus, qui te aspicit in occulto, reddet tibi in prophanulo. Quod si verò hoc signum publicum à pontificibus Romanorum institutum adiungitur precibus priuatis, verendum ne illa non modo hypocritica, verum etiam supersticiosa merito à pijs conseantur.

4. Aiunt nos Campanis populum ad sacros cætus conuocare, quod etiam à papistis fiat: & querunt, cur non eodem exemplo liceat precum signum campanis dare? vel, si hoc malum sit, etiam illud malum esse. Hic verò pro paribus sumunt ea, quæ multum distant, & quæ reipsa sunt dissimilia, quamuis eandem rationem habere primo aspectu videantur. Primum enim Campanarum vsus in conuocatis sacris cætibus absque superstitione aliquando in Ecclesia vsurpatus est: At verò pulsus ille matutinus & vespertinus iam inde ab initio suo supersticiosus fuit. Sonitum enim Campana, cum ad sacrum cætum conuocantur homines, etiam vulgus papistarum signi loco plerunque habet. At cum mane & vespere precum causa pulsatur, credunt nescio quid sanctimonia hunc sonum precibus suis addere. Deinde necesse est aliquo signo publico cætus conuocari: sed istiusmodi preces non sunt publicæ, verum priuæ, ideoq; non egent publico signo. Adde quòd publici cætus eorumq; conuocatio, & exemplum habet & præceptum: pulsus verò papisticus, neque præceptum, nisi hominum, neque exemplum habet, nisi pharisæorum à Christo reprobatur. Matth. 6.

5. Quod ad verba Ieremiæ, quæ obijciunt, attinet, posset simpliciter responderi, librum Ba-  
 ruchi, in quo hæc verba leguntur, Apocryphum esse. Sed ipsa verba expendamus: Quid ijs  
 6. Locus Ieremiæ  
 7. qui in libro Ba-  
 8. ruchi 6 cap. ex-  
 9. tat explicatur.  
 10. Quæso aliud agit propheta, quam quòd Israelitas hortatur, vt in media Babylone versantes, veram religionem sibi non patiantur ex animo excuti? Num verò propterea concedit, vt  
 externa aliqua actione cum Babyloniolorum sacris communicent? Certè tale quid ex hoc  
 loco non potest confici. Adde, quòd captiui in Babylone his quotidie spectatores interesse  
 inuiti cogebantur: Nos verò papisticis superstitionibus interesse, nedum communicare, ne-  
 mo nisi ignauum adulandi studium cogit. Præterea querendum ex nostris illis, an hunc pa-  
 pificum pulsus accenseant impuri Babyloniolorum sacris? si non: Cur ergo hoc exemplo  
 vtuntur? Sin ita iudicant, cur non ex Babylone fugiunt, cum id sibi liceret? Ad hæc



praesentibus papistis non tantum in corde suo Deum inuocant illi, sed etiam externo gestu se illis accommodant, ita ut cum cor videre non possint, exilliment eos quoque virgini matri bunt honorem & cultum exhibere.

6. Subijciunt, In differentia qua bono animo sunt, bene fiunt, & propter intentionem animi bonam Deo probantur: Sed hoc est indifferentis: nam cum orare bonum sit, & hoc vel illo tempore orare liberum sit, iam hoc quoque tempore orare, cum campana pulsatur, erit ipsum quoque indifferentis. Primum autem ea suo genere indifferentia sunt, quae bene & male fieri possunt: ea autem ut probentur Deo necesse est, nec tantum animi intentio bona sit, sed etiam ut nihil vitij sit in adiunctis. Exempli causa: Carnibus vesci quovis die, aut non vesci liberum est, & est haec actio indifferentis: non tamen si carnibus vescar immolatiui excusabor. Notum est quid Apostolus hac de re scribat: Gloriabantur Corinthij se nosse quod simulachrum sit nihil, & quod non alius Deus sit nisi vnus: Itaque se libere vicinorum conuiuia accedere, & quibusque quae apposita sine vesci, cum sciant idola carnes neque sanctificare neque contaminare. Respondet autem Apostolus, non in omnibus esse scientiam: itaque aliorum conscientiam infirmorum exemplo pollui. Idem Apostolus Rom. 14. diligenter monet, in esu carnis, & vini potu, barumque rerum abstinencia, spectandum esse ne quis offendatur. Quare offensio fratris efficit, ut id quod erat adiaphoron, non amplius liberum sit. Quod autem sumunt orare cum papistis, quando campana pulsatur, adiaphoron esse, nequaquam concedendum: Rei enim additur ea circumstantia, quae tollit libertatem. Primum enim, illi cultum Dei in hoc constituunt: nos autem scimus Deum abominari omnem illum cultum quem homines instituerunt absque verbo Dei. Accedit huc multorum offensio.

7. Sed, inquit, omnibus his offensionibus medetur bona intentio. Scilicet norunt omnes alitius animum. Itaque non iniuria hoc facto offenduntur. Nonne haec bona intentio nobis Monachatum, superstitionum omnium sentinam, peperit? Equidem fateor indifferentia, quae malo animo & repugnante conscientia fiunt, male fieri: verum non retrò hoc commeat, ut quicquid bona intentione, & non reluctante conscientia fit, bene fiat. Est omnium adiunctorum habenda ratio, & quicquid non sit ex fide peccatum pronuntiat Apostolus. Quae so quod habent fidei fundamentum in illo opere, quod hypocrisis & superstitio coniuncta aluerunt & edocuerunt? Animus bonus facile iactatur: quis enim in alterius animum inquirat? Sed sint quae so iudices sui ipsorum paulò seueriores, & facile contident illa iactationes. Singulis diebus summo mane signum orandi campana datur: ubi tum intentio eorum? ubi animus ille ardens ad preces? Num sese è lecto proripiunt: & non potius vesperinam compositiunculam somno excoquunt? Proferunt similitudines, quibus docere volunt, etiam si in facto ipso error aliqui insit, eum tamen veniam mereri propter bonam animi intentionem. Quasi verò de Dei iudicij ex hominum opinione, & non ex verbo ipsius statuendum sit. Huiusmodi egregia similitudines nobis intercessionem diuorum pepererunt, & tot mediatores, ut vnitum Mediatorem Christum Iesum paucissimi agnouerint. Fateor delicta nobis condonari, errores hos non imputari: sed non propter nostrae intentionis meritum, sed ex Dei gratuita bonitate: Condonantur errata, sed non his qui suos errores pertinaciter tuentur, verum his qui illorum agunt penitentiam & respiciunt. Amici leues offensionulas commissas studio iuuandi condonant: sed vicissim domini seruos suos puniunt contra mandata sua facientes, etiam si bonam intentionem praetexant. An verò putant leue esse offendere fratrem infirmum suo exemplo, superstitiosum hominem in suo errore confirmare? cultum Dei in humanis inuentis ponere. Omitto quòd infirmorum errores non alendi, sed emendandi, non confirmandi, sed ijs medendum. Paulus laetè primum cibauit infirmos Corinthios, at vsque pueros increpat.

8. Quod autem extenuant superstitiones papisticas praegenium idololatria, in eo pueriliter, ne quid dicam durius, agunt. An non idolum adoratur, quotiescunq; Deum colere perueso & illicito ritu aggredimur? an non templa eorum idoli referta sunt? Et illa idolomania papistarum, mutatis tantum nominibus, à gentilibus reuocata est. Habent argutum Martem Georgium: Neptunum Nicolaum aut Christophorum: Lucinam Margarecam: Sed quid necesse

neceſſe eſt hæc cõmemorare, cum nulla ſit vrbs, nullum oppidum tam vile, quod non ſuum proprium tutelarem Diuum habeat? nulla ars & conditio, quæ non habeat patronũ peculiarẽ? Imò ſunt Veiones inter eos, qui igne ſacro, epilepſia & alijs morbis homines excruciant. Deũ adorant, & orationem Dominicam recitant cum ſymbolo, & psalmos canunt: quaſi verò non magi quoq; & incantatores, impurum & vaniſſimum genus hominum, psalmos recitent, & nomina Dei Iehoua, Adonai, Elohim & alia ingemiſciant. Quo hæc ſanctiora ſunt, eò grauius peccatur, cum nomen Dei in vanum ſumitur. Vel num illi Deum inuocari exiſtimant, cum præmurmurata oratione Dominica, genibus deinde coram idolo flexis, canitur: Salue regina cælorum: aut, Maria mater gratiæ, Mater miſericordia, tu nos protege: in hora mortis ſuſcipe: aut ſimile quid. Sumpſerunt ſanè quædam à veteri Eccleſia: quædam ex lege in Eccleſiam tranſtulerunt. Sed an ne idẽ lex abolita eſt à Chriſto, vt eandem papa reponeret? & nos ijs quæ Deus ſanciuit in lege non tenebimur, & ijsdem legibus à papa non renouatis, ſed prophætijs tenebimur? Ritus aliqui ex veteri Eccleſia reperiuntur, fateor: ſed quàm pleriq; ſuperſtitionibus conſpurcati & fædati? Neq; hos reiſcimus, ſi à ſuperſtitione purgantur. Illum tamen quo de nunc agimus ſupra docuimus, ſupra trecentos annos in vſu Eccleſiæ non fuiſſe.

Videamus autem quàm benè cum Chriſti ritibus paſtiſtici conueniant, & quàm longè à gentium ſuperſtitione abſint. Conferamus Miſſam eorum, & omnes Miſſæ formas ac ſpecies, totamq; illam ſaltationem theatricam, cum Cæna Domini, in cuius locum illi abominandum hoc idolum & Deum Maozim ſubſtituerunt. Si quem videre libeat quàm puri ſint eorum ſacra, ingrediatur ſepta monialium, & clauſtra monachorum: fatebitur eòs egregiè litare Veneri & Baccho.

Pauli exemplum nobis opponunt, & non vident ſe quodammodo in Deum ipſum contumelioſo eſſe, dum ceremoniã illam cum ſuperſtitioſo Antichriſti inſtituto conferunt. Nihil iniquius, ſuit hæc ceremonia, lege dudum per Chriſtum abolita. Fateor: ſed nondum fuit damnata. Donec enim Euangelium clariùs illuſceret, ritus illi Moſaica legis medijs fuerũt, quibus Chriſtiani ad ædificationem vri poterant: Et erant hæc Dei inſtituta non abrumpenda, ſed iuxta Auguſtinum, honorifice ſepelienda. His verò longè diſimilis eſt ritus ſuperſtitioſorum rituum Antichriſti. Præter ea dubium non eſt, Apoſtolum hinc nihil aliud ſpectaſſe, quàm vt vitaret offendiculum, vtq; rudibus in ædificationẽ aliquid concederet. Hunc zelum etiamſi noſtri illi prætexant quoq;, tamen aliud ipſorum facta arguunt, dum ea non faciunt quæ magis erant neceſſaria ad ædificandum, & illa non omitunt, quæ ædificationi obſtant.

Naamani exemplum minus eos iuuat: Cur enim quaſo particulare exemplum regulam vitæ ſibi proponunt? ne ſciunt legibus, non exemplis viuendum? Aut vnde ipſis conſtat fuiſſe hunc vera fide præditum? annon potuit eſſe fides temporaria ex magnitudine miraculi, & beneficii diuini ita ſubito orta, quæ illi hanc confeſſionem expreſſerit? habemus certè huius rei multa exempla in Euangelica hiſtoria. Sed eſto, fidem ipſum firmã viuamq; habuiſſe: Nõne ſciunt Deum aliquando priuilegio quodam ſuis indulgere multa, quæ in exemplum rapere non liceat. Non legitur Naamanum circumciſum eſſe: num propterea exiſtimant Baptiſmi vſum omitendum eſſe? Non eſt credibile eum paſcha vnquam celebraſſe, ad quod nemo præputatus admittetur. Num verò hinc excuſationem capient, qua ſibi liceat à Cæna Domini abſtinere? Sed & hæc miſſa faciamus, ac Naamani hiſtoriam penitus inſpiciamus, in qua ſunt quædam, quæ laudari, quædam quæ excuſari, & quædam quæ reprehendi poſſint. Laudem illa merentur: primò, quòd miraculoſæ curationis virtutem, qua mundatus à lepra fuerat, nec a quis, nec Eliſæo propheta, ſed ſoli Deo Iſraelis tribuit. Deinde, quòd agnouit, & confeſſus etiã eſt, non eſſe alium Deum in vniuerſa terra, niſi tantum in Iſrael. Verè ſciao (inquit) quòd non ſit alius Deus in vniuerſa terra, niſi tantum in Iſrael: qua confeſſione omnes alios Deos tantum falſos reprobaui ac damnaui. Terriò, quòd in poſterum nullis alijs Dijs, niſi ſoli Deo ſacrificare conſtituit. Non faciet vltra (ait) ſeruus tuus holocauſtum aut victimam, Dijs alienis, niſi Domino. Sic videlicet agnouit cultum ſacrificiorum nõ deberi, niſi ſoli vero Deo: deinde, id penes ſe conſtituit, vt poſt hæc Dijs alijs, quos ad id vſq; temporis coluerat, nullum

Pauli exem-  
plũ excutitur.

Locus 2 Reg. 5  
de Naaman Sy-  
ro ponderatur.



cultum exhiberet, quando quidem certò iam sciret, non esse eos veros Deos. Hæc insunt in ea historia quæ laudari possunt, vna cum eo, quòd erga prophetam etiam animi gratitudinem admodum luculentam ostendit. Excusationem meretur illud, quòd onus duorum bardonum de terra Israelis secum abstulit, quo aram constitueret, in qua Deo Israelis sacrificaret. Non moratur quidem ista Deus, verum pro temporum illorum qualitate, quibus etiam in populo Dei cultus Dei externus, sacrificijs pecudum constabat, non poterat vir bonus alio cultus genere fidem ac religionem cordis sui erga Deum declarare, quàm quem in Israele rigere sciebat. Reprehensibile verò erat, quòd cognito iam vero & unico Deo, sese non statim ex aula & ministerio regis sui auulsit, sed in pristino statu permanens officium suum regi, in ipso quoq; falsi Dei templo, & cultu præstitit, à cuius debebat abhorreere ingressu pariter & affectu. Quòd autem factum hoc reprehensibile existeret, ipse quoq; Naamã sentiebat & satebatur. Nam sic eum ad prophetam dixisse legimus. Hoc autè solum est de quo deprecetur Dominum pro seruo tuo. Quando ingreditur Dominus meus templum Remmon, vt adoret, & illo innitente super manum meam, si adorauero in templo Remmon, adorante eo in eodem loco, vt ignoscat mihi Dominus seruo tuo pro hac re. Hæc verbis satis indicabat, agnoscere se, non cariturum culpa, si propter Regem suum in templo Remmon postea genu flecteret, cum constituisset iam, quòd nulum Deum amplius, nisi solum verum illum & vnicum colere vellet. Hinc orabat prophetam, vt pro hoc solo Deum deprecaretur. Non quidem certò statuebat quòd hoc facere vellet: sed metuens, ne forè se comòdè ab eo officio auellere non posset, non dicit, Adorabo in templo Remmon: sed, Si adorauero in templo Remmon: hoc est, Si me ab eo officio eximere non potero. Vocò autem istam incuruationem, officium quòd Regi præstabat, nõ cultum quem Dijs falsis desinasset. Id satis ex eo liquet, quòd non simpliciter dicit, Si adorauero in templo Remmon: sed, quando ingreditur Dominus meus in templum Remmon vt adoret, & illo innitente super manum meam, si adorauero in templo Remmon, adorante eo in eodem loco, &c. Non habebat quidem vir pius in animo, quòd Deum Remmon adorare vellet amplius, verum, quoniã sciebat non esse satis, si corde illum non adoraret, nisi & à specie adorationis abstineret, culpã eius rei deprecatur, orans, vt quicquid illud esset, à Domino sibi ignosceretur. Hæc ad eò manifestè insunt isti historie, vt nemo qui eam legit, illa non statim intelligat. Prater ea, si maxime adorauit, fuit id factum reprehensibile, quòd ipsemet quoq; fateatur. Imitanda verò non sunt, quæ laudari nec debent nec possunt: ideoq; prudenter discernendum est in exemplis sanctorum, inter ea quæ laudem merentur, & ea, quæ quoniam vitiosa sunt, culpam habent, & indigent, vt per gratiam Dei condonentur. Nec est quòd obijciunt, prophetã Helisæum ipsum, non iudicasse peccatum Naaman, si in gratiam Domini sui adoraturus esset in Remmon: vel certè leuiter, atq; ita peccaturum, vt id peccati, secundum ipsius portionem facillè condonaturus esset Dominus. Petierat enim Naaman vt pro se Dominum deprecaretur, quo sibi ignosceret, si adoraret post hæc in templo Remmon. Respondit propheta, Vade in pace: quæ verba omninò consensum aliquem includunt, verum ad id quòd petiit fuerat. Ergò non respondit de condonatione peccati, quæ erat in manu Dei, sed de oratione sua, quæ oraturus esset pro ipso ad Dominum, sicut petierat. Nõ debet igitur hinc colligi, quòd huiusmodi adorationis genus nihil habeat peccati. Alioquin prophetã id disertè exprimere conueniebat, ne frustra vir bonus conscientia peccati diuexaretur, vbi nihil esset peccati. Expende deò, quoq; sunt in persona Syri huius circumstantiæ, quæ prophetã ad hoc permouerunt, vt petitioni illius tanta facilitate assentiretur, illumq; in pace à se dimitteret. Erat homo Ethnicus, in magno dignitatis gradu apud regem Syriæ constitutus, & iam primum ad cognitionem Dei conuersus, inq; fide veri & unici Dei recens ac tenera plantula, nondum etiam sacramento initiationis populo Dei insertus: quare nondum illigraua perfectionis opera imponi poterant, quæ vix illi portant, qui multis annis in fide ac populo Dei sunt enutriti. Deinde, sanctè promiserat non cultum se amplius Deos alienos, sed solum Deum Israelis. In cuius rei testimonium tantum terræ secum auferrebat, quantum in sua patria ad edificationem altaris sufficere existimabat. Hoc etiam propheta Israelita non concessisset: erat enim illicitum Iudæis aliquo in loco sacrificare Domino, nisi quem ille elegisset.

Sed abundè multum esse putabat, quòd tam egregiè damnatis Dijs alienis vnum ac verum Israelis Deum agnouerat, confessus etiam fuerat, ac vnicè sibi colendum esse statuerat. Hæc conuersionis principia propheta non immeritò in homine Ethnico vsq; adeò probabantur, vt quod reliquum defectum atinebat, iuberet illum animo esse quieto, pollicereturq; oraturum se pro ipso ad Dominum, vt clementer, sicuti petebat, condonaretur. Quid verò hic inter nostros illos & hunc simile? Illi à pueris in vera religione educati sunt, ipsis clara lux Euangelij ante oculos fulget; nec tamen ciuilem ritum, sed supersticiosam consuetudinem papistarum dudum abolitam in vsu renouant, inq; ea cultum Dei constituunt.

Veteres autè habuisse certas precandi horas, mane præsertim ac vespere, fatemur quidem. 9. fuere autem hæc preces publicæ, in quibus ad sacrificia peragenda conueniebant, aut ad sacros cætus conuocabantur. In priuatis etiam precibus easdem horas, & præterea etiam obseruatas fuisse non negamus. Sed quo ad publicos cætus Ecclesiæ singulæ suam libertatè semper habuere de his rebus constituendi: id quod testatur magnū discrimen in Ecclesijs obseruatum circa has horas, vt in Ecclesiastica historia Socratis traditur lib. 5. cap. 22. Itaq; non dubitandum est horis priuatarum precum maiorem fuisse libertatem: quamuis verisimile sit, pleròsq; eas amasse, & si possent, etiam delègisse, quas à prophetis & Apostolis nouerat vsurpatas. Quod si putant vtile esse constitutas horas publico signo indicari: quæso cur non easdè seruauit, quas Apostoli seruarunt? Sextam, aiunt, retinemus, quæ nobis est vndecima. At veterum sexta cum nostra duodecima, quando media est dies, conuenit: sed discrimè hoc non moramur. Petrus Sexta orauit: Petrus, inquam volens comedere prius ad orationem ascendit in cœnaculum: Nostri verò illi sæpè orationem nullam cibo præmittunt: rarius etiam gratias agunt: Et certè non tam seriosè preces ante cibum sumptum, & gratiarum actionem finito conuiuiο vrgent, atque hanc Campanariam orationem.

Iam verò hæc illorum consecutio nulla est: Licuit olim horas certas deligere, licet ergo publico signo eas denunciare. Si putant Ecclesiæ posse horas cætuum sacrorum constituere, & ad illos homines conuocare, procedit hæc illorū argumentatio: Sed hoc loco de priuatis precibus verba faciunt: & non vident hoc signo publico ex priuatis se facere publicas preces: quæ tamen non fiant in aliquo publico cætu, nulla certa forma, cum nullo ministerio sacro coniunctæ: quod mihi quidem per absurdum videtur. Quod si sunt priuata, nullo modo mihi concedendum videtur, vt publico signo indicentur ac denuncientur, non modo quia hoc cum natura priuatarum precum pugnat, verum etiam quia huiusmodi instituta, periculosa sunt, & plerumq; in superstitionem & frigidam ceremoniam degenerant: id quod in his veterum horis factum videmus, quæ tandem alijs etiam horis quatuor additis, ad perficiendum septenarium numerum, ad solos sacerdotes relegatæ sunt. Videmus veteres, & ipsum Christum in suis precibus priuatis quietem & secessum sæpè quæsiuisse: scimus etiam ad orandum attentionem summam requiri, & animū ab omnibus alijs curis auocatum: at vbi campana insonuerit, cum hic forè in conuiuiο sedeat, alter deambulet, tertius in negotiatione aliqua versetur, poteritne subitò & hoc signo dato animū ab his rebus & sermonibus, quibus paulò ante erat immersus auocare, & totum rerum diuinarum meditationi addicere? Credo equidem vix sexcentessimum quemque hoc facturum: & tamen, ne solus videatur cæteris irreligiosior, caput nudabit, genua flectet, orationis speciem præbebit, animo interea alijs & varijs curis distracto. Quis ergo has preces probare poterit?

Quòd autem ex Tertulliano conijcere volunt, veteres Christianos publico quodam signo eius atate denunciaffe hæc constituta precum tempora, eò quòd has horas publice resonare diceat: ridicula admodum, quod pace illorum dixerim, est coniectura. Quis enim credat illis temporibus, quibus vix in publicum prodire licebat Christianis, quando priuatis in domibus, aut etiam in subterraneis Cryptis metu persecutionis orandi causa conueniebant, tubis aut campanis, aut voce præconis statas horas denunciatas fuisse? Loquitur Tertullianus de ciuili obseruatione, quæ apud Romanos in vsu erat. Tres horæ nominatè totum diem in quadantes distinguunt, & certa quasi officia singularum erant. Notum est illud Porcæ, Exercet



truncos tertia caudicibus. Item, Sexta quies classis. Et rursus, Imperat extractos frangere nona thoros. Quare cum causas in foro agerent tertia: Sextam orio & meditationi darent: Nonna cœnarent, hinc inquit Tertullianus, istis horis, ut insignioribus diem distribuere, negotia distinguere, & easdem publicè resonare, vel quod celebres, vel quod cum aliâ horæ clepsydriis, & gnomonis umbra lucente Sole indicarentur, hæc signo aliquo sonoro publicè indicabantur. Et quid veterat meam quoque coniecturâ proferre? Vt milites suas habent vigiliis, in quas noctem distinguunt: ita crediderim prætorianos milites in hæc tempora distribuisse excubias aut stationes suas, quibus sibi succedebant. Cum igitur hæc tempora insigniora essent, veteres Christiani pro sua pietate illis horis, quibus alij in foro litigabant, aut domi delitiabantur, ipsi Deum inuocabant & adorabant. Horum igitur pietatem imitari nemo prohiberetur: imò probamus eos quibus & alijs horis orant ex animo & vera fide, amouent ostentationem & hypocrisim, cœnent omnem offensionem: Sed ut sentiamus publicum signum instituendum esse, id rationibus expositis adducti facere non possumus. Quod si tantopere exempla veterum imitanda, & in publicum usum transferenda existimant, media nocte homines Campanæ pulsû ad orandum excitandi erunt, cum in Psalmis legamus: Media nocte surgebam ad confitendum tibi: Paulus quoque & Syllas media nocte in carcere adorantes laudabant Deum. Quin etiam veteres Christiani olim vigiliis instituerunt, quod Christi vltimum aduentum noctû futurum crederent, ut semper parati inuenirentur. Et tamen hi nocturni cœtus, qui in usu veteris Ecclesiæ fuerunt, cum periculosi viderentur, ipsis pontificibus consentientibus, aboliti sunt: & nos pontificium institutum superstitione plenum in usum reuocabimus?

Vtile autem esse inquit, ut hominibus in memoriam seruatoris supplicium, quod insons pro expiatione nostrorum peccatorum lauit, & quibus horis ea euenerit que præcipua sunt in passione, ideò has potissimum horas obseruandas esse. O noniam & inauditam rationem docendi. Christus redemptor corpore suo terris excedens, semper tamen ipse præsens Ecclesiæ, Apostolos, Pastores & Doctores dedit Ecclesiæ, hæc mandauit ut Euangelium prædicarent, & ita homines in religione erudirerent: dedit etiam Ecclesiæ suæ mysticam Cœnam, in qua panis frangitur, vinum sumitur in commemorationem mortis Christi. At verò nos quæse Christo prudentiores his non contenti, nonas docendi rationes excogitabimus? Quam autem vtilis sint ille, probat ipsa experientia. Etenim in hunc finem posita sunt primùm imagines in templis, ut homines simplices de Christi factis, & præsertim de his supplicijs, qua redemptio nis nostræ causa periculis admonerent, & quasi laicorum libri essent: sed breui hoc institutû in horrendam idolomaniam degenerauit. Quid aliud nobis quoque expectandum est, si nos etiam in rebus diuinis nostro arbitratu sapere voluerimus? & nonos Apostolos passionis Christi Campanas fecerimus? ut amur illis medijs qua à Christo sunt instituta. Vt quotidie campanas pulsari ad commemorationem mortis Christi excitandam in hominibus? an non ille quotidie pulsantur ad homines in cœtum Ecclesiæ conuocandum? Illic sonat verbum Dei, quo nos Christus vult erudiri: illic ministri à Christo ordinati eius merita nobis cœmendant: illic cœtus fidelium quotidie Christo pro acceptis beneficijs gratias agit, & ea secum meditatatur: ad hunc cœtum se adiungant: quarant Christum vbi queri vult, & inuenient. Num es mortuum viuentibus Dei ministris anteponemus? Num Antichristum Christo prudentiorem existimabimus? Num eius instituta potiora nobis erunt Christi legibus? Malunt cum paucis orare sortè inter pocula, quam cum vniuerso Ecclesiæ cœtu preces suas coniungere.

# DE ORIGINE ET PROGRESSV RERVM QVAE SVNT

EXTRA TEMPLA, SED AD EA PERTINENT,

LIBER TERTIVS.

C A P V T I.

De Origine Cœmeteriorum.



**Q**VIA Deus Adamo dixerat, pulvis es, & in puluërem reuerteris, Gene. 3. idèò Cœmeteriorū  
S. Patres à condico statim mundo, corpora defunctorum terræ mandarunt, id author Abra-  
quod indifferenter quocung, loco fecerunt primò. Abraham patriarcha primus ham.  
omnium legitur emisse ab Ephron Etheo filio Saor propè Hebron, quadrim-  
gentis siclis speluncam duplicem, & agrum circa eam, sepelisseq, in ea Saram  
uxorem suam, inibiq, ipse quoq, repositus dein de fuisse. Vnde etiam Cœmeterij condendi insti-  
tutum Abrahamo primò omnium assignant, teste Polyd. Vergilio de Inuent. rer. lib. 6. cap. 6.  
Fecit autem hoc Abraham non superstitione quadam, ac si locus hic sanctior alijs esset, sed ne-  
cessitate coactus, quod ne passum quidem pedis in ea terra possideret, Stephano teste, Acto. 7.

Quemadmodum autem veteres tam antiqua, quam noua legis patres, mortuos dormire Cœmeterium  
dicebant (quod frequenter in sacris literis inuenitur, vt illud: Dormiuit cum patribus suis in quid.  
senectute bona: & i. Thess. 4. Nolumus vos ignorare de dormientibus, vt non contristemini)  
sic etiam eorum sepulchra appellabant κοιμητήρια, quod significat loca ad quietem & somnum  
comparata. Athenæus quidem lib. 4. ex Dosiadis, item lib. 4. vbi xerimōv scribit, apud Cre-  
tenses in singulis ciuitatibus fuisse quasdam ædes publicas, ad excipiendos peregrinos & ho-  
spites, quæ appellata fuerint Cœmeteria. Sed Christiani veteres hoc nomine pro locis sepul-  
ture speciatim assignatis præcipuè vsi sunt: quæ loca etiam excipiunt homines mortuos, qui,  
dum adhuc in viuus essent, peregrini fuerunt.

Fuisse præterea apud Christianos persecutionum tempore Cœmeteria præcipua quædam  
templa, siue loca sacra, in quibus ad sua sacra conuenire possent, supra diximus rit. de Origine  
Templorum apud Christianos. Vide locum.

Cœmeteria autem vel loca sepulture mortuorū destinata, non intra, sed extra vrbes fuisse Cœmeteria ex-  
apud veteres multa sunt quæ testantur. Durandus in Rationali diuinorum lib. 1. cap. 5. inquit, tra vrbes anti-  
morem fuisse antiquitus, vt homines in proprijs domibus sepelirentur: sed postea propter cada- quitus.  
uerum factorem statutum esse, vt extra ciuitates sepeliuntur, & locum quendam communem  
ad hoc destinatum: Nobiles verò sepultos super montes, & in medio montium, & in radicibus  
eorum. Ita Persarum reges in monte qui Persepolis, arci ab Oriente imminebat, & Regius  
dicebatur, sepeliri solebant. Et quamuis Romæ aliquando sepulchra in vrbe admissa fuerint,  
illud tamen posteris temporibus sub Coss. Duellio Senatus inibuit. Et scribit Vlpian. Adria-  
num Imp. pœnam statuisse aureorum quadraginta in eos, qui in vrbe sepulchrum fecissent,  
quam fisco inferri iussit, & cadauer inde transferri. Ipse tamen Adrianus, sed solus omnium,  
intra urbem & in foro sepultus est, sicut refert Eusebius in Chronico. Huc etiam pertinet,  
quod Appianus scribit, inter præcipua, cur legem Agrariam recusarint diuites, fuisse, quòd  
impium ducerent monumenta maiorū ad alienos transferre. At hoc prætexere non potuissent,  
nisi sepulchra illi in agris habuissent.

Apud Iudeos quoque Cœmeteria extra vrbes fuisse historia filij viduæ Maimitanæ te-  
stat. Similiter constat Lazari sepulchrum extra Bethaniam, & Iosephi Arimathei extra  
Hierosolymam fuisse. Et in monumentis, quæ extra urbem Gergezenorum erant, domicilium



suum habuit demoniacus. Marci 5. Roma etiam ab initio Christianorum Cæmeteria extra urbem fuisse, ex Panuinij Catalogo Cæmeteriorum urbis Roma facillimè colligitur: & disertè Volaterranus lib. 22. indicat; Iulium papam sub Constantino Imp. extruxisse tria Cæmeteria in totidem vijs Flaminia, Aurelia & Portuensi. Ita Alexandria Cæmeteria sua extra urbem quoque habuere, in quibus tempore persecutionis, cum aduersarij pietatis prauales, templa omnia obtinerent, eorumq; coniunctionem Christiani fugere cogentur, ad orationem conueniebant, teste Theodoro lib. 2. cap. 14. Prosper Aquitanicus Episcopus extra urbem elatus & sepultus est, in vita eius. Ita & Armenium, Iustini in Episcopatu Lucanico successorem, extra urbem iam mortuum elatum, Gregorius Turonen. lib. 2. cap. 1. refert. Et Chrysostomus in Serm. de fide & lege ait, Omnem ciuitatem, omne castellum ante ingressum habere sepulchra. In Bracarensi synodo 1. anno 610. conuocata præcipitur 36. ca. ne corpora defunctorum intra basilicas sanctorum tumulentur, sed fiant omnes sepultura extra ciuitatem. Morem autem hunc diu inter Christianos homines seruatum fuisse, ex multis vestigijs apparet, quæ adhuc hodie in multis vetustis & celebrioribus oppidis extant.

Cæmeteria extra vrbes quare:

Et si verò gentibus instituti huius causa præcipua fuit fortassis, vt in vrbibus mundities seruaretur, & aer minus inficeretur, ex cadauerum putrescentium fæcore: tamen in Dei populo maius mysterium obseruatum in hac resuit. Nam funerum deductione extra vrbes, publicè testabantur, defunctos iam è mundo exiisse, & alterius ciuitatis ciues factos esse: eius nimirum quam in cælis habent, quot quot per fidem filij Dei facti sunt. Proderat etiam mos iste plurimum ad cauendum superstitiones, ne quæ sacra pro mortuis instituerentur, sed se omni erga illos officio iam defunctos esse scirent, qui illos honestè tumulari caruerant.

Cæmeteria intra vrbes translata.

At postquam crescente superstitione sacra pro defunctis sub Gregorio Magno fieri cæperunt, tunc etiam sepultura locum templis vicinum esse voluerunt sacrificuli & monachi, vs sacra illa facilius obire, & quæstum maiorem facere possent. Et illis libenter morem gesserunt, qui etiam ipsi superstitione decepti ceremonijs illis plus quam gentilibus animas iuari credebant. Constat certè hanc præcipuam superstitionum causam fuisse, neg. vllum vnquam excogitatum fuisse aucupium quæstuosius, quam quòd ex sepulchralibus sacrificuli papistici instituerunt. Nam & locum sepultura ex publico priuatum & sui iuris fecerunt. Eundem postea pretio vendiderunt, Hebrone illo barbaro iniquiores, qui Abrahamo agri sui vsam gratuitum offerebat, vt in eo vxoris corpore sepeliret.

De initio Cæmeteriorum, in vrbibus iuxta templa Panuinij sic scribit in lib. de ritibus sepeliendi mortuos: Cum antiquitus, inquit, tantum extra urbem in Cæmeterijs hominum corpora sepelirentur, pæce Ecclesie data intra vrbes ad templorum limina, postea etiam in ipsis templis sepeliri mos inualuit. Constantinus in porticu templi Apostolorum Constantinopoli: Honorius in porticu templi S. Petri Roma, eius vxor intra idem templum sepulti sunt, &c. Vide locum. Crediderim autem Imperatorum tantum & aliorum magnorum virorum corpora intra vrbes, reliquorum verò extra eas, vt ab initio, sepulta fuisse. Sed res hæc, de constituendis in ipsis quoq; templis Cæmeterijs, èd vsq; superstitionis tandem progressa est, vs non minimam in ea salutis partem sitam arbitrantur.

Templa cur fabricantibus noxia.

Mirū verò est, cum papas totus sit consarcinatus, partim ex abrogato iam olim Levitico cultu ceremonijsq; partim ex superstitione Romana idololatriæ, is tamen sine verius gentis, legis & religionis vilo exemplo, Cæmeteria in ipsa quoq; templa, imò in templorum penetralia introducere audeat. Sed quid non audet auri dira cupido? Lex certè Mosaica cuiusquam defuncti cadauer contingere, sacris operandis dicato interdixit, nedum aris ipsis & templis ea inferre, locumq; Domino sanctum his polluere permisi. Nec mirus de hoc Romanile lege 12. tabularum cautum voluerunt. Quòd certè Templa plerumq; fabricantibus, aut prægnantibus, aut quauis infirmitate laborantibus noxia sunt & contagiosa: non ego superstitionis hominum leuim persuasioni totum tribuerim: sed ium confiso indiseretæ urbæ ac multitudinis balitui, ium etiam maximè sepulchrorum in ijs existentium funesto fetori.

Decet autem Christianos homines Cæmeteria, seu sepultura publicæ loca sacra putare, neq; permittere vt illis profanis vsibus violentur. Etsi enim improborum peculantia defun-

*Sic nihil incommodet, eadem tamen frenanda, et Christiana disciplina legibus coercenda est, ne eorum fidem ridere & ipsi insultare videamur, quorum corpora cum in viuus essent, spiritus sancti templa fuerunt, nunc autem in Christo sopita quiescunt. Et ut ad externos transeamus, nulla ex gentibus non omnino barbaris tam efferata fuit, quae non senserit sepulchrorum habendam esse rationem. In Romanis certe legibus haec habetur: ubi corpus demortui hominis condas, locus sacer esto. Et Vlpianus, sepulchri, inquit, violati actio infamiam irrogat. Imò grauius multatos fuisse olim legimus, qui bustum violauissent, aut ex sepulchro columnam deiecissent aut fregissent. Vnde in Colonienſi etiam Synodo sub Rodolpho 1. Imperatore celebrata cap. 11. sancitur, ut Coemeteria clausa & munita custodiatur, ne à porcis, vel alijs animalibus ossa mortuorum comedantur: prohibetur item sub pena excommunicationis, ne ecclesia vel coemeteria à laicis cuiuscunq; conditionis vel status fuerint, ad laciones aliorum munitantur, vel, ut verba canonis habent, incaſtellentur. Cumq; moris fuisset in primitiua Ecclesia in natalitijs sanctorum martyrum vigilias celebrare in coemeterijs, idè Concilij Eliberitini sub Syluestro 1. celebratum cap. 35. statuit, ne faeminae in coemeterio peruigilent, è quòd saepe sub obitu orationis scelera latenter committant. In eadem Synodo cap. 34. praecipitur, ne Cerei per diem in coemeterijs accendantur, & transgressores ab Ecclesia communione arceri iubentur. Olim in vicis & magnis pagis passim per Germaniam erant Coemeteria munita, in quae se inquilini recipiebant in hostilibus Anglorum, Vngarorum & aliorum incurſionibus. cuius adhuc multis in locis vestigia extant. Habebant etiam agricola sua fructuum repositoria singula singuli in illis Coemeterijs, ubi fruges ab hoste curatae erant & igne. Mutius lib. 21.*

Coemeteria saepe nec profanis vsibus destinata.

In Coemeterijs vigilae prohibentur.

Coemeteria olim aliquibus locis quare munita.

*Haec in genere de Coemeterijs dicta sufficiant: nam de Sepulchris & Sepultura suo loco & tempore plura, si Deus vitam nobis concesserit dicturi sumus.*

## C A P V T. II.

## De Origine &amp; progressu Sacellorum seu Capellarum.

**T** Oannes Quintinus in explicatione canonis 5. Gangrenſis Synodi à Sacellis templa distinguit: cumq; Trebatio existimat Sacellum ex duobus compositum verbis, nimirum Sacri & Cellae, quasi dicas sacra cella, ut Sacellum iuxta eos sit locus paruus Deo sacratus cum ara. Gellius vero Noctium Attic. lib. 6. cap. 12. simplex putat esse verbum, ex sacro diminutivum.

Sacellum quid.

Antequàm verò in honorem Sanctorum templa extructa & dedicata fuissent, parochiales tantum ecclesiae & cathedralia templa extiterunt, nulla Sacella & Ethnica lararia. Prius omnium HILARIUS 1. qui pontificatum Rom. circa annos Christi 465. tenuit, basilicas Romae nouo & haecenus inſucato genere adificiorum exornare cepit, additis nimirum SACELLIS, quae Platina in vita eius Oratoria vocat, ubi ita scribit: In Baptisterio Constantianae basilicae tria oratoria adificauit, auro & pretiosis lapidibus distincta, tribus. Sanctis dedicata, Ioan. Baptista, Ioanni Euangelista & S. Cruci. Ex quibus verbis non obscure colligi potest, oratoria illa non magnifica, ampla seu spatiosa tepla, sed parua & exigua quaedam adificia fuisse, quae hodie vulgò Sacella nominant: adificata enim fuerunt in Baptisterio, hoc est, loco templo seu basilicae Constantianae vicino et adiuncto, ubi fons baptismi fuit, quem locum hodie Coemeterium appellant. Meminit quidem Augustinus de Ciuitate Dei libro 22. cap. 8. Martyrij in templo quodam, quod sacellum fuisse alicui videri posset, verum non fuit, sed locus sepulchri Stephani Martyris, cancellis tantum à reliqua parte distinctus. Haud tamen negarim eiusmodi Martyria postea Sacellis in ipsis templis occasione dedisse.

Sacellorum antea.

Huiusmodi verò Oratoria seu potius Sacella progressu temporis CAPELLAS vocare ceperunt. De cuius rei Origine & causa Durandus in Rationali diuinorum libro 2. cap. 10. ita scribit: Antiquitus, inquit, reges Francia ad bellum procedentes, capam B. Martini Episcopi Turonensis secum portabant, quae sub quodam tentorio seruabatur, quod ab ipsa Capa seu Cappa dictum fuit Capella: & Clerici, in quorum custodia ea Capella fuit, inde Capellani dicebantur: vnde postea ad cunctos sacerdotes nomen illud in quibusdam regionibus peruenit. Sunt item, eodem auctore, qui dicant, quòd antiquitus facta sint in expeditionibus adiculae seu domunculae in tentorio pellibus caprarum reecta, in quibus Missae celebratae sint: et inde Capella nomen, à capris videlicet, sumptum esse.

Capella nomē vnde habent Sacella.



Sacellorum &  
Cappellarum  
abusus.

Hæc Sacella autem posterioribus temporibus, non ad basilicas & maiora templa tantum, sicut ab initio, sed etiam extra vrbes, & præsertim in minoribus vicis seu pagis excrui ceperunt. Quæ de re D. Bullingerus historiæ peritissimus, & antiquitatum diligentissimus indagator, in manuscripto Chronico lib. 6. cap. 2. Antiquus, ait, sese longè lateq; extendere parochia: neque enim quilibet vicus aut pagus suum peculiarem parochum aut pastorem habuit: sed parochiales oportuit ex longè distans locis ad suam parochiam ire. Exempli gratia: ad maius Templum Tiguri cogebantur diebus Dominicis, & præsertim maioribus festis ex Schwamendingen/ Rieden/ Sellanden/ Zollikon/ Witelliken/ Trechtenhusen/ Zimiken/ Verlikon/ Wippfingen/ Witten etc. ad sacra venire, licet hi vicini omnes procul ab vrbe distent. Quia verò in huiusmodi vicis multi senio confecti, ægri & grauidæ femina erant, & propterea minus commode vel ad maiora festa ad parochialem suam Ecclesiam venire poterant, hyeme præsertim: concessum fuit illis Oratoria parua, quæ Cappellas vocabant, in suis pagis edificare, quo diebus Dominicis & alijs festiuitatibus Orationis gratia conuenire possent. Ad eandem ferè rationem templum Iudei vnicum habuerunt, cuius locum Hierosolymis Deus constituerat: & id erat instar parochia, ad quam tota gens tribus festis solennibus, in Paschate nimirum, Pentecoste & Tabernaculorum solennitate conueniebat, vt fidei & cultus vnitatem profiteretur, neque alibi quam illic licebat sacra peragere. At ne interea temporis religionis exercitium prorsus negligere, & legi diuinæ cognitio apud vulgus omninò intercideret, vtque eorum etiam qui per artem aliaue impedimenta Hierosolymam venire non poterant, ratio aliqua haberetur, idè per omnes tribus in vrribus, vicis et castellis, alijsq; locis frequentioribus certa domus cætib; sacræ destinata erant, quas Synagogas vocabant, eò quod in illis populis diebus Sabbati conueniret ad audiedum legem & ad preces publicas. Quemadmodum autem veteres, non contenti vnicò templo Hierosolymitano, idolorum templa edificarunt, in ijsq; altaria extruxerunt ita etiam sequentibus seculis Christiani Cappellas in ijsq; altaria edificare, idola et imagines erigere, ac Missas celebrare ceperunt.

Cappella ab initio  
Oratoria.

Fuisse autem has Cappellas ab initio nihil aliud quam Oratoria h. e. Orationis domus, nec habuisse Sacerdotes qui Missas ibi celebrarent, vel hinc patet, quod donationes factæ Cappellis, parcho seu plebano Ecclesie parochialis, ad quam illa Cappella pertinebant, vt plurimum cessarunt: quod minimè factum fuisset, si per proprium sacerdotem administrata essent. Hoc autè apparet ex eo instrumento, quod Bercholdus Dux Zuringensis præpositus Tigurine & Canonici eiusdem super electione plebani seu pastoris maioris Templi ibidem dedit: in quo inter alia hæc leguntur: Et quia dictum est, vt altari seruiens de altari viuat, eisdem instituto pastori laborum emolumentum de communibus Ecclesia bonis distinxerunt: videlicet Dotes omnium Cappellarum, &c. Actum anno ab incarnatione Domini 1187. ibid.

2.

Tandem etiam in priuatis adibus Sacella seu Cappellas edificarunt, contra Ethnicorū consuetudinem, quos illi perpetuò imitantur. Apud Romanos enim Censorum erat curare, vt sacella non in domo cuiusquam essent, sed populo paterent. Itaque Linius lib. 40. vbi loquitur de Lepido & Fulvio Censoribus, Complura, inquit, Sacella publicaq; sacra occupata à priuatis, vt paterent, essentq; populo, curarunt. Et M. Cælius, vt ostenderet Appium Censorem officio suo deesse, petijt ab eo, ne Sacellum in domo priuata relinqueret: cuius rei cura Appij, qui Censor erat, esse debuerat: sicut scribit Ciceroni epist. 12. lib. 8. Quamuis Paulus Manutius eum locum Cælij intelligendum putet de Sacello, quod ipse Appius occupasset, ex quo grauior ei concitata esset inuidia, occupatis rebus à Censore, quas Censor ab alijs occupatas populo restituere deberet. In his autem priuatis Oratorijs vel Sacellis licere quidem vnicuiq; fidelitè orare, non autem Missas celebrare, constituit Aurelianensis Synodus cap. 3. de Cõsect. dist. 1. c. Vnicuiq;. Et sequenti capitulo citatur canon ex sexta Synodo, qui præcipit, ne clericis absque consensu Episcopi in talibus Sacellis ministrant, sin minus, deponantur. Sed hæc non vbiq; neq; ab omnibus aq; obseruantur. Quid enim non facit auri dira cupido?

3.

Mirum autem in modum his proximis trecentis annis Cappellarum numerus, quandò

quando eas in compitis & triuijs, adeoq; etiam in solitarijs locis ob somnia et similes reuelationes aniles extruxerunt: ad eum prorsus modum, quo altaria olim sine numero vbiuis locorum erecta sunt; contra quæ in Carraginesi 5. Synodo anno 438. habita, talis Canon extat: *Altaria, quæ passim per agros aut vias, tanquam Memoria martyrii constituuntur, in quibus nullum corpus aut reliquias martyrum conditæ probantur, ab Episcopis, qui eisdem locis præsumunt, euertantur. Si autem hoc propter tumultus populares non finitur, plebs tamen admoneatur ne illa loca frequenter, aut nulla ibi superstitione deuincta teneatur. Et omninò nulla Memoria martyrum probabiliter acceptetur, nisi aut ibi corpus, aut reliquias aliqua ibi certæ sint, aut vbi origo alicuius habitationis, vel possessionis, vel passionis fidelissima origine traditur. Nam quæ per somnia, & per inanes quasi reuelationes quorumlibet hominum vbiq; constituuntur altaria, omnimodè reprobentur. De consecrat. dist. 1. placuit. Quod decretum appositisimè quoq; ad Sacella & Capellas referri potest.*

Quin eò vsque progressa est superstitio, vt eam inhiuerit Senonensis Synodus anno 1528 habita, cap. 38. præcipiens *Ne præteritu noui miraculi erigatur Capella, aut altare nouum, nisi Episcopus loci de e negotio antè definerit quid sit statuendum tom. 4. Concil.*

Sacellorum nūmerus inhiuitus.

C A P V T. III.

De Origine Ossariorum, quæ Germani vocant *Wetshüser*.

**I**N veteri Testamento de multis Sanctis, in Nouo de Ioanne Baptista, de Stephano & alijs dicitur, quod terra mandata sint eorum cadauera. Genesis vltimo cap. narratur, Iosephum fratres iureiurando adstrinxisse, vt sua ossa in terram promissam secum exportarent. Postea: Exodi 13. Moses dicitur ossa illa in desertum tulisse. Nō esse ferri iussit ex superstitione quadam, quod inde ad mortuum redituram aliquam utilitatem speraret: (vt enim pijs non fraudi est si in locis profanis humentur: ita impijs nihil utilitatis afferre etiam si in templis & locis sacris sepeliuntur.) Sed hac re voluit suam fidem erga terram promissam testari. Ingenium enim hoc est fidei, vt inhereat promissis etiam illis, quæ post orbicum demum nostrum implentur vnde ad Hebr. 11. cap. hoc mandatum Iosephi, inter fidei opera numeratur. Deinde fratrum quoq; suorum fidem & spem fulcire ac firmare voluit, quod terram Chanaan cerò, ex Dei promissione accepturi essent. Quid autem actum sit cum cadauere & ossibus Iosephi, postquam in terram promissam delata essent, disertè indicatur Iosua 24. vbi dicitur, sepulta & humo mandata esse. Durant hic mos non solum in veteri Testamento, sed etiam in Ecclesia Christi aliquot seculis.

veterum eade terra mandata.

In vita S. Antonij Eremitæ descripta per Athanasium, & per Euagrium presbyterum ex Græco translata, extat memorabilis locus de Ossibus mortuorum non effodiendis, & in Sacellis recondendis, sed humo condendis. Mos, inquit, Aegyptijs est, nobilium, & præcipuè beatorum martyrum corpora, linteamine quidem obuoluere, & studiū funeri solitū non negare; terra verò non abscondere, sed super lectulos domi posita reseruare. Hunc honorè quiescentibus reddi, inuenerat & consuetudinis VANITAS tradidit. De hoc Antonius sæpè & Episcopos deprecatus est, vt populos Ecclesiastica cōestatione corrigeret, et laicos viros et mulieres rigidius ipse cōuenit, dicēs, nec legitimū hoc esse, nec Deo placitū, quippe cum patriarcharū & prophetarum sepulchra, quæ ad nos vsq; perdurāt, hæc facta cōuincerent. Dominici quoq; corporis exemplum oportere inueneri iubeat, quod in sepulchro positum lapide vsque ad resurrectionis diem tertium clausum fuerit: atq; his modis ritium circa defunctos Aegypti, etiam si sancta essent corpora, coarguebat, dicens: Quid maius aut sanctius corpore potest esse Dominico? quod iuxta consuetudinem gentium cæcerarū, humo conditum esse scimus? Hæc iuxta persuasio multorum in istum euellit errorem, & repositis in terra cadaueribus, Domino grātiās pro bono magisterio retulerunt. Metuens ergò consuetudinem supradictam, ne eodem etiam circa se laberentur errore (vt paulò post ibidem etiam annotatur) dixit

S. Antonij memorabilis, sententia de corporis mortuorum humo condendis.



duobus suis fratribus cum sibi moriendum esse sentiret: si qua mei vobis cura, si qua patris memoria est, si mihi vicarium rependatis affectum, nullus ad Aegyptum meas perferat reliquias, ne vano corpus honore seruetur, ne vituperati ritus à me, vt nostis, etiam circa me feruentur obsequia. Huius enim rei gratia, maxime huc sum regressus. Vos igitur humo tegite, vos patris operite corpusculum, & illud quoque senis vestri custodite mandatum, vt nemo praeter vestram dilectionem, locum tumuli mei nouerit, &c. In eandem sententiam Gregorius Nazianzenus horribile & atrox imprimis esse dicit, *ὡς ἐλὼν τοῦ σώματος τῆς βίβης.*

Progressu vero temporis etiam alijs in locis apud Christianos circa Reliquias & ossa mortuorum varia irrepserunt superstitiones. Primum enim effossa sunt, licet humo prius condita fuerint, eleuata, auro inclusa, ex vno loco in alium translata, nonnunquam etiam in tēplis ad olentationem suspensa. Nicephorus autem libro 3. cap. 19. de translatione ossium solidiorum Iguatij scribens, non obscure indicat, Iustini tempore circa annos Christi 145. nondum notam fuisse aut inualuisse superstitionem hanc anilem. Proficitur praeter ea se ignorare tempus quo istae eleuationes & translationes coeperint. Crediderim Constantini Magni demum tempore eam rem, tum ex nimia sanctorum praedicatione, tum ex xixanij de sanctorum intercessionem, tum ex Echnica superstitione primum cepisse. Quod ipsum tamen ab hoc initio tollerabile fuit, progressu vero temporis mirum in modum mendacibus prodigijs & signis confirmatum magis magisque creuit: vt patet ex lib. 10. epist. 85. apud Ambrosiū. Sed de hac re plura dicentur suo tempore, cum ad locum de Reliquijs sanctorum peruentum fuerit.

Secundo non tantum sanctorum martyrum ossa effossa sunt, & ad cultum prostituta, sed etiam vulgi, coeperuntque Sacella, quae nos Ossaria, Germanicè *Beinhüser* vocamus, extrui, eaq; in ijs coaceruari: imò huiusmodi in ossarijs tandem etiam preces & Missae, pro animabus quorum ossa ibi coaceruata iacebant, habita sunt. Quo tempore autem hac consuetudo impia & superstitiosa coepit, diligenti licet auctorum lectione, & assidua inquisitione percipere non potui. In Coloniensi synodo sub Rodolpho v. Imp. habita, primum quod quidem inuenire potui, ca. v. sancitur, vt in speciali loco ossa mortuorum fideliter reponantur.

Hanc consuetudinem effodiendi ossa et crania ex sepulchris, eaq; ordine ac serie in Ossarijs disponendi, hanc ob causam probandam esse censent, vt ea videntes, cogitemus nos caducos et mortuales esse, nobisq; à superbia, auaritia, libidinibus, alijsq; sceleribus caueamus. Quod quidē aliquam habet probabilitatem speciem. Verum eodem furo Imagines olim defendebatur quoq;. Cogitandum autem erat simul quae mala inde consequerentur. Videmus tot superstitiones accessisse, vt illius rei nullus amplius possit esse bonus vsus. Vt reuocemur à peccatis, verbi Dei est audiendum, inuisendi sunt agroti, deducēda sunt funera, fontium sunt supplicia spectanda, hinc enim multò melius haec discemus. Neq; nobis ex bona, vt vocant, intentione quid fingamus, quod nos ad virtutes alliciat, aut à vitijs abstrahat, sed illis vtamur quae Deus nobis tradidit. In hunc quoq; finem institutus est in nostris Ecclesijs mos pius & vilis, eorum nimirum nomina honorifica mentione Ecclesiae publicare habdomadam, qui de viuis excesserunt, vt & nostrae sortis impendentis admoneamur, & ad preces excitentur. Sed & ipsa caemeteria atq; sepulchra eiusdem rei nos admonent.

Ad rationes quas superius adduximus de humo condendis cadaueribus & ossibus mortuorum, nec effodiendis, & in Ossarijs asseruandis coaceruandisq; pertinēt etiā pericula quae inde oriri possent. Eorum primū est impietas & ludibrij hostilis. Vnde v. Sam. 31. indicatur, ciues Iabenses tulisse cadauer Saulis de muro Bethsan, idq; ne à victoribus reperi posset, et omnium ludibrio exponeretur, coebuisse. Hinc etiā Plin. l. 7. ca. 54. indicat, Cadauera cremare apud Romanos nō fuisse veteris instituti, sed terra cōdere. At postquā longinquis bellis obrutos erui cogno-scere, tūc demum instituti. Et tamē multuariē priscos seruare ritus. Sicut ante Syllam Dictatorem in domo Cornelia nemo traditur esse crematus, hoc verò ipsum voluisse, veritatem talionem, eruto C. Marij cadauere. Secundū, ne sententiae & iudicio Dei repugnare videamur. Deus enim Adamo dixit, Puluis es & in puluere reuerteris. Tertiū, ne magicis artibus fontem praebeamus. Refert enim Euseb. lib. 3. de vita Constantini, eam sub Constantino & Theodosio statua-

Superstitio circa mortuorum ossa quando nata.

Ossaria quādo instituta.

Rationes quae videntur probare Ossaria.

Ossaria nō esse ferenda.

fo statim gentilium euerſæ fuiſſent, reperta in ijs eſſe mortuorū hominum oſſa, atq; arida crania, ab incantatoribus impoſita, ad exercendas magicas artes & decipiendos ſimplices. Quartum, ne, ſi Cham denudando patrem maledictionem commeritus eſt, & nos oſſa partesq; regēdas maiorum noſtrorum detegendo, eiſdem impietatis maledictionem incurramus. Nam ſi Thobias et ſimiles ſepelienſi fratrum cadauera ludibrijs eximētes, pij operis laudem ab hominibus, à Deo verò benedictionem ſunt conſequuti, videndum quid è contrario ſequatur.

## C A P V T IIII.

## De Origine Aedium ſacerdotum iuxta Templā, &amp; Carcerum Episcoporum.

**E**Vgenius I. papa circa annos Chriſti 654. conſtituiſſe dicitur, vt iuxta Tēpla Sacerdotum domicilia extruerētur. Scella, & Balæus in vita eius. Nicolaus I. etiā circa annos Chriſti 860. ſtatuit, vt nulla ædificia in atrio Eccleſiæ, h. e. cæmeterijs, ponantur, niſi tantū clericorū 22. q. 1. c. Nulla. Cōfirmatur in Synodo Salegiſtadienſi an. 1023. celebrata vbi decretū fuit, vt ædificia laicorū, que Eccleſijs cōiuncta ſunt, deſtruantur, et nulla in atrio Eccleſiæ (An oder auff dem Kilchhoff) ponantur niſi tantum ſacerdotum. cap. 12.

Eugenius I. pontifex Rom. conſtituit, vt Episcopi carceres haberent, pro puniendis, non idololatræ, adulteris, aut Sodomitis, quorum apud eos ingens erat numerus, ſed hæreticis, vt Chriſtum purè conſitentis appellare ſolēt. Ante Conſtantinū XI. Episcopi paſſim in carceres à tyrannicis coniciebantur ob fidē in Chriſtū, nunc vice verſa Episcopi fideles in carceres deſtrudere incipiunt. Ita ſenſim ad ſe traxerunt poteſtatem ciuiliſ gladij, tyrannidemque plusquam Nimrodicam exercuerunt. Balæus in vita Eugenij. Supplement. Chronic. diſt. 81. ca. Sacerdos. Volateranus. Funcius. Valer. Anſelm. Ryd.

## C A P V T V.

## De Origine &amp; progreſſu Scholarum.

**E**O 4. Pontifex Rom. Synodum Romæ celebrauit, quæ à Luithprædo in eius vita Scholas iuxta deſcripta eſt, licet nondū edita ſit, vt in Catalogo teſtium veritatis fol. 82. indicatur, templa eſſe dea in ea neceſſario ſeruari præcepit ca. 7. vt iuxta Tēpla vel Eccleſias clauſtra conſtituantur, in quib; Clerici diſciplinæ Eccleſiaſticis imbuantur, vtq; miniſtri ſeu præceptores tales præficiantur eis, quorum vita ac doctrina erudiri poſſint. A Gratiano verò cauſa 12. q. 1. hoc decretum totidē verbis tribuitur Eugenio et Leoni 9. Non alienū igitur ab hac noſtra de Templi tractatione fore puto, ſi de Scholarum Origine & progreſſu quedam etiā in medium afferam: præſertim cum videamus plerūq; in locis hodiè, Scholas, nō quidē ob legem hanc poſticiam, per ſe alioquin non reprehendendam, ſed propter plures commoditates, iuxta templa inſtituat, ipſiſq; ad eò adiunctas eſſe.

Vt igitur rem à primæ rerū Origine repetā, dubium nemini eſſe debet, quin ſanctorū patrū Schole ante Di ante Diluuium ædes ſeu domus aliud nihil quàm Scholæ pietatis & bonarū literarū fuerint. lium.

Dubio procul enim Adam ſuos liberos et poſteros, quorū magnū vidit numerum, omnes ſcilicet ad Diluuium vſq; excepto Noe, vixitq; annos 930. diligenter inſtituit, & ſuo exemplo docuit, quàm grane ſcelis ſit Deū non verè colere præceptaq; eius transgredi. Seth quoq; Adami filius auctor fuiſſe perhibetur, vt rerū cæleſtium naturā homines ante Diluuiū perſcrutarentur, & in mirabili illo aſtorū curſu inquirendo multū ſtudij ac diligentie ponerent. Sunt quidē aliqui, qui ne literas quidem illas in prima illa mundi ætate fuiſſe contendunt, dum alij Litere à quib; inueniunt.

Ægyptios, alij Phœnices, nonnulli etiam Græcos earum inuētores eſſe pertinaciter defendunt, acerrimeque inſequentur. Iosephus autem lib. 1. contra Apionem, & Eusebius libro 1. de Præparatione Euangelica, Hebræos literas inueniſſe cum ex earum appellatione cum etiam figura probant. Et Eusebius quidem, que Plinius de Aſyrijs, Herodorus & Lucanus poeta, de Phœnicibus tradiderunt, ea de Iudæis intelligi debere eleganter veriſſimeque demonſtrauit: Iudæam enim veteres ſcriptores non rarò Phœniciam appellarunt, atque in Syria ſemper collocarunt. Et patriarchas diu ante diluuium literas habuiſſe, illud quoque ſatis magno argumento eſſe poterit, quod Enoch, quem ſeptimum ab Adamo vocas



D. Augustinus de Ciuit. Dei lib. 18. cap. 38. librum de rebus naturalibus & angelorum natura conscripsit, cuius auctoritate Iudas Apostolus in epistola sua canonica vtitur, quam etiam Augustinus eodem loco defendit, & hactenus in Aethyopiū Regia bibliotheca, Guiljelmo Postello auctore, asseruatur. Deinde quia Adam prædixerat fore, vt aliquando aqua, aliquando ignis propter hominum peccata omnia profus euerterent, idcirco nepotes eius duas ex diuersis materijs columnas construxerunt, vnā ex lateribus, quæ igni: alteram, ex lapidibus, quæ aqua consumi non posset. In vtraque, quæ magno labore & industria, in rerum cœlestium indagatione, & astrorum cursus inquisitione, inuenissent, ad posterum transmittenda conscripsere. Vide plura de literarum inuentoribus apud Polydorum lib. 1. cap. 6.

ini Schola.

Alter quoque filius Adami, Cain, Scholam etiam instituit, sed nequitia & scelerum. Nam, vt Nauclerus volum. 1. Generat. 1. ex Iosepho indicat, ad plagam orientalem versus Eden humano genere multiplicato, suos familiares ad latrocinia inuitans Cain, opes magnas congregauit: & suorum doctorem in his studijs excitauit, ibiq; hominum simplicitatem ex inuentione ponderum & mensurarum permutauit, eosque in calliditatem & corruptionem perduxit: ibidem quoque terræ terminos primus posuit, vrbemq; primam constituit, quam ad filio suo Enoch Enochiam appellauit. Nepotes quoque eius variarum artium inuentores & doctores excitauerunt. Iabal enim filius Lamechi nil nisi carnalia medians, primus condidit pastoralia tentoria ad mutandum pascuam pro gregibus nutriendis. Iubal vero frater Iabal's Musicam inuenisse & docuisse fertur in cithara & organo, vt labores pastorales fratris sui in delicias verteret. Thubalcain autē & ipse filius Lamechi, artem ferrariam primus inuenit, & alijs tradidit, res bellicas exercuit, sculpturamq; in metallis ad libidinem oculorum fabricauit. Noema denique filia Lamechi artes variā diuersaq; textura inuenit, lanam & linum in fila traxit, & pannum texuit, aliasq; texere docuit: nam ante hac pellibus tantum ferarum utebatur. Et ex his notant aliqui, quod omnes artes vel scientia seculares, liberales, siue mechanicae vel physicae humanae curiositati deferuientes, in Caini eiusq; nepotum Schola inuenta alijs que tradita sint. Vt videas filios adulteros subtiliores acutioresq; alijs fuisse: iuxta dictum Seruatoris, Filij huius seculi prudentiores sunt filijs lucis in suo genere, Luc. 16. Et hæc quidē fuerunt exercitia ac studia hominum in prima illa mundi ætate ante Diluuium.

Schola post Diluuium.

Post Diluuium autem, cum iam antea Noe suos theologiam & sacros ritus docuisset, cepit eisdem etiam institueri in humana sapientia, quam Græci φιλοσοφία appellant, & rerum naturalium secretis, imprimisq; astrorum cursus & syderum motus rationem fideliter illis tradidit, ob que illum existimarunt diuinæ naturæ esse participem, ac propterea illum Obyhana ac Arsa, id est, Cælum & Solem cognominauerunt, & vt Berosus nonnulliq; Iudeorum Rabini tradunt, omnium Gigantum sapientissimum & Mathesios peritissimum iudicarunt. Cum autem in immensum multiplicatum esset genus humanum, idem Doctor adhortatus est filios ac nepotes suos, vt nouas quererent sedes, & vrbes edificarent. Designauit itaque illis tres orbis partes, Asiam, Aphricam & Europam, vt ante Diluuium viderat, sicut Nauclerus Generat. 10. volum. 1. ex Beroso Chaldaeo refert. Profectus igitur, vt Philo Hebraeus de multiplicato humano genere tradit, ipse Noe cum tribus filijs in Pontum venit, & natibus circumlustrauit totum mediterraneum mare, ostendens primo Sem lictus omne Asiaticum à Tanai per Bosphorum vsque ad Nilum Egypti, Chamo autem lictus Aphricæ vsq; in angustias Oceani & Gadum. Iapeto vero omne lictus Europæ à Gadibus vsq; Tanaim. Et hi quidem tres fratres in eas orbis partes, quas pater singulis monstrauerat, discesserunt, ibiq; non solum vrbes condiderunt, sed & Scholas aperuerunt, ac iuuentutem bonis moribus licetisq; imbuerunt: licet Chamus, maiorem reliquis gloriam paraturus, & vt Vincenarius inquit lib. 2. cap. 101. diuinæ naturæ participes esse crederetur, optimis artibus, quibus à parente instructus fuerat, ad superstitiones Magicas abuti cœperit. Nec satis ipsi fuit per se huiusmodi turpitudinem exercere, verum etiam libros, & carmina de Magia & incantationibus conscripsit: vt que non solum in suos, sed fratrum suorum liberos & posterum quoque hoc venenum infunderet, & sernumq; sui nominis memoriam post se relinqueret, non cœteris

caeteris

terris quas pater ei monstrauerat, alienos quoque fines, adeoq; ipsam Italiam etiam, uiuente adhuc patre, ingressus est, & ad Gomeros venit, non comparente autem Gomero, cepit colonias regere, & sua impietate ac sceleribus corrumpere. Ianus autem, qui & Noab, cum & ipse uenisset secundo in Italiam, uisendi colonias, quas eo deduxerat, gratia, & comperisset Chamum præter opinionem corruptentem iuuentutem, tribus quidem annis æquo illum tulle animo, deinde uerò aliquot illi assignatis colonijs, eum Italia excedere iussit. Dimisit quoque à se nepotem suum, Gomeri primogenitum Thusconem, cuius nepos Uugeuonerus, uel, ut alij uocant, Ingeuon aut Inguuon, filius Mani, Academias in Germania instituit, ad comprimendam hominum audaciam: suumq; Germanicum regnum, quod fuit amplissimum, artibus ingenuis excoluit, Beroso auctore. Unde uehementer admirari soleo quorundam stolidam insolentiam, qui Germanos barbarie traducunt impudentissimè: quodque nihil religionis ueræ, nihil bonarum literarum & scientiarum, nihil denique ciuilitatis habeat Germania, quod non aliunde, & præsertim ex Latio hauserit, deriuarit & acceperit. Noachus autem in Latio permansit, & quia, ut diximus, Chamus, falsam & impiam, quam in Africa & Ægypto euouerat, doctrinam, in Latio quoque spargere inceperat, publicum Vetulonia Gymnasium aperuisse creditur, ubi diuina & humana iura, disciplina morum, artes mathematicæ, & sacrificiorum, culusque diuini rationes traderebantur: ut uera religione & sapientia imbuti, contra pestilentissimos Chami errores, & uanas aliorum superstitiones, quas sine dubio aliquando exortituras esse præuidebat, satis munirentur. Et ne aliquando hæc, quæ ipse publicè ibi professus fuerat, interirent, certis quibusdam libris comprehendit. Noacho autem his occupato, uxor eius non segnior uiro, sacrificiorum cura, erudiendisq; uirginibus, uacasse maxime dicitur: ut ferè mulieres uiris religiosiores sunt. Cumq; ignem, à se repperum, ad sacrificia necessarium esse intelligeret, ad eius custodiam, suadente uel saltem permittente Noacho, uirgines legisse creditur, quod ignis natura pura, & incorrupta esset. Unde ipsam, quod ignem uirginibus custodiendum prima omnium instituisse Vestam appellauerunt, iuxta illud Ouidij Salmonensis Poetæ:

Vetulonia  
Gymnasium.

Scholæ Latij.

Nec tu aliud Vestam quam uiam intellige flammam. Custodes uerò sacri huius ignis uirgines Vestales nominauerunt, de quibus multa hinc inde in Romana historia. Ex Noachi uerò Gymnasio physicam, Astronomiam, cæterarumq; artium doctrinam, Theologiam & religionem in totam Italiam emanasse, multis argumentis Ioannes Viterbiensis in suis ad Berosum Anotat. comprobauit. Hetrusci in primis has artes ita excoluerunt post mortem Noachi, ut uniuersus orbis eorum doctrinam & sapientiam admiraretur, & in prognosticationibus, interpretationibusq; fulgurum atque portentorum præstantissimi haberentur. Hac fama permotus Pythagoras ille Saminus, ex Persia & Ægypto reuersus, atq; omnium ferè gentium literatura ad miraculum usque imbutus, ad Hetruscos proficiscitur in Italiam: & quia eorum doctrinam, quæ Mosis non abhinc erat, præ cæteris omnibus probabat, iccirco hic permanere, ibidemque discere simul & docere statuit. Quo factum est, ut non solum à sapientibus Hetruscorum, quæ ignorabat, perciperet, sed ipse etiam quæ alibi longo usu, multo labore, studio ac uigilijs cognouerat, iterum doceret, adeoque Græcorum philosophiam primus in Italiam inferret. His rebus factum est, ut Romani, qui longo tempore politiciori literatura caruerunt, cum uiderent non solum Hetruscos ob bonarum literarum studia florere, & in toto mundo celebres esse, sed etiam potentissimos Reges ac principes earum præsidio regna administrare, sæpè etiam bella dexterius conficere, curam illarum suscipere tandem stauerunt. Et quia Pythagoræ doctrina præ cæteris illis ardebat, eam quoq; in urbem audissimè recipiebant, ut Cicero auctor est lib. 4. Thuscul. quæst. ac breui quidem huius doctrinæ cupiditate ita exarserunt non solum nobiles Romæ, sed & promiscua multitudo, ut populus Romanus raro aliquem uel Reipub. uel militia præficeret, qui non esset ea uel mediocriter eruditus. Cum uerò propter bella diuturna & graua quæ populus Romanus gessit, in primisque ob diffensiones ciuiles Scholæ cum studijs interissent Romæ, ideo Iulius Cæsar post bellum Ciuile ex Ægypto rediens in Italiam, mox ad ornandum imperiū Rom. se conuertit, ut quod

Academie Rom.  
me.



tot periculis tantisque laboribus pararat, in pace & tranquillitate diu conseruaret. Nulla vero ratione hoc commodius fieri arbitrabatur, quam si bonarum literarum studia resuscitaret, & urbem, caput imperij, uiris doctis & literatis exornaret. Adduxit ergo ex Aegypto insignes Mathematicos, & author fuit ut Mathematica disciplina in Italia colerentur: amplissimas quoque Græcæ & Latinæ bibliothecæ erexit. Augustus uero omnium prouinciarum, quas imperio adiecit iuuentuti optimos præceptores dedit, ut non minus accuratè educati eruditiq̃, quam proprii filij, in Romanorum fidelitate & legibus permanerent. Instituta ergo sunt insignia gymnasia Romæ, inter quæ longè celeberrimum fuit Athenicum, ad Alexandrii Musæi æmulationem à Claudio Imp. fundatum, ubi historiæ ab eo editæ quotannis recitarentur, Volaterrano teste lib. 12. Geograph. Et Traianus Nerua multa in emendationem publicorum negotiorum constituit, in Scholarum uero & puerorum sustentationem plurima, ut in uita eius Dion Cassius Niceus refert: ob eaq̃ causam ad restituendū bonas artes et diuini humaniq̃ iuris prudentiæ, cælitus à Deo missus credebatur, auctore Sexto Aurelio Victore.

Schola Asiatica.

In alia porro orbis parte, quæ Semo attributa fuit, non minorem operam extolendis bonis literis & aperiendis Scholis impenderunt. Quæ in re ita excelluerūt Iudei & Chaldæi maxime, ut optimarum artium uetustissimi Inuentores habiti sint. Unde & consultus Apollo ita respondit: Dura uia illa nimis ætatis clausaq̃ portis,

Quæ uitam uobis aperit donatq̃ beatam.

Net uero uerbis facile enarrariet illis

Exponiq̃, queat illo quo semita ducit:

Quam primi ante omnes cæperunt tradere pulchras

Qui Niliepotant lymphas: Phœnicibus inde,

Proximaq̃, Assyrijs ea cura: sed incluta longè

Genis Hebræa illam nouit, notamq̃ recepit.

Et alio Oraculo idem Apollo adhuc clarius hoc demonstrauit inquiring:

Chaldæis qua uera esset sapientia tantum, Hebræisq̃, ipsis concessum cognoscere patre  
Aeternum qui mente colunt regemq̃, Deumq̃: us Eusebius refert li. 9. cap. 3. de Præparatione Euangelica.

Ab his in omni genere bonarum disciplinarum, & præsertim in Mathematicis artibus institutus Abraham, eas in Aegyptum importauit, Aegyptiosque Geometriam & Astrologiam docuit, ante cuius aduentum nihil harum rerum sciebant: & causa creditur fuisse Memphitici Gymnasijs, ubi è Mesopotamia profectus habitasse dicitur. Illas uero artes ipsi propter admirationem tam egregiè coluerunt, mirificèque auxerunt, ut Gellius libro 11. Aegyptios in artibus inueniendis solertes, & in cognitione rerum indaganda sagaces existisse probet. In Aegyptum autem ueram Theologiam Iosephus Patriarcha uidetur intulisse, quam tamen ipsi haud longo tempore post fixissimè corruerunt. Sed cum in philosophia & Mathematicis diu florissent, tandem Ptolemæi reges Alexandria omnium liberalium artium Scholas aperuerunt, inter quas principales fuerunt Musæum, Serapium & Iseum, à Musis, Serapide & Iside denominata. Quocirca in Aegypto omnes serè qui olim doctrina excellentes ac celebres fuerunt instituti sunt, alijsq̃ gentibus qui leges & uicæ præcepta dedere, ad Aegyptios ea primum percepturi, transferunt. Thebes enim Milesus Aegyptiorum Sacerdotibus usus est præceptoribus, quod ipse ad Pherecydem faceret. Pythagoras in Aegyptum studiorum causa profectus est: ubi sacerdotum Comentariorum scrutatus, innumerabilium seculorum obseruationes cognouit. Plato philosophorum Deus in Aegyptum ad Prophetas et Sacerdotes profectus, Geometriae multiplices numeros caelestiumq̃, rationum obseruationem percepit: ubi & Mojsis Prophetae libros legisse, & ideo ad Christianam religionem proximè accessisse creditur. Aristoteles quoque plurima in Asia à Indæis & Aegyptijs didicit.

Alexandrina Schola.

Schola in Graecia extructa.

His artibus instructi, tanquam apes dulcissimo melle onustæ, in Graeciam redierunt, eamque mirificè excoluerunt & exornarunt. Et Plato quidem Athenis in loco qui Academia dicebatur Scholam aperuit, quam Cicero ad Seruium Sulpitium omnium totius orbis nobilissimam fuisse dicit. Aristoteles uero in Lyceis (templo Apollinis olim, quod à Lycis

Pandionis *F.* nomen traxit) Gymnasium instituit, et Zeno in Stoa sive porticu Pisiana aëta, sese exercuit, unde Stoici eius discipuli. Ex his tribus Gymnasijs, Platonis autem & Aristotelis præcipue, præstantissimi oratores, optimi Philosophi & celeberrimi poëta in vniuersum orbem terrarum prodierunt. Verum ergo non est quod Græci sibi tribui solis voluerunt, se omnium hominum parentes, & primos literarum atque artium cunctorum inuentores existitisse: utque facilius hominibus hoc persuaderent, per incredibilem arrogantiam omnium gentium ac populorum historias corruperunt, & antiquissima quæque abolere conati sunt. Atqui Socrates aperte fateatur, quod Pythagoras Samius ex Agypto liberales artes, & philosophiam primus in Græciam intulerit. Et in libris de Preparat. Euangelica, nil magis Græcos, præter eloquentiam inuenisse, Eusebius eleganter demonstrat.

Quemadmodum autem ab initio huius capituli diximus, Patriarcharum domos nihil aliud quam Scholas & officinas pietatis ac bonarum artium fuisse, ita ubi posteri eorum terram promissam occupassent, Leuitis vrbes 48. ex præcepto Domini Num. 35. assignarunt, cum suburbanis suis, per vniuersum regnum. Eæ verò vrbes Leuiticæ dicebantur, non quod soli Leuitæ in ijs habitarent, sed quod ibi iuuentus in studijs liberalium disciplinarum & artium erudiretur, & in Synagogis lex Dei diligenter exponeretur. Earum summa semper cura habita fuit à sanctissimis & præstantissimis etiam in populo Dei viris. Ita in Samuelis historia legimus, quod ipse Samuel præfectus fuerit Natioch, id est, bursa, sive collegio, quod institutum erat in monte sancto in ipsa Rama: eiusdem etiam gymnasij mentio fit cap. 10. lib. 1. Sam. Studiosi eius appellabantur Prophetae. Schola Hierichuntina & Ramod Galaad aliquandiu Helias, demùm etiam Helisæus præfuit: eorumque discipuli vocabantur Filij prophetarum, sive Nazarai, hoc est, ad studia segregati. Loquitur etiã Ieremias in Thren. 4. cap. de adolescentibus, qui sub cura optimorum magistrorum & in bonis literis & in probitate morum optime fuerant instituti. Ex his Scholis destinabantur ministerio sacro, ad quod quisque videbatur idoneus maxime. Et si verò populus Dei post captiuitatem Babylonicã, apud exteras ægeret gentes, nunquã tamen neglexit studia literarum etiã inter Gentes institutis Synagogis. Acta enim Apostolorum referunt, Paulum ingressum Synagogas Euangelium annunciasse. Hierosolymis tamen erat, eius gentis præcipuum ac florentissimum studium, quo etiam ex omnibus regnis confluebant, ut ex Actis Apost. colligi potest, ubi sic legitur: Erant Hierosolymis habitantes Iudei, viri religiosi ex omni natione eorum qui sub celo sunt. In eadẽ libro meminit D. Lucas Collegij Libertinorum, Cyrenensium, Alexandrinorum, Cilicum & Asiaticorum, eorum nimirum, qui ex his nationibus Hierosolymam studiorum gratia commigrabant. Paulus cum esset ciuis Romanus è Tharsa Cilicie vrbe oriundus Hierosolymam concesserat, ut per Gamalielelem in lege Domini institueretur. Tradunt autem hunc Gamalielelem Simeonis iusti fuisse discipulum, & hunc Hillelis. Petrus enim Galatinus de Arcanis Catholicae veritatis 1. cap. 2. Floruit Hillel, inquit, anno ante templi secundi euerisionem 100. & 80. habuit discipulos, omnes excellenti ingenio & doctrina præditos, qui omnes ratione disciplinae filij eius sunt nuncupati. Inter hos postremus omnium Simeon iustus, qui Christum in vlnas suscepit, ponitur. Refert Iosephus libro vndecimo Antiquit. & Eusebius in Chron. Alexandrum M. contra Darium Persarum regem pugnaturum à legis periculis Hierosolymitanis, edoctum, quod Græcorum Rex in Asia dominaturus esset, Synagogam eorum multis priuilegijs ornasse. Author quoque est Optatus Mileuitanus extra Hierosolymam septem Synagogas fuisse, ubi leges quidem promissuè traditæ fuerint, disputare autem nulli licuerit.

Cum verò legis doctores nimium sibi auctoritatis usurparent, & singuli doctiores san- Schola sectariorum inter Iudeos.  
ctioresq; reliquis dici & haberi vellent, in tres potissimum sectas diuisi sunt, quorum nonnulli Pharisæi, quidam Sadducei, reliqui verò Essæi dicebantur: hi verò cum nec effrenatam licentiam Sadduceorum, nec Pharisæorum simulationem & hypocrisis ferre possent, peculiare Scholas ad lacum Asphaltitem instituerunt, in quibus non modo leges sacras, sed alias quoque liberales artes docuerunt, Philone & Eusebio auctoribus.



DE ORIGINE

Constat itaque ex his quae hucusque commemorauimus ab exordio statim mundi ad Christi usque tempora, iuuentutem apud omnes non omnino barbaras gentes diligenter institutam, & potentissimos Monarchas, Reges, principes ac magistratus in id sedulo incubuisse, ut in suis Regnis & Rebus publicis studia literarum florerent. In qua narratione eò breuior fui, quod haec omnia diligenter, & copiose à doctissimo viro Iacobo Niddendorpio libro 1. & 2. de Academijs sint tradita, mihiq; animus sit de Origine & progressu Scholarum apud Christianos hoc capite praecipue agere, quod nunc aggrediar, & quam breuiter potero absoluiam.

De Origine & progressu Scholarum apud Christianos.

Academia primam in nouo Testamento Christus instituit.

Christum Seruator noster vnicus non abrogasse legitur Scholas Iudeorum sui temporis, in quibus iuuentus in literis fideliter instituebatur, sed ipse quoque in Nouo Testamento Academiam omnium primam, sanctissimam & perfectissimam instituit, in eaque vna voce ipsemet docuit. Vocauit enim duodecim discipulos, quos in doctrina caelesti diligentissimè erudiuit, & ad omnia miracula quae edidit, adhibuit, instruxit ipsos etiam dono miraculorum, quo plures ad Christum eiusque doctrinam amplectendam permouerent. Docebat autem Dominus non in vno aliquo loco certo & fixo hos suos discipulos, sed itinerare, in vrbi- bus, in vicis, ad mare, in desertis locis, & vbicunq; daretur occasio, ut non immerito Peripateticorum nomine eos appellare possimus. Cumque post resurrectionem Christi in eius schola bene confirmati, & in penecoste donis Spiritus sancti abundè instructi fuissent in vniuersum orbem egressi etiam alios sua doctrina imbuerunt, & quae à praeprotore suo didicerant cunctis mortalibus tradiderunt. Sed & Scholas aperuerunt, in quibus discipulorum sacris literis instituerunt, & ad ministerium ecclesiasticum praepararunt. Hanc consuetudinem Paulus Timotheo suo commendat etiam, dicens: Quae audisti à me per multos testes, haec commenda fidelibus hominibus, qui erunt idonei ut alios quoq; doceant. Et multa profecti possent, quae satis magno argumento sunt, Gentes ac Iudeos ad fidem Christi tuerfos suas Academijs & Synagogas in Scholas Christianas commutasse & philosophos Ethnicorum Christianos factos, Scholas saepe de nouo aperuisse, in quibus bonas literas & liberales artes eum pietate docuerint, & gentiliu errores consutarint. Instituta igitur sunt iam inde à prima Christianismi origine multae passim Scholae, inter quas post Apostoloru tempora celeberrima fuit Alexandrina, ex Ethnica seu philosophica à D. Marco cum ibi Ecclesia colligeret, philosophis et Iudaeis ad veram religionem conuersis forte commutata. Sunt tamè qui hanc Christianoru Scholam circa annos demum Christi 150. instituta velint. Et sanè Dei prouidentia & bonitate singulari factum opinor, ut in ipsis religionis Christianae primordijs haec Schola verà fidè amplecteretur, quo inde in vniuersum penè orbè Christi agnitio citius emanaret, iam inde enim à Ptolemaei Regis semper inter celeberrimas Academias fuit numerata, ad eam ex omnibus terra partibus certatim discendi gratia confluerunt. De hac Schola Eusebius li. 5. ca. 9. refert, quod sub

Scholae Apostolorum.

Scholae Ethnicorum in Christianas commutate.

Alexandrina Schola.

Commodo Imp. Pantænus, vir in omni eruditione nobilissimus Doctoris officio in ea successus fuerit: ab antiquo enim sacrarum literaru doctrinã & exercitium ibi viguisse, eamq; consuetudine ad sua usq; tempora perdurasse. Successus in officio docti Patris Clementis, Apostol. successor & discipulus, qui quid à praeprotore Pateno didicerit ipse exponit in lib. Sermonu, unde etiam colligi potest quas Scholas accesserit, quibus sit praeprotoribus quidq; ipse & reliquis eius aetatis Doctores in hac Alexandria alijsq; Scholis docuerint, philosophia nimiru, liberales artes et linguas, imprimisq; verã religionem & fidem in Christu. Eodem tempore Origines Caesarea morabatur, vbi in Schola sine à se sine ab alijs instituta, bonas literas & ipse profitebatur. Ad eum ergo nõ modo ex propinquis, sed et ex remotissimis finibus confluerat Vocatus autem ad Alexandrinam scholam ibi Grammatica primò docuit, deinde Clementi successit, què postea in eodẽ docti munere Heraclas, Dionysius, Arthenodorus, Malchus, Didymus, Athanasius alijq; insecuti sunt, viri non in sacris tantum, sed et propheticis sciencijs doctissimi, quos Catechistas vocabat, à praecipua et maximè necessaria parte institutionis. Prodierunt ex hac schola Alexandrina, tamquam ex equo Troiano, plurimi eruditione, doctrina, pietate praestantissimi viri, qui hinc inde in Orientis Ecclesijs Christo Domino, praeclearam & egregiam operã nauarunt. Romae quoq; Iustinum Philosophu & Martyrẽ Diacrisacẽ habuisse Hieronymus prodidit.

Caesariensis schola.

Romana schola.

Primus autem inter Christianorum Imperatores sanctissimus Cōstantinus per vniuersum Romanum imperiū in celebrioribus Urbibus Academijs seu Scholis quā plurimas vel de nouo instituit, vel veteres reparauit. Inter illas longē celeberrima et florentissima Cōstantinopolis fuit, quā incredibili propē & profusa liberalitate, sed tanto principe digna fouit: ideoq; etiam breuis tēporis spatio in immensum creuit; eod enim vnā cum imperiali Maiestate artes ex vniuersa Græcia, veluti recepta culū quoddā confluxerunt. Vidit siquidē prudētissimus et immortalis gloria dignissimus Princeps, nullū imperium seu Rempub. stare, nec veram religionē cōseruari et retineri sine Scholis posse, vt quæ Ecclesiæ & Rerump. sint velut seminaria. Eam ob causam etiā superato Licinio tyranno et hoste tā religionis quā sapientiæ, pulcherrimā illā constitutionem de Professorum in Scholis immunitate & didisse videtur, quæ apud Iustinianū in L. Medicos C. de professoribus reperitur. Quāquā Cōstantinus pater Cōstantini tā antea quoq; bonas literas per Galliam resuscitauit, & erga earum professores liberalissimus exciterit, etiam tū cū ararium penē exhaustum esset, vt ex ea epistola colligi potest, quā ad Eumenium Rhetorem scripsit de restauranda Augusloduni, quæ olim nobilissimā Heduarū vrbs fuit, Schola. Eodem tempore quoq; non institutam, sed restauratā Massiliensium Scholam arbitrator. Habuerunt enim ibi etiam ante Christi Seruatoris natiuitatē Academiā omni genere literarum adeo florentem vt non solum ex tota Gallia certatim huc concurrerent, suāq; studia et vitam ad eius libenter instituta atq; mores componerent: sed It alij quoque huc potius, Cælio Rhodigino teste, quā in ipsam Græciam proficiscerentur, quod Strabo & Alexander olim sapientissimos etiam Romanorum fecisse referunt.

Iulianus verō Apostata, versipellis & subdolos homo, has Christianorum Scholas claudī præcepit, vt ignorantia & inscitia impediti, philosophorum argutijs & ludibrijs minus resistere possent. Contrā verō Christiani Imperatores ipsum mox insecuti religioni nostræ ac reipublicæ Christianæ consultum volentes Scholas Iuliani tyrannide vel collapsas restaurarunt, vel clausas aperuerunt, & studia bonarum literarum verāq; pietatis mirandum in modum promouerunt. Gratianus enim Imp. adhuc adolescens, primisq; statim Imperij sui annis, vt eius fundamenta firma & diuina iaceret, edixit ad Antonium præfectum prætorio Galliciarum vt in omnibus Gallia metropolibus excitarentur alerenturq; studia literarum, egregijsq; earum professores præficerentur, quibus annuæ liberaliter præberentur: textat hoc rescriptum in Theodosiano Codice L. per omnem. Vnde breui adeo liberalium artium & linguarū studia ibi florere cœperunt, vt D. Hieronymus in epistola quadam ad Rusticum, Galliam studijs florentissimam appellaret.

Nova est etiam sanctio de studijs liberalibus & linguis profitendis ac discendis, lata à Theodosio & Valentiano Imp. quæ recitatur in Codice lib. 11. tit. 18.

Theodosius iunior Imp. circa annos Christi 423. BONONIENSEM Academiam, iam inde ab initio ob studia vniuersæ Iuris florentissimam, instituit: eam nonnihil collapsam Carolus 5. re & nomine Magnus sic instaurauit, vt à multis nō tam ornasse & promouisse, quā instituisse credatur: post quæ tempora pontificum Maximorum & Imperatorum munificentia ac liberalitate sic excreuit, vt bonorū studiorū mater vulgō etiam nūm hodiē appelletur.

Eodem quoq; tempore CANTABRIGIENSIS in Anglia Academia fundata dicitur: meminit enim eius Archurus Rex in Constitutione anno Dom. 531. edita, in qua etiam præcipit, vt conferretur hæc Academia. Sunt tamen qui à Sieberto Anglorum rege anno Domini 630. eam primō erectam putent: qui etiam passim in suo regno, hortante Felice Episcopo, natione Burgundo, Scholas extruxisse dicitur à Polydoro lib. 4. vt Anglia, quod postea claros semper doctrina viros habuerit, haud dubiē Sieberto cum primis acceptum referre de beat. eodem auctore. Et LINDIFARNENSIS insula circa Angliæ & Scotiæ limites ab Osualdo Northumbrorū rege Aidano episcopo Scoto, ea conditione concessa fuit anno Domini 640. vt ibi Scholam & Ecclesiam Episcopalem erigeret.

Instituta autem sunt Scholæ non tantum ab Imperatoribus alijsq; pijs principibus ac magistratibus ad hunc modum in celebrioribus maioribusq; ciuitatibus, sed etiam ab alijs viris

Imperatores Christiani Scholas aperuerūt. Cōstantinus.

Constantinus in Gallia Scholas aperit. Augustodunensis Schola. Massiliensis Schola.

Scholas Christi. Iulianus clausit, sequentes Imp. aperuerunt rursus. Scholæ extructæ in Gallia.

Bononiensis Schola.

Cantabrigensis Schola.

Scholæ in Monasterijs institutæ.



Schole Basilij  
& Augustini.

pijs, probis & doctis in desertis locis ac solitudinibus: quos inter Basilij cognomento Magnus & Augustinus præcipui fuerunt, qui quidem mundi & mundanarum rerum cædo, relictis urbibus, in Monasteria ad tempus concesserunt, ibique discipulos suos in liberalibus artibus, præcipue vero in religione ac verbo Dei diligenter instituerunt. Ob hæc studia honestatis pietatisque, maximus undique ad ipsorum monasteria seu contubernia & communitates docentium simul ac discipulorum factus est concursus. Non igitur erant ipsorum monasteria latibula ignaorum furorum, & ventri, hoc est luxui omnibusque voluptatibus ditorum hominum, ut hodie plerique sunt, sed potius Schole, in quibus artes & philosophia, una cum Theologia & vera religione pietateque, tradebantur, eam maxime ob causam, ut semper docti & idonei viri in promptu essent quos Ecclesijs præficere possent. Testem habeo Possidonium Augustini discipulum, qui in præceptoris vita refert, D. Augustinum in monasterio cum doctis habitasse, vixisseque secundum regulam Apostolorum, & dedisse ex suo collegio ecclesijs quibusdam rogantibus Episcopos, viros undique doctissimos & piissimos: quæ de re lege ca. 5. et. 11 eius historia. Erant autem sub ipsis militantes eam ob causam sic separati à mundo, & liberi ab omni rerum mundanarum cura, ut facilius bonas literas addiscere, & veram religionem imberberè, liberiusque Deo, vigilijs, hymnis et precibus inservire possent, ut Rufinus attestatur lib. 2. cap. 9. Et hæc quidem in Asia & Aethiopia sic fiebant.

Cum vero irruerent in Europam circa annos Domini 410. Gothi & Vandalij, gentes barbara & parte maxima impie, quæ vexarunt annos plus minus 160. totum ferè Occidentem: & erumperent à sedibus suis Hunni, ac post hoc Franci & Alemanni, & præclaras quasque cultasque gentes & urbes flamma & ferro vastarent: ipsaque in primis Italia à Longobardis alijque feris gentibus penè eversa ac in solitudinem redacta fuisset, eaque cum rerum omnium per Europam facies esset, ut Gregorius M. orbi finem imminere, et diè illum maximè Christiani instare opinaretur, maximam simul iacturam fecit vera religio, pietas & eruditio in Occidentalibus Ecclesijs. Aferunt enim passim instructissimam bibliothecam, dispersi sunt optimi authores, perierunt ac dissipatae sunt bene constituta SCHOLAE, conculcatae sunt linguæ, et inter has Latina maxime à Gothis gente ambitiosissima, corrupta fuit: cuius quidem rei nobilissimi quoque eorum temporum histori meminerunt. Hinc certò certius est per Gallias, Italiam, Hispanias, Germaniam aliasque Occidentis regna miserabilem linguarum et bonarum literarum inscitiam, ob Scholas dissipatas & optimos authores dispersos ac laceratos, enatam esse. Benedictus itaque Nursinus, in Umbriae Italiae regione natus, tumultum & bellorum perturbatus, in solitudinem abiit in qua per diu versatus, se demum Sublacum seu Sublaqueum contulit, quod est Latinorum præclarum oppidum, lacu eodem & tamen prisco nomine proximum, distans ab urbe circiter millia passuum 40. Hic cum à multitudine ob sanctitatis famam frequenter adiretur, & ei solitudo nihil gratius esset, postremò eius celebritatis vitæ de causa, Casinum, in ea regione per ætèrnum oppidum, venit, ubi & monasterium seu cœnobium condidit, ibique sibi sedem posuit, sparsusque hinc inde per Italiam & solivagos eo tempore monachos in id cœnobium quasi in unum contraxit. Sed cum locus omnibus ad eum confluentibus non sufficeret, duodecim alia cœnobija construxisse dicitur, quorum alumnis eorum quidem viuendi genus præscripsit, simul tamen eos quoque in bonis literis & vera pietate erudiri curauit. Ac ex paruo hoc initio res hæc mox cepit incrementa maxima, ita ut paucis annis per Italiam, Gallias, Hispaniam aliasque provincias plurima huius familiae monasteria extructa fuerint. A Congello etiam Bannocorensi, illustris familiae Britannico, Monachismus Aegyptius in Britanniam introductus, vires & incrementa largissima capit, & ad alias etiam Europæ provincias transmissus fuit. Habuit enim in Bannochorensi cœnobio Philosophorum Christianorum collegium: de quo Bernardus Clarenallensis in vita Malachie Hiberniensis Archiepiscopi refert, quod primorum per Europam monasteriorum caput fuerit, & multa monachorum genuerit millia, inter quos præcipui fuerunt Geringerus Elinus, Brendanus, Columbanus & Gallus. Et Brendanus quidem Hiberniam & Scotiam, Columbanus autem & Gallus Burgundiam & superiorem Germaniam monachorum

SCHOLA  
Βαννοκορέσις.

eborum habitaculis repleuerunt, ut in libro de Monachatu eiusq; Origine & progressu pluribus indicabitur suo tempore.

Hæc verò Monasteria seu Cenobia per Europam non opinione meriti alicuius, aut superstitione quadam, vel etiam ut lustra essent peccatorum hominum, sed bono potius consilio ac sine condita & extructa ab initio fuerunt. Quia enim pars maxima Europæ vel nondum, vel nuper admodum ad Christianam religionem erat conuersa, ideoq; magna verorum verbi Dei Doctorum esset penuria, extructa sunt, ut essent quasi SCHOLÆ, in quibus non pueri modo, sed adulti quoq; in pietate, religione ac bonis literis erudirentur, & inde Ecclesijs profici possent. Ac colligit sanè Curio lib. 2. Chronol. Monasticas sodalitates adhuc Caroli M. tempore nihil aliud quam Ecclesie seminaria fuisse. Consentit cum his quæ modò diximus Heilbrunensis. Bruschius, qui de Ioanne Vuenkio Abbate Heilbrunensi & insignis eius monasterij Scholæ Notæ. fundatore disserens, ait, Sciebat vir optimus, Monasteria non otiosis ventribus, sed literarum, sed pietatis, sed honestæ vitæ studiosis initio condita ac tanta principum liberalitate erecta & donata esse. Et Mutius in Chronico Germ. de Carolo M. ait, Non alio proposito tot fundauit monasteria, nisi ut iuuentus bene in illis instituta utilis esset exemplo & doctrina hominibus, & qui in illis consensescere mundi stultitia & pompa contentæ contemplationi & orationi se tradentes statuerent, docerent morum probitatem, veramq; religionem populū. Confirmat hæc etiam Iuonis historia in Iustiniano, vbi memorat Florum quendam Regum Francicorum procerem primarium, singulari pietate prædicum, Mauro, Equitij Senatoris, Romani filium sed Benedicti Nursini discipulum, aduenientem in Galliam humilissimè excepisse, & in Dei honorem monasterium propè Aureliam extruxisse, in quo & ipsius, & postmodum multorum nobilium liberi pietatis studijs à Mauro alijsque doctoribus imbuti fuerint. De Sturmio ex Norica regione nobilibus orto parentibus, & primo Fuldensi Abbate Bruschius scribit, quod videns Germaniam à literis & pietate alienam, varijsq; & bellis & seditionibus turbatam, indolem verò Germanorum præclaram, si quem nacta esset magistrum eius ducenda formandæque callidum, Scholam aliquot morum & pietatis constituere meditatum esse: ac primò Hersfeldense cænobium inchoasse, mox Fuldensi condidisse, in quo 400. habuerit discipulos, omnium disciplinarum ac professionum momentum occupatos: Carolū etiam Magnum volentem & literis & pietati consultum, ne tot & tanta ingenia non alerentur, plurima huic cænobio bona contulisse. Vincentius libro 23. capite 17. 18. & 19. testatur quoque, quod Columbano in Lexouienſe cænobium, à se in Burgundia extructum, multi passim discipuli discendi causa adducti fuerint. In eodem cænobio Eustasius Columbanus discipulus celebrem etiam Scholam habuit, ex qua plurimi Episcoporum & præsulū Ecclesiarum prodierunt. Beda quoque testatur libro tertio capite tertio historie Ecclesiasticæ, Osualdum Anglorum regem multas possessiones & territoria ad instituenta monasteria contribuisse, in quibus iuuentus erudiretur. Sic Theologiense cænobium sub veteri Schaumburgo, Letharingie Ducum castro, anno Christi 627. hoc anno sine conditum fuit, ut esset Schola & Ecclesia Theologorum, vnde & nomen videtur habere, teste Bruschio de Monasterijs. Et Maildulfus Scoticus philosophus Malmesburienſis cænobium anno Christi 695. condidit, in quo Scholam tam Græcæ quàm Latinæ linguæ aperuit, & artes prælegit, auctore Balæo Cent. 14. cap. 25. quo loco & hæc addit: Habebant, ait, in monasterijs solennioribus priuatas Scholas tunc temporis prælati, futuris commodis tunc prospicientes, cum adhuc non essent in Anglorum gente gymnasia publica, propter sibi contrarias Britannorum & Scotorum opiniones. Refert etiã Hedio lib. 6. cap. 9. hist. Eccles. Doctos viros ex Græcia in Galliam venisse et à Pipino ac Carolo magno in monasteria missos esse, ut Græcâ linguâ docerent monachos: atq; ita Egidius in Gallijs, Apollonius Ratis bonæ in cænobio Hemerani, Vergilius apud Salzbürgenses inclaruisse scribit. Bruschius de Monasterijs German. indicat, Caroli M. coniugem Hildegardin Capidonense monasteriū condidisse, eiq; amplissima munera contulisse, pro sustentatione nobilium ac illustrium Germaniæ virorum, qui pietatis, literarum ac religionis studio se dederent. Idem refert, in Augiâ diuitem Augiæ diuitis.



(Nychenow) nobilissimum Benedictinæ professionis monasterium assumptos primas circa annum 724. tantum principes, comites ac barones, ut hi educarentur illic & erudirentur in prima infantia ad adolescentiæ usq; tempora: tum enim benè institutus ac liberè educatus integrum ac liberum fuisse prodire iterum, & vel uxores ducere, vel aulas principum & militum sequi.

Fuldensis.

In primis autem in Fuldensi Monasterio circa annos Domini 840. eruditio & doctrina floruit sub Rabano Mauro Abbate, qui discipulos plures tam in artibus, quam in sacris literis instituit, quique multis Ecclesijs & monasterijs præfelli fuerunt: eratq; Fuldensium Monachorum celebris fama per uniuersam propè Europam, & apud ipsos quoq; Imperatores reges ac principes magni fiebant propter scientiam sacrarum literarum, qua alijs excellabant. Tribemius in Chronico Hirsaugien. Bruschius etiam de Monachis Fuldensibus Cænobij ait: Monachi & Abbates Fuldenses literis & vitæ integritate conspicui erant, & tandem ad Archiepiscopatum Moguntini etiam gubernationem, ob insignem virtutem ac vitæ honestatem euocati sunt. Idem de Rabano Mauro huius loci Abbate, Vir, inquit, erat in diuinis scripturis eruditissimus, & scientia seculari doctissimus, Bede Anglici olim discipulus, & Gymnasij Parisien. professor, Philosophus, Rhetor & Astronomus, suiq; temporis poetarum nulli secundus, cui nec Italia similem nec Germania æqualem peperit. Quibus rebus argumento sunt tot & tanta volumina ipsius diuini ingenij monumenta. Nam ut eruditionem tanti viri omnes bibliotheca commendant, ita quantum ingenio valuerit, liber de laudibus S. Crucis Imperatori Ludouico Pio dedicatus euidentissime probat: qui quamuis diuersarum immutabili varietate figurarum mirifice sit distinctus, omnium tamen figurarum characteres quocunq; vertas, certam sententiam reddunt. Bibliothecam Fuldensem tanta librorum multitudine locupletauit, ut diuinerari vix queant. Demùm cum se totum diuinis libris scribendis dederet vellet, posthabito regimine in monte D. Petri se contulit, eoq; fratres studiorum suorum æmulos collocauit, ubi biblica scripta omnia discipulis enarrans, Commentarijs ea in hunc usq; diem tantibus illustrauit. Deinde cum multitudine fratrum rumore pie conuersationis creuisset, aliud monasterium in monte Ioanni Baptista sacrare constituit, &c. Idem ibidem, Erant, inquit, Ricardi Abbatis Fulden. etate Monachi, alij in describendis clarissimorum auctorum monumentis, alij scribendis ac dictandis proprijs, alij docendi, alij discendi laboribus occupati, ut caducarum friuolarumq; rerum eos facile caperet obliuio. Erat enim Fulda pulcherrima Academia honestissimarum rerum & disciplinarum, quoniam decens cùm Christianæ pietatis religione collatio, mores effrenes non ferebat. Porro ubi harum rerum frugit studium opus fuit arctiori disciplina, & vitæ genere seuiore, ne videlicet ignauo otio animi ad cælestia generati torpescerent. Idem de Sigeuardo Abbate Fulden. & ad Episcopatum Hildesheimen. vocato, circa annum 1040. Facilis inde, ait, coniectura est, quantos & quales viros Schola Fuldensis enutrierit, ex qua veluti Sapientiæ, eruditionis, ac optimorum morum penu, tot Episcopi, Archiepiscopi, & Cardinales, mundo exhausto quodammodo doctorum virorum ingenijs, prodierunt: ex hoc gymnasio pontifices, Ecclesiarum præsules, hinc summum Imperium Senatores & consiliarios, hinc cæteri principes rerum suarum tutores & curatores petebant.

Tribemius etiam in suo chronico Hirsaugiensis satis clarè docet, Antichristum Romanum mille aut amplius annis non tanta crudelitate ac tyrannide in ipsis monachorum delubris omnia, ut nunc occupasse, ac pro arbitrio statuisse: ac continuo filo illorum nomina recenser, qui Scholis monachorum per multa tempora præserunt, eosq; Scholasticos appellat. Expone etiam, quæ Monachorum circa annos Christi 840. fuerint studia: nempe assidua ac feruens Bibliorum sacrarum lectio, cui etiam aliarum liberalium artium studia adiunxerunt. His temporibus, inquit, nimirum circa annos 840. & diu post, erat hæc consuetudo monachorum Benedictinorum celeberrima, ut schola in singulis penè Cænobijs haberentur, quibus non seculares homines, sed monachi moribus & eruditione præficiantur ornatisimi: qui non solum in diuinis Scripturis docti essent, verum etiam in Mathematica, Astronomia, Arithmetica,

tica,

sica, Geometria, Musica, Rhetorica, Poësi, & in cæteris omnibus secularis literaturæ scientijs eruditissimi haberentur. Ex his multi non solum in Romana lingua docti erant, sed etiam in Hebræica, Græca & Arabica peritissimi, quod ex eorum opusculis facile dignoscitur: quam vitio scriptorum, qui à primæua institutione præceptorum, paulatim degenerare ceperunt, pauca exemplaria nostris temporibus emendata reperiuntur. Quoties autem idoneum ad hanc subeundam prouinciam in suo Cænobio monachorum Abbas minimè haberet, de aliquo alio monasterio petere aptum, non erat verecundum. Maximum enim de decus iudicabat, dociles animos Monachorum negligere, quos ut moribus & literis benè instituire possent, nullis laboribus, nullis parcebant impensis. Sic namq̃ doctissimus ille Monachus Gemblucensis Sigebertus multo tempore in Cænobio S. Vincentij Metensi monachorū præceptor, quam de alio monasterio fuit. Ita Strabus monachus Fuldensis in Hirsfeldia, Norgerus Sancti Galli, in Scabulensi Albinus monachus, Anglicus in Fulda, Milo S. Amandi in Corbeia, atq̃ alij complures in alijs monasterijs docendi ad tempus tenuerunt officium. Idem au-  
 Elor de Diehmaro Abbate 6. monasterij Hirsaugiensis scribens, inquit, Magna multitudo Hirsaugensis. monachorum sub eius regimine in hoc Cænobio claruit, quorum aliqui sanctitate vitæ valde fuerunt insignes, plures autem propter scientiam & doctrinā scripturarum celeberrimi nominis habiti sunt. De diuersis quoque Benedictinorum Ordinis per Germaniam monasterijs, monachi ad scientiam scripturarum hauriendam Hirsaugiam mittebantur: quia talis eo tempore consuetudo in Ordine nostro seruabatur, ut monachi pro pleniori eruditione consequenda, si qui viderentur idonei, ad diuersa monasteria instruendi mitterentur. In omnibus enim nostri Ordinis Cænobijs in Germania & Gallia maximè, monachorum Scholastici ex monachis habebantur, qui in iuniores quosque et ingenio præstantes in primicijs literarū scientijs erudirent: & postea qui habiles inueniri fuissent ad altiora transmitterent. In solis autem famosioribus Cænobijs, quibus & abundantia rerum temporalium erat copiosior, & monachorum numerus maior constituiebantur ad officium docendi alios, monachi omnium doctissimi, & non solum in diuinis, sed etiam in secularibus literis eruditi: ad quos mittebantur monachi altioribus disciplinis instituendi. Quicumque verò inter eos maioris eruditionis famam in ordine acquisuerat, etiam plures ad se missos discipulos ad erudiendum monachos habebat. Inter monasteria autem hunc morem studiorum habentia, hoc tempore præcipua fuerunt, monasterium,

Fuldense,	S. Galli,	Augiense,
Hirsfeldense,	Hirsaugiense,	Prumiense,
Mediolanense,	S. Dionysij Parisiense,	S. Maximi Treuerense,
Remense,	Altisiodorensē,	Turonense,
Scabulense,	Vuissenburgense,	

in quibus omnibus erant monachi & multi & valdè studiosi, è quorum collegio in singulis Cænobijs vnus cæteris in scientia scripturarum excellentior Scholasticus ponebatur. Abbates autem qui monachos habere cupiebant in omni scientia eruditos, ad diuersa monasteria ex suis quosdam mittebant instituendos. Vtinam tale studium hodie in nostris haberetur monasterijs, quàm multa bona fierent, & infinita mala prohiberentur. Sed nō omnibus in eâ amor scientia scripturarum, propterea noster ordo sacratissimus quasi sine honore iacet sepultus. Hactenus Trithemius. Idem fol. 40. Chronici Hirsaug. restatur, Vuide hindū monachum, qui sub Orthone i. circa annum Domini 950. claruit, multis annis in monasterio Scholæ Corbeiensis publicè præfuisse, & complures post se doctissimos discipulos reliquisse, ex quibus multi ad Episcopatus & Abbacias diuersas postea fuerint assumpti: Et tamen Megirradi Scholastici Hirsaugiensis fama celeberrima excitus, eò venit, ut ipsemet fatetur in libello quem de studijs veterum scripsit, tantumq̃ ibi vidit ardorem discendi sacras potissimum literas, imò etiam tot ibi reperit doctissimos viros, ut satius nequiverit admirari: ipsumq̃ Megirradum Scholasticum, præcipuè laudibus celebravit, dicens, eum esse alterum Hieronymum, & nullā veterum eruditione inferiorem. Et ut summarim dicam, literas monachi discebant omnes



DE ORIGINE

propemodum: utq; veteres Bibliotheca declarant, soliti sunt mathematica & naturae cognitionem sacris scripturarum studijs coniungere. Quam discendi rationem, animaduertimus in Benedictinis sodalitijs durasse aliquantulum ultra aetatem Hermannii Contracti monachi & Mariani Scoti, qui eodem tempore circa annos Christi 1060. floruerunt.

Monasteriorū  
multitudo vnde.

Cum igitur Christiani Principes viderent Monasteria ad commoda Ecclesiae & Rerum pub. promouenda valde prodesse, utpote ex quibus tot casta ad maritos virgines, tot iuuenes modestia, & timore Domini, humanitateq; praediti, tot denique eruditione ritaeq; integritate praestantissimi Episcopi & Pastores ecclesiarum prodirent, factum est, ut moti pio ardentiq; zelo, plurima hinc inde caenobia maximis sumptibus extruerent, eaq; redditibus opibusq; immodicis certatim locupletarent. Fuit haec primorum Monasteriorum Germaniae, Galliae, & ipsius Italiae quoque, aliarumq; per Europam nationum verissima Origo & vnica causa; quod ex vetustissimorum monasteriorum collegiorumq; foundationibus, & ijs quae de Scholis monasteriorum hucusq; in medium attulimus, facile deprehenditur.

Schola extra  
monasteria.

Non cessarunt tamen in aera temporis studia literarum multis in locis etiam extra Monasteria in Academijs, quae vel iam antea, vel nunc demum ab Imperatoribus alijsq; magistratibus de nouo instituta fuerant. Refert enim Sabellicus Enne. 8. lib. 2. Athalaricum Romanorum & vniuersam Italiam ad bonarum literarum artiumq; studia adhortatum fuisse, & praceptoribus annua stipendia constituisse.

Parisiensium  
Schola.

Carolus M. quoq; studia publica liberalium artium ac disciplinarum, quae propter diuturna & grauius bella diu in Gallia oppressa iacuerant, resuscitare volens, PARIENSIS Academiae instituisse a. 791. haec occasione dicitur. Ex Scotia in Galliam venerant Claudius, Ioannes, Rabanus, & Alcuinus qui & Albinus, omnes olim Bedae discipuli: qui se nihil aliud praeter bonas literas, artes & sapientiam a patria exportasse profitebantur, eamq; rationalem se habere. Re ad Carolum delata, in iussu eius vocantur, eidemq; profiteentur liberè, gratis etiam se docturos, si modo eis locus & alimenta praebantur. Accepit Rex conditionem, & nobilissimum coroth, in orbe celeberrimum Parisijs Gymnasium aperuit, ibiq; Alcuinum (qui postea Caroli M. amicus & magister fuit) & Claudium (cui nomen Clemens) primarios Doctores constituit, ac primus auctor fuit, ut pura doctrina verbi Dei, artesq; liberales, ad propagandam religionem Christianam ibi traderentur. Hanc Scholam a se sic institutam, tanta prouentuum & possessionum amplitudine ipsum locupletasse etiam, quantum vix omnes Gallicae & Germaniae, quae inde postea natae sunt, Academiae possent aequare, Curio lib. 2. Chronic. testatur. Eandem, nostra aetate omni genere disciplinarum, doctissimisque viris sic exornauit Franciscus Valensius, ut tanquam opulentissimum totius orbis emporium, breui florentissimam reddiderit, longeq; adhuc celebriorem facturus fuisset, nisi & bellis serè continuis, & morte praeventus fuisset.

Papiensis Scho-  
la.

Nec diu post eadem Carolus PAPIENSEM Academiam, misso illuc Ioanne Mailrosio, Claudij & Alcuini socio, quoq; fundauit, primumq; ut nonnulli videntur, ei Rectorem dedit: Polyd. lib. 4. de Anglis. Hanc Galeatius 2. Vicecomes, Caroli 4. Imp. auctoritate, restituit, teste P. Iouio in vita Galeatij.

Patauina Scho-  
la.

PATAVIVM quoque licet iam antea splendore artium celebre fuerit, tamen Academiam ibi instituisse idem Imperator creditur circa annos Domini 791. Et si Leander omnium disciplinarum Scholam Patauij esse scribat in Friderico 2. Imp. in Bononiensium contumeliam institutam.

Osnaburgen.  
& Reginobur.  
Schola.

OSNABVRGI & REGINOVRGI etiam in Saxonia Scholas aperuit Carolus, ibiq; Graecam & Latinam linguam doceri praecipit, Cranzio auctore lib. 1. cap. 2. Metrop. Auentino lib. 3. & Polyd. lib. 4. Et in Cabillonensi Synodo mandauit, ut Scholas Episcopi constituerent, in quibus literaria solertia discipline & sacrae scripturae documenta discantur: & tales ibi erudiantur, quibus merito dici possit, Vos estis sal terra. Immortali ergo gloria dignissimus est hic Imperator ob tantum lumen sapientiae literariae in terris accensum.

Mirifice autem Carolum M. erga Scholas affectum, & artes liberales studiosissime coluisse

luisse non tantum ex his apparet, sed etiam Auentinus lib. 4. Annalium his verbis refert. Cum aliquando in Galliam reuersus fuisset, pueros quos Clementi Scoto in Parisensi Academia erudiendos commiserat, epistolis, versibus, carminibus, orationibus, panegyricis scriptis, ut periculum de eorum ingenijs atque indole faceret, sibi exhiberi iussit. Vbi tenuioris fortuna iuuenes præter spem multum profecisse, nobiles vero gaudijs corporis deditos, cultum animi neglexisse deprehendisset, illis ad dexteram segregatis: Vos quidem nati virtute, inquit, estote filiiolii piencissimi, qui nostro imperio gnauiter defuncti estis, vestra erunt sacerdotia locupletissima, & pontificatus maximi. Ego vos in aulam asciscam: ex vobis Senatores cooptabo: vos in album prætorum & patrum curiam allegam. Deinde ad nobilium liberos, quos à læua collocarat, vultu haud iram dissimulans, ait, At vos comatuli, & delicatuli, frece opibus, & splendor & parentum, nostram maiestatem consprouistis, vitia, otia, luxum & inerciam bonis literis virtutibusq̄, contempto decreto nostro, prætulistis, iubeo, & Deum immortalē testor, nihil penitus commodi, honoris, ne obulum quidem ab Imperatore vestro, cuius iussa aspernati estis, expectate: faxim ut omnibus mortalibus ludibrio viuatis: & in vos exempla edam, nisi resipueritis, & negligentiam diligentia expiaueritis, Auentino auctore lib. 4. Annalium.

In Anglia quoq̄, Caroli Imp. pietatem & studium erga bonas literas imitatus Alphredus siue Aluredus Rex anno Domini 873. vel ut alijs placet 895. OXONIENSEM Academiam primò fundauit, que in Clementina i. Extra de magistris, inter præcipuas orbis Christiani Academies refertur.

Hæc verò omnia quæcunque salubriter sic instituta erant à priscis Collegiorum ac Monasteriorum præsidibus, & longo tempore persanctè custodita, ignorantia, supersticio & hypocrisis monachorum fœdissimè peruerit, corruptit & adulcerant post millesimum à nato in carne Christo annum. Nam ex ædibus studiosorum publicis ac liberis fecerunt carceres, in quibus iuuentus & boni viri miserè excarnificantur rebus stultis & impijs. Non enim contenti Christi præceptis, supersticiosas quasdam & ab hominibus excogitatas, verbo etià Dei contrarias Regulas contexerunt, & ad earum normam iuuentutem viuere cogerunt. Iuuentus est mirè prodigiosa & hypocriticus vestium habitus, ciborū delectus & ieiunia plus quam supersticiosa. Bone horæ non amplius studio sacrarum literarum liberaliumq̄ artium sunt tributa: sed lectionibus tantummodo, imò cantui & vlularui cuidam: quo factum est, ut paucissimi quid legerint aut cecinerint, non intellexerint, nullusq̄ adeò hinc ad ecclesiam insani tumultus & clamoris visus seu vtilitas peruenerit. Quæ quidem stupiditas paulatim ita imbutit in Monachorum lustris, ut pro uerbo locum dederit, Monacho indoctior, quod in homines illiteratos, indoctos, stupidos ac veluti communi sensu destitutos vulgo dicitur.

Sed & eruditio, atq̄ liberalium artium & disciplinarum studia in Scholis quoq̄, publicis nonnihil eodem tempore frigere & collabi cæperunt.

Cum ergo studia bonarum artium passim collapsa, & verbi Dei doctrina, adeoq̄, vera religio & pietas profligata esset, monachiq̄, pro literis vel Mauortia arma tractarent, vel ceremonijs humanis alijsq̄, rebus friuolis occuparentur, pij principes & magistratus huic pestilentiſſimo Ecclesie & Reipub. Christianæ morbo mederi cupientes, per vniuersum orbem certarum Academies & Scholas non tantum veteres restaurarunt, sed plurimas quoq̄, de nouo instituerunt, easq̄, magna & incredibili propè liberalitate fouerunt: ut videas principes seculares maiori studio propagande religionis flagrasse, quam eos quibus ea cura à Deo potissimum demandata erat. Hæc enim occasione hæc subsequentes Academia fundata ac instituta dicitur.

MONTISPESVLANA olim ob Iurisprudentiam, hodie verò ob Medicinam studia celeberrima, anno Christi 1196. exorta à quibusdam dicitur: quæ progressu temporis Gallie Regum munificencia mirificè promotæ fuit.

Fridericus 2. Imperator anno Domini 1237. VIENNENSEM Academiam instituit: quæ post aliquot annos ab Austria Principibus Bursis, ut vocant, & Collegijs egregiè exornata fuit. Gassar. in Epit. Chron.

Oxonienſis  
Scholæ.

Scholæ in  
vniuersitate  
nasterijs curæ

Studia in Aca-  
demijs perie-  
runt.  
Scholæ instaurate.



DE ORIGINE

NEAPOLITANA Schola iam olim quidem ob literarum studia celeberrima, sed prorsus collapsa, ab eodem Imperatore Augusto non solum instituta & fundata, sed & amplissimis privilegijs ornata est, ut Colleenutius refert. Ad eam ex toto regno studiorum maximus concursus factus est. Decreuerat enim Fridericus Imp. ne quis extra illud regnum studiorum causa proficere tur: neque in trivialis regni Scholis maiores disciplinae traderentur, ut hoc pacto hanc Academiam celeberrimam redderet. Post centum vero annos quam Fridericus eam instituerat, Robertus Rex illam instauravit, & post centum serè alios annos Alphonsus Arragonius, nonnihil collapsam restituit.

PERVINA Academia circa annos Christi 1290. instituta dicitur, iisdemq; privilegijs ornata, quae in L. vnica, C. de professoribus, Constantinopolitanae Academiae tribuuntur. Iuris prudentia in ea floret.

AVRELIANENSIS à Gallorum Rege Philippo cognomento Pulchro, anno Christi 1312. fundata est: Iuris prudentia studio olim florentissima. Emil. lib. 8.

FERRARIENSIS ab Alberto Ferrariae Duce instituta est anno Domini 1316. confirmata vero à Bonifacio 8. Papa: eam illustrissimi Principes Ferrarien. ita exornarunt progressu temporis pro sua egregia erga bonas literas voluntate, ut vel inter præcipuas Italiae Academijs numerata sit.

PISANA Academia anno Salutis reparata 1339. fundata est: sed cum deserta iacuisset annos propè 150. Laurentius Medicus Petri F. eam restauravit egregieq; promovit, & doctos viros præmijs amplissimis excitavit, qui in hac Schola Iuris prudentia, philosophiam, & cæteras liberales artes docerent. Brutus lib. 8. hist. Florent.

HEIDELBERGENSIS à Ruperto 2. Comite Palatino anno Christi 1346. erecta est, in qua multi doctissimi viri in omni scientiarum genere iam inde ab initio in hunc usque diem docuerunt.

ANDEGAVENSEM Ludovicus 2. Andegavensium Dux instituit, eodem serè tempore quo Heidelbergensis à Ruperto Palatino erecta est.

PRAGENSEM in Boemia Carolus 4. Imp. anno Domini 1360. instituit, ut Cromerus testatur lib. 12. Rerum Polonicarum. Hanc penè collapsam restaurarunt Ferdinandus 1. & Maximilianus 2. Imperatores. Fuit hæc prima quae sese Antichristi tyrannidi & erroribus opponere ausa sit.

CRACOVIANENSEM Academiam in Polonia anno Salutis reparatam 1361. inchoavit Casimirus Rex: sed demùm anno 1400. instaurata est, cum hæcenus obscura fuisset: à quo tempore S. S. Theologia, artes Mathematicæ, & humaniores literæ in primis in ea floruerunt. Cromerus lib. 12.

COLONIAE Agrippinae etsi ab antiquo studio liberalium artium floruerint, tamen ibi anno Christi 1388. Urbanus 6. Papa publicam omnium doctrinarum Academiam permisit institui, eademq; ei, quae Lutetia Parisiorum habebat, libenter concessit privilegia. Florent in ea quatuor primariae facultates, Theologia nimirum, & trinum Ius, Medicina, & Philosophia, quæ etiam Mathematicam, Poësin & linguas complectitur.

ERDFORDIENSIS in Thuringia anno Domini 1391. fundata creditur, quam deinde Bonifacius 9. & Pius 2. Pontifices Max. multis privilegijs honorarunt.

SALMANTINA in regno Castella celeberrima Schola anno reparata salutis 1404. instituta dicitur, varijsq; Pontificum Rom. & Regum privilegijs honorata.

LIPSENSIS in Misnia anno Domini 1408. ex Pragensi Academia nata, à Pio 2. autem & Alexandro 5. Pont. Rom. magnis privilegijs decorata, & à Georgio Duce Saxoniae nonnihil collapsa restituta est.

INGELSTADIENSIS anno Christi 1410. ex Viennensi initium sumpsit: cui Ludovicus Bavariae Dux à Pio 2. Pontifice Max. privilegia multa impetravit: eamq; Ernestus itidem Bavariae Regulus mirifice fovit, exceluit & ditavit.

ROSTOCHIANAE

ROSTOCHIANÆ Megapolitani Duces anno Domini 1415. à Ioanne 23. egregia priuilegia impetrarunt: sed demùm anno 1419. florere ceperunt tanta diligentia, vt mox celeberrima euaserit.

CADOMENSIS in Normandia anno salutis 1418. à Ioanne 5. Anglorum Rege instituta est.

LOVANIENSIS Scholæ Ioannes Dux Brabantie à Martino 5. papa studij generalis impetrauit priuilegia: ibiq; anno Domini 1416. omnis generis artes & discipline doceri ceperunt tanta diligentia, vt mox celeberrima euaserit. Sunt in ea quatuor Collegia disciplinarum omnium referta doctoribus, Liliū scilicet, Falconium, Castrense, & Portium, in quibus veteri instituto, honestis atq; ingenuis, quos egestas presserit, in aliquot annos ad capiendum ingenij cultum, alimenta publicè præbentur.

FLORENTINA à Cosmo Mediceo Magno studiorum patrono & instauratore circa annos 1438. pristino nitore restituta fuit.

GRISVVALDENSIS in Pomerania ab Vratislao 9. Duce inchoata anno salutis 1456. & nonnihil collapsa à Philippo Pomerano restaurata est anno 1547. Munster in Chron.

FRIEBVRGENSIS in Brugia ab Alberto Austriae Duce circa annos Christi 1460. vel vt alij volunt anno 1450. fundata est.

BASILIENSIS Academia anno Domini 1460. à Pio 2. pontifice instituta, & iisdem priuilegijs, quibus reliquæ per Germaniam gaudent vniuersitates, exornata fuit, cui tantum splendoris accessit anno 1489. & 1490. vt multis tum demùm instituta videatur.

TVBBINGENSIS Academia anno Christi 1477. incepta quidem, verum anno 1522. ab Eberhardo primo Wuirttembergensi Duce sic excolta est, vt ab eo etiam quasi de nouo instituta videri possit.

MOGVTINAM Dietherus Ifenburgius eius loci Archiepiscopus circa annos Domini 1482. instituit: cumq; in hunc finem extructa fuerit, vt omne genus literarum in ea florere, Theologia tamen præcipuè in ea semper tradita fuit.

Sunt deniq; plures aliæ passim in orbe Christiano institutæ iisdem temporibus Academiae seu Scholæ celeberrimæ, quo anno autem, & à quibus id factum sit, cerò inuenire non potui. Harum in numero sunt Mediolanensis; Salernitana; Senensis; Veneta; Bergomensis; Taurinensis; Mantuana; Placentina; Anconitana; Maceratensis; Parmensis; Syracusana; Messana; Panormitana; Catinensis in Italia. Auinionensis; Biturigenensis; Burdegalensis; Lugdunensis; Pictauiensis; Tolofana; Caturcensis in Gallia. Casaraugustana in Arragonia. Compostellana in Gallicia. Granatensis in regno Bætico. Hispanensis; Toletana; Valcatina. Et plurimæ Scholæ triviales hinc inde institutæ simul reperiuntur, vbi vel prima artium atq; linguarum rudimenta cum pietate & bonis moribus addisceret iuuentus, & maiorum disciplinarum, quæ in Academijs traduntur, idonei auditores præpararentur.

### De origine & progressu Scholasticæ Theologiæ.

**F**Loruerunt in Scholis mediocriter humaniores literæ ac disciplinæ: vt cumq; etiam Iurisprudentia cum Medicina in ijs tradebatur. Veræ autem Theologiæ, eius nimirum, quæ ex limpidissimis fontibus verbi Dei & orthodoxis patribus primitiua Ecclesiæ peteretur, studium sensim in ijs frigere, aboleri, & demùm profus euanescere cepit: abiecta enim verbi Dei & veterum patrum pura doctrina de Christi officijs, de peccato originis, de Euangelio, de Lege, de Gratia, de iustificacione gratuita per fidem in Christum, de verò vsu Sacramentorum, deq; alijs fidei articulis, noua excogitarunt dogmata de Meritis operum, de inuocatione Sanctorum, de vi operis operati, de primatu Papæ, de purgatorio, deq; similibus: vtq; irriterent facilius animos simplicium, placita tantum Romanorū pontificum & Aristotelis scripta, præsertim verò Metaphysicorum libros in Scholis Theologiæ candidatis proposuerunt, & explicarunt, augustissimisq; sacrarum literarum arcans non dico compararunt, sed longè



prætulere: ipsosq; ad eò pontifices Romanos cum suo Aristotele veluti Prophetas aut Apostolos coluerunt: nec eximij, angelici aut etiam Seraphici theologi gloriam merebatur, nisi qui pontificum Max. decreta, Aristotelem, aut etiam aliorum hominum placita & scripta plenè, quod dicitur, buccis, in theologorum Scholis sonare & crepare possent.

Prima Theologia scholastica

1020. hac occasione, vt diligenter annotat Lambertus Danicus in suis ad librum 1. Sententiarum Lombardi Commentarij Prolegomenis. Verbi Dei & D. Augustini sententia ac doctrina cum in alijs articulis, tum verò de Sacramento Cœnæ Domini inter Christianos quosque doctissimos hucusque obtinuerat. Circa hæc verò tempora mysterium illud iniquitatis operari, & horrendum illum de Transsubstantiatione errorem, fontem aliorum infinitorum parturire cepit. Ei verò se constantissimè opposuit Berengarius Andegauensium Archiepiscopus, vir eo tempore eruditissimus, & verbi Dei sanctorumq; Patrum ea de re sententiam summa ope defendit. Hunc autem acerrimè impugnavit Lanfrancus Italus, & Papiensis Scholæ Doctor, ac facile, quoniam fatale illud tempus aderat quo cuncta in Ecclesiâ in peius ruere debebant, sua sanctorumq; auctoritate effecit, vt non solum prior illa sententia prætermitteretur negligenterque, sed & Berengarius suam renouare & Palinoxiam immani Nicolai papæ tyrannide canere in Concilio Vercellensi cogercitur. Quod ut a hominum animos perculit, vt inde omnes, verbo Dei spreto & orthodoxorum Patrum scriptis neglectis, aut eatenus probatis, quatenus opinionibus iam vulgò receptis suffragarentur, in eam doctrinam iurarent quæ pontificum Rom. decreta & ritus in Ecclesiâ receptos, defendebat. Ex hoc fonte innumerabiles dissertationes mox orta, intricatae quæstiones motæ, & tandem de his ipsis rebus extra & contra verbum Dei regule, veluti Dei ipsius oracula tradita, libri scripti, & contentiones susceptæ sunt. Ne verò hoc cœnuperæ seu noua viderentur, verbum Dei veterumq; patrum scripta quoque ad ea quacunq; ratione accommodata fuerunt. Hoc modo nata, conficta & constituta est Scholastica Theologia, & sola pro vera habita fuit. Contigerunt hæc ab anno Domini 1020. ad annos vsque 1126. quo tempore Inerius summa auctoritatis vir author fuerat Lothario Imp. vt præciperet ius Romanum, quod vulgò Ius Ciuile vocant, & quo ante aduentum Longobardorum Italia semper vsa fuerat, præferri rursus, & ex eo causas dijudicari, curaret item Roma & Bononiæ sicut Constantinopoli idem publicè prælegi. Feruere igitur cepit recens excitatum studium Iuris Ciuilis, certatim in id incumbentibus Italicis & Germanicis ingenijs. Hoc pacto factum est, vt Theologiae studium, vt cum erat, à plerisque negligenter, nec serè alij quam pauci monachi ei in hererent: deinde quia leges Romanæ Imperatoriam maiestatem muniebant atque armabant, videbatur ea res ingentem cladem, ac tantum non ruinam non solum Theologiae isti, sed etiam recenti necdum factæ Romanorum pontificum tyrannidi mimitari.

Gratiani Decretum.

Gratianus igitur monachus his afflictis suæ partis rebus opem laturus, ex aduerso legum pontificiarum volumen congeffit, circa annos Christi 1150. quod Decretorij opus nominatur, & hodie pro prima parte Iuris Canonici habetur. In eo hierarchiam & tyrannidem Rom. Pontificis propugnandam susceperat ex Canonum decretis, non minori contentione quam ceteri imperatoriam potestatem ex sacris literis & iure Rom. uebantur. In hunc finem excerpti sunt Canones in hoc volumine ex quatuor potissimum scriptorum generibus: atq; alij quidem ex Concilijs & Synodis: alij verò ex responsis siue epistolis decretalibus pontificum: alij deinde ex Commentarijs & opusculis Patrum, vt Augustini, Hieronymi, Ambrosij & similium: alij deniq; ex historijs ecclesiasticis: assergit alicubi nonnulla, sed parcius, ex legibus Imperatorijs, sed ea fide, vt magno cum iudicio hæc omnia legenda sint, multa siquidem falsa, commentitijs & notha recitat, tum vera impudenter, malitiose, fallaciter & impiè corripit: septenarius eiò iupiter errat in authorij & librorum inscriptionibus, Hieronymo ascribit quod tribuendum erat Augustino, aut simili: ex vno aliquo Concilio profert Cononem, qui tamen alterius est: titulum

titulum facit de epistola decretali alicuius pontificis, in cuius tamen rescriptis aut mandatis nihil tale legitur: qua de re, totoq; adeo hoc Gratiani Decretorum volumine vide Hyperium de Studio Theologico lib. 4. cap. 5. Et tamen tanto applausu acceptum approbatumq; fuit à Romanis pontificibus, ut mox Eugenius 3. secundam Gratiani Decretorum Canones in Consistorijs iudicare præceperit: unde etiam liber hic nouis Iurisconsultorum Italicorum Summis tanquam locupletissimus thesaurus illustratus, & omnibus alijs scriptoribus prælatatus est.

Sequitur mox esse Gratianum Petrus Lombardus Episcopus Parisiensis, itemq; Comes Petri Lombardi Sententiarum libri. stor: quorum hic quidem vtriusq; Testamenti historiam consarcinauit Ecclesiasticam, eamq; glossus eius ætatis, cum falsissimis, cum insulsissimis referciuit, quæ tamen ita cum vbiq; obtinuit, ut ipsi Scripturæ sacræ penè præferretur: ille verò Gratiani exemplum imitari voluit, licet in dissimili planè argumento. Nam in Theologia versari ipse maluit, quam in forensibus litigijs, quæstionibus. Itaq; Scholasticæ Theologiæ, qualis tunc erat, fundamenta in quatuor libros, qui Sententiarum dicuntur congestit. Hi quatuor libri, nõ ex vna verbi Dei scaturigine, sed patrum duntaxat lacunis, fuerunt postea totius Scholasticæ doctrinæ basis & fundamentum: Vnde ipse etiam Magister Sententiarum vulgò in Scholis appellari cepit.

Circa annos etiam 1190. Cyrillus quidam monachus Carmelita, reiecto Euangelio Christi æterni Filij Dei, quasi ad tempus dato instar Mosæica legis, nouum fabricauit ex veteribus Cyrilli Euangelium nouum. Originis erroribus, quod æternum Euangelium vocarunt, idq; comparatum ad Euangelium Christi, tanto plus perfectionis ac dignitatis habere, quantum Sol ad Lunam comparatus & ad nucleum testa, blasphemè dixerunt. Hoc Euangelium verò tanto opere ipsis probabatur, quòd dogmata Scholasticorum confirmaret, ceremonias & ritus supersticiosos Romanæ ecclesiæ, nec non & monachorum Ordines, regulas, studia instituta, & quicquid eius fuit generis approbaret. Cuius tamen cõmenti tandem ipsomet etiam Satanã ita puduit, ut Pontifex Rom. istud Vulcano tradendum præceperit. Hac ætate Hugo de sancto Victore habitus tum doctissimus circa annos Domini 1120. primum librum edidit, quem Summam sententiarum inscripsit. Hinc Summæ, & Summarum Theologicarum, & Summistæ theologi originem habent. Post paulò Guilielmus Abbas sancti Theodorici primus scripsit Sententiarum fidei librum vnum circa annos Domini 1140. Hinc Sententiæ, & Sententiarum libri, & Sententiarum theologi exorti sunt, inter quos Petrus Lombardus facillè principatum tenet. Et hæc quidem fuerunt initia primæ Scholasticæ Theologiæ, ab anno Domini 1020. vsq; ad annum 1220. quo temporis spacio, philosophiæ secularis sacram theologiæ sua curio sitate fœdare cepit, ut Trithemius ait.

Sequitur iam Media Scholastica priore illa longè deterior, quæ durauit ab anno Christi 1220. ad annum vsq; 1330. & habuit Albertum M. veluti parentem & auctorem. Is philosophiam humanam, in primisq; Aristotelicam in ipsa adyta Scholarum Theologicarum & penetralia Ecclesiarum introuisit, & in supremo ibi controuersarum quæstionum dijudicandarum ac decidendarum gradu & throno, ceu Reginam quandam collocauit. Superior Scholastica patrum quidem, sed Ecclesiasticorum duntaxat scripta ac dicta verbo Dei exæquauit: hæc verò ulterius progressa Aristotelis etiam scripta verbo diuino in omnibus comparauit: ut quæ vestigia exigua illius erga verbum Dei reuerentia in Theologorum Scholis restarent adhuc, ab hac penitus deleta & conculcata fuerint. Cum enim errores & abusus vel recepti consuetudine, vel à pontificibus approbati tueri defendiq; non possent, si ad verbi Dei lydium lapidem examinarentur: alia fuerunt querenda præsidia, & buranis somnijs straminea substrata sunt fundamenta. In hac igitur non prophetarum, non Christi, non Apostolorum, non denique Augustini, Hieronymi, Ambrosij & similibus, sed Aristotelis tantum mentio fit, eius nomen primo semper loco ponitur, eiusq; scripta pro apodicticis, verbum autem Dei pro opinione probabili habetur, seu ex Occami Centilogio apparet. Hinc euenit ut qui illis temporibus pro insigni theologo seu Doctore haberi cuperet, non in sacras literas, sed Aristotelis libros Commentaria scriberet. Fecit hoc primus Albertus Magnus, & eum deinde sequutus Thomas Aquinas, alijsq; non pauci: quo tempore simul farragines de vnitæte formæ & intel-



lectus, de vniuersalibus, de Entitate de<sup>q</sup>, Ideis sunt consuetæ. Quæstiones quoq; partim absur-  
da, partim verò impie ac blasphemæ sunt motæ ac propositæ. Et hæc quidē istorum temporū  
fuit Theologia, in qua excolenda mirè sudarunt ingenia hominum. Vtq; totius Gallie Aca-  
demia celeberrima & florentissima hoc malum maturè intra sua viscera reciperet etiam, hæc  
ætatē, hoc est, anno Domini 1253, Robertus Comes Druydum frater Ludouici regis, Lueticæ  
SORBONAM instituit atq; fundauit: Titius in Chron. Francorum.

Canonistæ.

Decretales  
Gregorij.

Interea verò temporis non cessarunt Canonistæ etiam, sed in euehenda pontificum Rom.  
authoritate strenuè laborarunt, ad imitationem Gratiani. Reimundus enim Barchinonensis  
quidam Monachus Hispanus circa annos 1230, iussu Gregorij 9. DECRETALES edidit: in  
quibus ne verbulum quidem extat de institutis veteris Ecclesiæ, nihil in ijs habetur ex sacra  
scriptura, nihil ex antiquis historijs, nihil ex sanctorum patrum libris, sed noua sunt planè o-  
mnia, nec theologis & Ecclesiarum ministris, sed leguleis & causidicis ad propugnandam  
pontificum Rom. immanem tyrannidem accommodata. Hos etiam Decretales in Scholis  
publicè prælegi & explicari præcepit idem Gregorius. Vidit enim homo vaserrimus, Impe-  
ratoribus Rom. tam insensis animis renitentibus, pontificatum suum agrè confirmatum iri,  
nisi legibus latis, ac his quoq; cum authoritate promulgatis, ac in scholas ac iudicia introdu-  
ctis. Vnde in Præfatione, Volentes, inquit, vt hæc tantum compilatione vniuersi vtantur, in  
iudicijs & Scholis, districtiusq; prohibemus, ne quis præsumat aliam facere absq; authoritate  
sedis Apostolica. Legat, qui vult, quid de his Decretalibus iudicet Marsilius Patavinus in  
Defensore pacis, Distione 2. cap. 24. & 25. & Hyperius de studio Theologico lib. 4. cap. 6.  
Illustrauit hos libros Decretalium Accursus glossulus.

extus Decre-  
taliū.

Hinc Bonifacius 8. anno 1295. in Concilio Lugdunensi SEXTVM DECRETALIVM  
confirmauit, suo iussu à tribus doctis viris, vt Platina habet, compilatum, eundemq; manda-  
uit quoq; passim in Scholis prælegi & explicari: est autem eiusdem cum superiore monetæ.

Clementine.

Clemens 5. superaddidit anno 1308. in Concilio Viennensi librum Clementinarum à se  
compositum, qui quartam partem iuris pontificij efficit, ac in scholis similiter prælegendum  
exhibuit, vt Trichemius in Chron. Hirsaugien. refert. Auentinus tamen lib. 7. Annal. &  
Nauclerus indicant, Clementem hunc librum, quod multa, quæ simplicitati Christianæ, & li-  
bertati religionis imponerent, in eo continerentur, publicare super sedisse, atq; animam agen-  
tem comburi mandasse. Sequutus enim Gregorium 9. & Bonifacium 8. multas in eo ruit obli-  
garchicas leges contra Imperatorem Rom. aliosq; magistratus. Ioannes 22. autem eum appro-  
bavit & publicauit.

Extravagantes.

His omnibus postremo loco quasi appendix annexæ est cum à diuersis pontificibus, tum  
verò maxime à Ioanne 22. anno 1320. series quædam constitutionum quas EXTRA VA-  
GANTES vocant. Hac ratione ex canonum exigua scaturigine à Gratiano collectorum,  
in vastum quendam Oceanum videtur Ius Canonicum accessione temporis inundasse. In eo,  
quo progredimur longius, eò offendimus canones à pietate & sincera religione longius de-  
generantes.

Scholastica  
Theologia vlti-  
ma.

Sed tempus postulare videtur, vt ad vltimum Scholasticæ Theologiæ genus accedamus.  
Durauit id ab anno Christi Seruatoris 1230. ad annum 1515. fuitq; longè deterrimum impu-  
dentissimumq; modestia enim quæ in prioribus duobus generibus remanserat, ista ætatē peni-  
tus sublata est. Quæ enim etiam in Media Scholastica adhuc in quadam deliberatione &  
quæstione posita fuerant, vtrum scilicet papa Rom. sit simplex homo, an quasi Deus: An par-  
ticipet veranq; naturam (pro scelus) cum Christo, de eius potestate supra Concilium: de vir-  
ginis Mariæ immunitate à peccato & similibus quæ horret animus referre, de his certæ quæ-  
dam definire seu determinare ceperunt, suasq; definitiones pro articulis fidei haberi volue-  
runt: deniq; nihil tam fuit superioribus visum seculis impium, blasphemum, ineptum & erro-  
neum, quod hæc ætas suis subtilitatibus, argutijs, distinctionibus, sophismatis, exceptionibus  
& oppositionibus non ausa sit palàm propugnare ac defendere.

Edidit

Edidit in hac Scholastica Gualterus Piffenienſis Epifcopus primus QVODLIBETORVM librum, magna omnium admiratione, circa annos Chriſti 1340. Hinc Quodlibeta & Quodlibetarie quaſtiones natae ſunt. Eodem tempore Alexander de Ales quoq; primus in quatuor libros Sententiarum cōmentari cepit, quem imitati ſunt mox quā plurimi. Ex eadem hac Schola prodierunt etiam qui Determinationes, Quaſtiones ſuper quaſtiones, Partes, Specula, Legendas, Marialia, Læuotionalia, Miraculorum & exemplorum promptuaria, Fidei fortalitia, Fodinas celi, Bigas ſalutis & ſexcenta huius generis alia ab Innocentij 4. temporibus ſcripſerunt. Ecce igitur ut obſcurata ſuerit aurea primitiuæ Eccleſiæ facies, & quam horribiles ac pernicioſe tenebræ, cœles nubes quadam atræ totum cœlũ occupantes, proſtigato verbo Dei, cuius q̄ lumine extincto & tantum non ſepulto, in Scholis & Eccleſia exorta ſint, totumq; mundum annis ſerè quingentis in nocentiſſimis erroribus detinuerint.

Durarunt enim hæ plus quā Cimmeriæ tenebræ ab anno Chriſti 1020. vsq; ad annũ 1517. quo tempore MARTINVS LVTHERVS, & HVLDRYCHVS ZVINCLIVS, denſiſſimas hæc nebulas & obſcuriſſimas tenebras verbo Dei diſcuſſerunt. Sub hoc igitur relucens Euangelij initium Chriſtiani principes veræ religioni & Reipub. Chriſtiane conſultum volentes, bonarum literarum ſtudia, in primis q; puram & ſynceram Theologiam ex his tenebris vindicarunt, & vel Scholas veteres reformarunt, vel alias de nouo aperuerunt.

Scholæſtice  
theologie tene  
bræ diſcuſſe &  
ſcholæ reformate.

Inter illas longè celeberrima eſt VVITENBERGENSIS in Saxonia Academia: quam Elector Fridericus 1. anno Domini 1502. ex Lipſenſi & Tubingenſi erexit, & alter Fridericus omnigenarum artium, præcipuè verò trium linguarũ profeſſoribus, ſic adornauit, ut optime conſtituti gymnaſij exemplar hinc petere poſſus, Petro Moſellano teſte.

FRANCOFORDIENSIS ad Viadrã ab illuſtriſſimo Principe Ioachimo Brandenburgenſi. Electore ex Lipſenſi anno Domini 1506. fundata, & à Maximiliano 1. Imperatore varijs priuilegijs ornata fuit.

MARPVRGENSIS à Philippo illuſtriſſimo Cattorum principe, & propagaſta Euangelicæ veritatis ſtudioſiſſimo, anno Domini 1526. crecta, & viris doctiſſimis exornata eſt: in qua & ego ante aliquot annos humaniter tractatus, & liberaliter inſtitutus ſum.

HAFNIENSIS in Dania, primò quidem per Fridericum 3. circa annos Chriſti 1529. plantata, deinde verò à Chriſtiano electo rege inſtaurata fuit.

REGIOMONTANAM Albertus Marchio Brandenburgenſis, Magnus Teutonicorum militum Magiſter, anno Domini 1544. inſtituit.

ARGENTORATI quoq; anno 1538. Collegium eſt inſtitutum, ſeu Schola iuuentutis, Iacobo Sturmio poſitiſſimũ authore, Senatore in ea vrbe primario. Hæc breui tempore ſic effloruit doctorum virorũ industria ac diligentia, ut non ſolum ex vniuerſa Germania, ſed & ex remotiſſimis nationibus eo confluere. Inſtituendæ verò iuuentutis, & tanquam in Claſſe diſtribuendæ rationem, ac vniuerſam docendi viam Ioannes Sturmus vir eruditiſſimus & Senatui primus oſtendit, & poſt edito libro copioſius explicauit. Anno demum Saluſ 1568. Academiæ ius Maximilianus 2. Imp. Argentinenſibus conceſſit, & Rector perpetuus Academiæ creatus Ioannes Sturmus.

ALTORFII etiã Senatus ampliſſimus Noribergenſis circa annos Chriſti 1580. celebrem Academiam erexit. Idem fecit quoq; LEYDENSIS in Hollandia Senatus paulò antè hæc tempora, & vndiquaq; doctiſſimos viros ad exornandam ſuam Academiam accerſiuit.

Nec minore ſtudio & feruore propagaſta veram religionem Chriſtianiſſimi principes accenſi multas Particulares, ut vocant, Scholas paſſim inſtituerunt, quarum aliquot & doctorum virorum copia, & omnium diſciplinarum ſtudijs non multum Academijs cedunt. Huius generis Scholas plurimas Illuſtriſſimus & verè Chriſtianus Princeps Fridericus 3. Elector Palatinus, purioris religionis propugnator acerrimus, per totum Palatinatũ plantauit: quas hodie Illuſtriſſimus fortiſſimusq; Princeps Ioannes Caſimirus Friderici F. non tantum liberaliſſimè tutorio nomine fouet, ſed & ex Parnaſſo Heidelbergico Muſas doctiſſimas Neouſtadium ſuæ ditionis oppidum traduxit, ibiq; pro ſua liberalitate ludum literarium aperuit.



Mauritius etiam Saxonie Dux anno 1544. tres literarum ludos instituit, MISENAB, MERSPVRI & PORTAE, singulisq; locis certum attribuit numerum adolescentum. His omnibus victus praebeatur atq; vestitus, magistris etiam annuis stipendia soluntur ex eorum Collegiorum proventibus, in quibus aliquando monachi, inutile terra pondus, & tantum fruges consumere nati, vixerant: studiosis conceduntur sex anni, ut ibi erudiantur.

His Scholis Particularibus cum primis annumeranda sunt GENEVENSIS, quae omnium facultatum liberaliumq; artium studio multas Academias penè superare videtur: Deinde TIGVRINA, iam inde ab anno Domini 1520. cum ob artium, tum verò maxime ob Theologiae studia celeberrima: in ea enim docuerunt Zuinglius, Pellicanus, Bibliander, Bullingerus, Petrus Martyr Vermilius Florentinus, Conradus Gesnerus, Ioannes Vuolphius, Iosias Simlerus, Ludouicus Lauaterus, & Rodolphus Gualtherus, quorum incomparabilem doctrinam, & singularem in sacris literis interpretandis dexteritatemq; ex praclaris ipsorum in sacris literas Commentarijs toti orbi notissimam esse puto. Alii in hac sua Schola magnificus Senatus Tigurinus magnum numerum ingeniorum adolescentum ex ijs bonis ac proventibus qui olim monachis in Cenobijs cesserunt, & vbi prima fundamenta in ea mediocriter iecerint, ad exteras Academias tanquam ad mercaturam bonarum artium mittuntur, ibi si sursum studiorum feliciter confecerint, domum reuocantur, & ecclesijs vel Scholis vrbis ac agris Tigurini, qui amplissimus est, praeficiuntur.

Ex altera verò parte non minore studio Pontificij quoq; ad propagandam suam religionem, hoc est, ad plantandas omnis generis superstitiones & cultum alienorum Deorum, Academiae instituerunt eodem tempore.

Sic TREVIRENSIS, quae quidem antiquissima omnium Academiae Germania esse creditur, sed propter varias eius mutationes, temporisq; iniuriam ferè collapsa, nuper ab Archiepiscopis Ioanne & Iacobo instaurata dicitur.

COMPLVTENSIS in regno Castella, à Francisco Xixene Archiepiscopo Toletano fundata est anno 1517. quae non aliunde nominis celebritatem, aut bore Erasmo, quam à complectendo linguas & bonas artes sortita est.

ANDEGAVENSEM etiam à Ludouico 2. Andegauensum Duce iam olim institutam, ante paucos annos Henricus 3. iam quidem Gallorum Rex, cum verò Andegauensum Duce quoque restituit.

ONNEDENSIS, siue, ut ab alijs vocatur, Ornacenſis in Cantabria, erecta est non ante multos annos ab Abulensi Episcopo.

OSSVENSIS fundata nostra aetate à Comite de Vrenna. CIMMECENSIS in Gallia Narbonensi siue Delphinatu nostra etiam tempestate instituta est.

RHEMENSIS in Campania à Carolo Guisio Cardinale Locharingo, & Archiepiscopo Rhemensi extructa est, nostro seculo.

VVIRZBURGENSIS in Francia Orientali anno 1403. à Ioanne eius loci Episcopo fundata quidem fuit, sed ob civiles controuersias cum septem annos floruisse interijt. Eam verò superioribus annis instaurauit Iulius Vuirzburgensis Episcopus, & Gregorius 13. ac Maximilianus Imp. magnis priuilegijs honorarunt.

DILLINGANAM Ortho Truchseſsus, Cardinalis Augustanus erexit.

DVACENSIS in Belgio superioribus annis à Philippo 2. Hispaniarum Rege instituta est, hanc solum ob causam, ne iuuentus in Germaniam & Galliam amplius proficisceretur, ibiq; veram religionem ac pietatem imbiberet. EBVRENSIS in Lusitania, nuper ab Henrico Cardinale Lusitaniae, eiusdemq; loci Episcopo constructa, & Iesu. itis commendata fuit.

GANDIANAM in regno Valentino ante paucos annos Gandiae Dux erexit, ut ibi praecipue Iesu. ita philosopharentur. Habent etiam triviales Scholas non paucas, & procul dubio breui plures habituri sunt: authores enim sunt passim Iesu. ita principibus alijsq; magistratibus ut in suis ditioribus ludos licerarios aperiant, in quibus iuuentatem erudire possint. Qua in re certe non vulgarem laudem mererentur, si non tenellos animos superstitionibus palam impijs simul imbuerent.

## De Origine &amp; progressu Bibliothecarum.



*V*M neque religio absque literis tradi commodè queat, neque litera & Schola, de quibus superiore capite quaedam diximus, florere absque libris, neutra autem conseruari & ad posteros transmitti possint si nulla bibliothecarum cura habeatur, profectò qui has adornant, eruditionem & pietatem res valde necessarias plantare & conseruare student. Quemadmodum igitur nonnulli insano studio extruendi ingentes moles colossorum & pyramidum laborarunt, alij circa curam varij generis armorum sua exornandi armamentaria occupati fuerunt: sic etiam ab antiquis temporibus multorum potentissimorum Regum, principum ac populorum opus fuit bibliothecas, tanquam castella quaedam & armamentaria sapientie condere, easq; vel in templis, vel propè templa exornare ac adornare: quae etiam causa est ob quam earum Originem huic libro adijcere placuit.

Ac Iudeos quidem aliquam saltem habuisse Bibliothecam inde apparet, quòd propter Regum Iudaeorum idololatram, & populi grauisima scelera, libri sacri amissi, vix tandem sub Iosia rege reperti fuerunt. Sub Sedechia iterum templum cum libris exustum legitur. Ierem. Eisdas sacerdos post captiuitatem Babylonicam Moysi & Prophetarum libros restituit, eosque in ordinem redegit. His alios ipse addidit etiam: testatur enim, vt quarto Esdra 14. capite legitur, quòd cum Dominum Deum rogasset pro Spiritu sancto, vt posset Iudaeis restituere sacras leges, iussus fuerit assumere quinque scribas velocissimos, & praeparare multos buxos, & sedecere dies quaedraginta: se ipsi in corde accensurum lucernam intellectus. Cumque de poculo sibi diuinitus oblato bibisset, apertum esse os ipsius, & per 40. dies dixisse libros 204. Mandatumque sibi ait à Deo, vt quosdam omnibus promiscue, dignis & indignis, palàm legendos daret: septuaginta verò conseruaret, traderetque sapientibus solis in populo suo, quòd in ijs esset sapientie fons, vena intellectus, & scientie flumen. Adde praeterea se ex praecepto angeli secretiora mysteria & reuelationes in peculiari libro scripsisse, qui absconderetur, solique sapientiores Iudaeorum perciperent, quos ipse sciret posse percipere, & mysteria ista seruare.

Dicitur Moses quoque, praeter leges scriptas, secretiora mysteria, vt à Deo acceperat, viua voce tradidisse sapientioribus tantum, quos Origenes Consiliarios mirabiles vocauit. Quae propterea Cabala sive traditiones appellabantur, quòd nò per literas, sed successione quadam, hereditario iure, alter ab altero reciperet. Hanc traditionem, legis diuina certissimam traditionem continentem, Esdras quoque, de Septuaginta doctissimorum virorum consilio, in libros redegit dicitur, ne si quando propter bella & captiuitates institutus à maioribus tradendi mos obseruari non posset, caelestis doctrine arcana interirent. Et hos quidem ab Esdra conseriptos libros diligentissimè in Hierosolymitana bibliotheca sacra à Iudaeis conseruatos Prius tradidit. Continebantur quoq; in ea, praeter Annales, in quibus singulariù tribuum genealogia & gesta describebantur, Rabinorum libri, qui post Esdras varia in sacram scripturam Commentariis ediderunt, vnde postea Talmud confectum est. Quae cum optimis libris, Esdra auctore, reserta esset, à Tito Rom. Imperatore euersa quidem est vt, testatur Rabbi Samuel, sed ab Alexandro Hierosolymorù Episcopo restituta. Ex hac Pamphilus Martyr praecipuam Caesariensis Bibliotheca partem deprompsit. Eusebius verò plurima in suam Ecclesiasticam historiam transtulit, vt Nliddendorpius lib. 2. Academ. refert.

Fuit hic Esdras ille ipse, qui literas, quibus Biblia Hebraica conseripta sunt, & quibus Iudaei hodie vtuntur, reperit post captiuitatem Babylonicam: haec enim ipsdem characteribus Hebraei & Samaritani vtiebantur, vt testatur D. Hieronymus in Prologo Regum. Graecas Cadmus, Latinas Carmentis inuenit. Sunt qui Esdras hunc etiam auctore faciunt punctoriù & accentuum, quibus afficiuntur hodie literae Hebraeorum. Sed errant illi: constat enim ex B. Hieronymi libris, ipsius tempore nulla vel puncta vel accentus extitisse.

Bibliothecarum  
utilitas.

Bibliotheca  
Iudeos.

Litterarum Hebraicarum quibus hodie vtuntur author.



Sunt autem adiuventi paulò post tempora Honorij Imp. anno ab everso templo 426. qui est à Christo 476. in Tiberiade vrbe Galileæ. Huius muneris principes fuere Aaron Aferus, & Iacobus Nephthalis filij, qui dum de nonnullarum vocum punctis inter se dissentiunt, Iudeos in duas partes diuidunt: Orientales enim quique Babyloniã in colunt ad fluvium Nearctã, posterioris: Occidentales prioris lectionem conseruantur, vt Genebrardus in Chron. indicat.

Bibliotheca  
apud Ethnicos.  
Syrifana.

Apud Persas, quorum maximum imperium fuit, SVSIANA Bibliotheca celeberrima fuit: quam Metasthenes Persa consuluit, cum de iudicio temporum & annalium Persarum scribere voluisset, in ea enim Annales Persarum fuerunt, sicut ipse Metasthenes in historijs suis testatur. Ac verisimile est hanc sapientissimi prophetæ Danielis consilio, cuius summa auctoritas apud Persicos reges fuit, inscriptam & exornatam fuisse.

Atheniensis.

In Græcia primus omnium Pisistratus tyrannus Athenis aperuit, quam deinde ipsi Athenienses studiosius accuratiusque auxerunt & locupletarunt. Verum omnem illam librorum copiam Xerxes Athenarum potitus, vrbe ipsa præter arcem incensa, abstulit asportauitque in Persas: Et multis post annis Seleucus rex, qui Nicanor appellatus est, hos libros omnes Athenas referri curauit: Gellio teste lib. 6. cap. 17. Ac refert Egnatius in vita Claudij, quod cum Gotbi bibliothecam hanc exurere conarentur, nonnullos eis persuasisse, libris parcendum esse, quibus dum Græci diligentius incumbere, minus ad bella idonei redderentur.

Pergamensis.

Eumenes Attali filius, non solum mirandis operibus Pergamum muniuit, sed nobilissimam quoque ibidem bibliothecam instruit, conquestis vndiq; supra ducenta millia, libris, in hoc edinis pellibus (quæ ab hoc loco postea Pergamena dicta fuerunt) descriptis, vt Volateranus indicat lib. 13. cap. 4. Anthrop. & Alexander ab Alex. lib. 2. cap. 30.

Aristotelea.

De Aristotele eiusque bibliotheca Straboli. 13. Geographia ita scribit: Neleus, inquit, Corifici filius, Aristotelem & Theophrastum audiuit, & successor fuit bibliotheca Theophrasti, in qua Aristotelica inerat. Nam Aristoteles & bibliothecam & scholam reliquit Theophrasto, & primus omnium quos scimus libros congregauit. Theophrastus verò eam tradidit Neleo, Neleus eam Scepsim detulit, ac post se dedit, hominibus sanè imperitis, qui libros inclusos ac negligenter postos tenebant. Cumque Attalicorum regum, sub quibus erant, studium sentirent conquirendorum librorum, ad instruendam eam bibliothecam quæ Pergami erat, eos in fossa quadam sub terra occulerunt, quos & tineis & humiditate labefactos, tandem qui ex eo genere erant Apelliconi Teio traderunt, magno emptor argento, Aristotelicos scilicet & Theophrasticos. Apellicon, vt qui magis esset librorum studiosus quam sapientiæ, volens coruptiones emendare, eos transcribendos dedit, scripturam non rectè suppleta, quapropter libros e didit erroribus plenos. Continuo autem post Apelliconis obitum Sylla, qui Athenas cepit, bibliothecam Romam translulit. Hucusque Strabo.

Alexandrina.

Aristoteles etiam Aegyptiorum Reges Bibliotheca ordinem docuisse perhibetur, qui ingentem librorum numerum mox conquestuerunt. Et Ptolemaeus Philadelphus cum in animum induxisset omnium locupletissimam & celeberrimam Bibliothecam inspicere, Demetrio Phalareo maximam pecunie vim dedit, vt optimis libris antecessorum suorum Bibliothecam augetet ornaretque, Missi sunt igitur ad eum ab omnibus regibus atque principibus Philosophorum, Rhetorum, Historicorum & Poetarum libri, Epiphanio authore, præsertim ab Atheniensibus & Rhodijs, breuique tempore instructissimam reddidit. Galenus in 3. Epidemiorum, & de Natura hum. refert, Ptolemaum Atheniensibus annonæ penuria pressis, non prius alimenta concessisse, quam sibi tragœdiarum Sophoclis, Euripidis & Aeschylæ autographorum potestatem fecissent. Pro quibus tamen, præter vtilissimum immunitatem quindecim talenta iisdem oppignorauit: & eadem postea cum exscriptis exemplaribus illis dono dedit. Aristæus, qui hac de re ex professo scripsit, indicat, se præsertim rogatum Demetrium à Rege, vt Athenas lib. 1. cap. 1. prodidit, quoniam in hac Bibliotheca libri essent, respondisse ait, plures quam 20000. sed vehementer auctam iri, si non à Græcis solum verum etiam ab alijs gentibus, & Iudæis præsertim, vtilissimi libri peterentur: eos enim aut emere hætenus, aut transcribere

scribere non potuisse, quòd peculiari lingua & alijs quàm Egypti siceris vterentur: idcirco necessarium videri sibi, vt Rex ad pontificem eorum literas daret, peteretq; tam ipsos libros quàm interpretes, qui eos ex Hebraeo in Græcam linguam transferrent. Facile igitur Optimus Rex in tam laudabili & principe viro dignissimo instituto, ab Eleazaro summo Iudeorum pontifice, interpretes LXXII. Hebraica legis, sex è qualibet tribu delectos, impetrauit: quos magna voluptate & incredibili gaudio ad se venientes Rex excepit, & Demetrio omnia quæ ipsis necessaria essent, vberimè suppeditare, & diligentem ipsorum rationem habere præcepit. Nec tamen Alexandria, regia vrbe, verum septem ab castadijs, in insulæ Pharos, singulis peculiarem adiculâ, in qua separatim sacram legem interpretarentur, extruicurauit, quarum ruinas, & vestigia quedam se vidisse scribit Iustinus Philosophus & martyr in Apologético contra gentes. Singuli igitur septuaginta duobus diebus, Iosepho auctore, translationem, tanta Spiritus sancti virtute, perfecerunt, vt in omnibus planè conuenirent, & ne in minimo quidem verbo discreparent: vt omnes instinctu Dei perfectam, veramque interpretationem esse faterentur. Rex igitur hos libros maxima cum admiratione & gaudio ingenti recepit, & Alexandria in Bibliothecam reposuit, ac cedrimò sorulis: sicut & alios, in claustris, atque his alijsque prætióssimis libris, qui 70000. numerum exceperunt, ornatisissimam reddidit. Primus bibliothecæ huius nobilissimæ præfectus fuit constitutus Demetrius Phalareus, vir doctissimus. Post eius mortem Callimachus historicus filius Bacti, à Ptolemæo Philadelpho vsque ad Euergetam præfuit. Hunc proximè sequutus est Eratosthenes Cyrenæus, Callimachi discipulus, qui primus vniuersum totius orbis ambitum 252. stadiorum esse prodidit, vnde & orbis terrarum mensur appellatus est. Huic successit Apollonius Rhodius, qui Aristonium poetam comicum successorem reliquit. Sed cum Archillas regia militia præfectus, Iulium Casarem, occiso Pompeio inuaderet, Casar proximas circa regiam aedes incendi mandauit, vt hac ratione igne hostem depelleret. Qui ignis præter pulcherrimas domos, instructissimam quoque hanc bibliothecam absumpsit, & septingenta lectissimorum librorum millia perdidit, vt Sabellicus testatur Enne. 6. libro septimo. Aulus verò Cellius libro sexto capite vltimo, & Volateranus referunt, quòd ille librorum numerus priore bello Alexandrino, cum diriperetur ea vrbs, non spontè, sed à militibus incensus fuerit. Restituta tamen paulò post hæc bibliotheca videtur. Nam Domitianus Imperator Romani imperij bibliothecas restauraturus, Alexandriam viros aliquot doctos misit, qui libros describerent, & alibi reperiros, descriprasque cum Alexandrinis conferrent e-mendarentque, vt Tranquillus & Aurelius Victor tradiderunt. Refert hæc Iacobus Middelendorpius de Academijs, ex Ensebio libro quinto hist. ecclesiast. Nicephoro libro quarto capite 14. Iosepho libro 12. capite secundo Antiquit. Clemente libro primo Stromatum & Zonara.

ASINIVS Pollio, primus Romæ bibliothecam de manubijs dicauit, eamq; doctissimorum virorum imaginibus veris & fictis exornauit. L. Lucullus, inter alias splendoris & magnificentiæ laudes hanc quoq; obtinuit, quòd numerosam & ornatum bibliothecam comparauit, quam omnibus, etiam peregrinis patere voluit: vt Plutarchus in eius vita indicat.

OCTAVIA Augusti soror & Marcelli vxor, præcipui nominis bibliothecam maximis sumptibus & impensis, Romæ instituit; de qua Alexander ab Alexand. libro quarto capit. 25.

Sub Neronis autem imperio bibliotheca omnes Romæ in quibus præstantissimi libri, & clarissimorum virorum monumenta, grauissimo perniciosissimoque incendio simul omnes perierunt: vt mirandum non sit, quòd veteri historia careamus. Et sanè nisi sequentes Imperatores Vespasianus, Domitianus, Traianus, Adrianus & similes, eas maximis curis sumptibusq; immensis restituisent, nulla serè optimarum rerum memoria superesset hodiè.

C. PLINIVS Secundus, vir doctissimus, non solum Romæ, sed & Nouocomi in municipio suo bibliothecas dedicauit, vt Ioan. Catanaus in eius vita testatur.

SAMMONICVS Serenus bibliothecam comparasse dicitur, in qua 62. millia voluminum fuerint.



**Bibliotheca apud Christian.** Non minorem autem operam, studium & curam Christianorum principes, pace postea diu-  
 turnas & cruentas persequutiones Ecclesie redditae, in bibliothecis dedicandis, comparandis  
 & exornandis adhibuerunt, quod vix alia commodiore via Euangelium vel propagari vel  
 propugnari posse pro sua prudentia facile intelligerent. Itaq; **ALEXANDER Hierosoly-**  
**mitanus Episcopus** nobilem Hierosolymis bibliothecam instituit, in quam primorum, post  
**Cesarionensis.** Apostolorum tempora, Ecclesie doctorum scripta reposuit, quibus haud mediocriter se adiu-  
 tum in scribenda historia Ecclesiastica testatur Eusebius libro 6. cap. 21. Casaree bibliotheca  
 aperuit **IULIVS Africanus**. Eam postea ad triginta millia voluminum auxit **EVS-**  
**SEBIVS Casariensis Episcopus** & **PAMPHILVS Laodiceus presbyter**. Hanc biblio-  
 thecam **D. Hieronymus** in rebus difficilioribus consuluit, & ad castigatissimorum exem-  
 plorum veritatem veteris Testamenti libros emendavit, ut testatur in Psalmum 1. & cap. 3. e-  
 pist. ad Titum. Cumque nonnihil collapsa esset Euzoius Casarien. episcopus eam restaurare  
 conatus esset, ut referunt Hieronymus in Catalogo scriptorum Ecclesiast. Eusebius lib. 3. &  
 Iacobus Middendorpius de Academijs.

Inprimis autem memorabile in hac causa fuit studium, industria & sollicitudo **CON-**  
**STANTINI**, ut nomine sic pietate Magni, qui passim ingruentibus haereticis Catholico-  
 rum doctorum scripta, & interpretationes Sacrae scripturae, quas superiores tyrannifero &  
 flammis funditus delere conati fuerant, in bibliothecis reponere & asseruare iussit, ut ijs ar-  
 mis ex his armamentarijs depromptis haeretici facilius oppugnari possent: extat ea de re epi-  
 stola ad Eusebium Nicomediensem apud Euseb. lib. 4. de vita Constantini. Et credibile est  
 hunc Imperatorem prima iecisse fundamenta Constantinopolitanae ad Sophiae templum bi-  
 bliothecae, quae progressu temporis adeo exornata fuit per Theodosium Iuniorum Imp. ut de-  
 cem myriades librorum contineret. Nam sacrorum librorum congerendorum tam studiosus  
 fuisse legitur, ut ea laude Ptolomeo Aegypto haud inferior esset. Multos sanctorum patrum  
 libros sua manu descripsit, & in hanc bibliothecam reposuit, teste Nicephoro libro 14. cap. 3.  
 Delati sunt ex hac bibliotheca in sextam Synodum Constantinopolitanam generalem Con-  
 stantini 5. Imp. iussu sanctorum patrum libri, ex quibus Monothelitic erroris conuicti sunt,  
 ut Platina in Agathonis 1. vita indicat.

**IULIANVS** apostata quoque, utilitatem bibliothecarum animaduertens, Antiochia, in  
 suburbio Daphne dicto, nobilem bibliothecam instituit **CAROLVS** item M. Aquis grani in  
 palatio suo bibliothecam dedicauit, & magna copia librorum exornauit. Quod studium san-  
 ctissimi principis emulatus est Ludouicus Pius eius filius. Quia vero mox post Carolo M. te-  
 pora magis magisque a pietate degeneratum est, & eius loco in Ecclesia Ceremoniae, statuta hu-  
 mana variaeque, & εὐλοβηστικαί, hoc est, cultus peculiari hominum arbitrio suscepti inualue-  
 runt, factum est simul, ut fere nulla quoque librorum ratio seu cura amplius haberetur, sed po-  
 tius ceremoniae operose in templis & monachorum lustris, nec non bella & Mauortia arma  
 tractarentur. Quae barbaries usq; ad renascentis Euangelij lucem durauit, quo tempore simul  
 Deus Opt. Max. multos pietate spectatos principes excitauit, qui libros hinc inde cum cineris  
 & blattis pugnantes vindicarunt, vndiquaque etiam ex remotissimis locis conquisierunt, &  
 in hoc studio nullis, quantumuis immensis sumptibus, pepercuerunt. Quos inter praecipue nomi-  
 nandi hic mihi honoris causa, tanquam summi studiorum Meoenates & patroni, videntur  
 Galeatus 2. vicecomes, Nicolaus 5. Pontifex Max. Alfonso Arragonu & Sicilia Rex,  
 Cosmus & Laurentius Medicei, Matthias Coruinus Vngariae Rex, Ioannes Picus Mi-  
 randula Comes, Franciscus 1. Galliarum Rex, nec minus literis quam armis clarus, Frideri-  
 cus Feltrius Urbini Dux, Fuggeri, alijque plures tam politici, quam Ecclesiastici viri, sicut  
 videre licet volumine 1. lib. 4. Theatri vitae humane. Horum exempli imitari debent hodie  
 omnes principes, & magistratus Christiani. Nec est quod sumptus immenses causentur. Ne-  
 ro per se per vno puncto plus quadringentis sestertijs perdidit, Suetonio teste. Asinius Celer mul-  
 tum vnum septem millibus nummum emit, ut Macrobius indicat lib. 3. Aelius Verus Imp.  
 duo decim conuiuii caenam dedit, sexagies centenis millibus sestertijs instructam, ut referre  
 Sabellic.

*Sabellio*. libro 5. *Enne*. 7. *Casar Borgia Alexandri* 6. filius, quotidianis conuiujs ducentos, aureos dicitur, *Rauisio* auctore. Et scimus hodie quantos sumptus multi faciāt in Conuiuia, feras, viuaria, canes, equos gemmas, vestimenta, suppellectilem & similes res inanes ac frivolas: huius sumptus si vel tertiam partem conuertant in bibliothecas, & emant auctores sacros, doctos, probatos & bonos, non solum veram religionem & studia bonarum literarum eo pacto vehementer propagabunt, sed etiam sibiipsis sempiternam memoriam, & immortalē gloriam apud omnes bonos comparabunt.

## C A P V T VII.

## De Origine &amp; progressu typographiarum.

**V**oniam non solum bonarum literarum studia, sed et bibliothecae artis excusoriae vel typographicae beneficio plurimum augeri & exornari possunt, non à proposito nostro fortasse alienum fuerit, si de nobilissima huius artis Origine & progressu pauca in medium afferamus. Inuenerat & excogitauerat *Berchtoldus Niger* (*Schwarz*) male seriatim monachus Germanus, circa años Christi 1380. quando schisma in *Rom.* ecclesia erat inter *Urbanum* 6. & *Clementem* 7. quod bella ciuicissima, pontificibus auctoribus, inter *Gallos* & *Vngaros* sequuta sunt, areum tormentum, quod *bombardam* & *sclopetum* vocant: quo nihil vnquam humano generi perniciosius inuentum fuit: dignusq; adeo fuisse auctor, in quo sicut in *Perillo*, huiusmodi tormentum primo expertum esset:

*Bombardarum*  
auctor.

Neque enim lex a quior vlla est,

Quam necis artifices arte perire sua: *Vt* *Ouidius* in 1. de *Arte amandi* egregie cecinit.

Sed haud diu post diuina sapientia, iustitia & bonitas, fraudem hanc *Satanae* egregie vltia est. Nam eodem anno quo *Fridericus* 3. sapientissimus Princeps imperij Germanici habens potitus fuit, *Ioanni Gutenberg* cui *Argentinesis* typographicam artem commōstrauit. Qua de re *Polydorus Vergilius* libro secundo capite 7. de *Rerum Inuent.* qui primi libros ediderint, aut bibliothecas publicauerint, aut inuenerint artem literas imprimendi memorans, ita scribit: *Asinius Pollio* Romae primus bibliothecam dicando, ingenia hominum *Rempub.* fecit. Fuit illud omnino magnum mortalibus munus, sed nequaquam conferendum cum hoc, quod nostro tempore adepti sumus, reperto nouo scribendi genere. Tantum enim vno die ab vno homine literarum imprimitur, quantum vix toto anno à pluribus scribi posset. Ex quo adeo disciplinarum omnium magna librorum copia ad nos manant, vt nullum amplius superfuturum sit opus, quod ab homine quamuis egeno desiderari possit. Illud insuper adde, quod auctores quoq; plurimos tam *Græcos* quam *Latinos* ab omni prorsum interitus periculo vindicauit. Sed huius artis inuentionem nemo fide maiori exposuit, quam *Iacobus Vuimfelingus* in *Epitoma rerum Germanicarum* cap. 65. Anno inquit 1440. *Friderico* 3. *Rom.* Imperatore, magnum quoddam ac penè diuinum beneficium collatum est vniuerso terrarum orbi à *Ioanne Gutenberg* *Argentinesis*, nouo scribendi genere reperto. Is enim primus artem impressoriam, quam *Latini* excusoriae vocant, in vrbe *Argentinesis* inuenit. Inde *Moguntiam* veniens, eandem feliciter compleuit: hinc *Funcius* in *Chron.* certissimum esse dicit, *Moguntiae* primū pralum fuisse. Interea *Ioan. Guntel*, id opificij genus inceptus, multa volumina castigatè & politè *Argentinae* imprimendo, factus est breui opulentissimus. Huic successit *Adolphus Ruschius*, mox *Adolpho* *Martinus Flachus*: qui & ipsi *Argentineses*, in natali solo cum laude & gloria hanc artem exercuerunt. Nec solum nostri hac in arte floruerunt *Argentinae*: sed eandem etiam alibi tractantes, & decus & emolumentum sunt consecuti. Ita *Sixtus Rusinger* *Argentinus*, Neapoli an. 1471. libros quomodo imprimi possint, primus monstrauit: ob quod factum regi *Ferdinando* & Neapolit. nobilitati charissimus exiit. Huic saepe ab ipso rege *Episcopatus* & amplissima dignitates oblatæ sunt. Praeterea *Valsricus* cognomento *Han*, sub idem ferme tempus formas librarias, rem inauditam, nec vnquam *Romanis* visam, *Romam* attulit.



DE ORIGINE

Celebrat hanc artem Philippus Beroaldus his versiculis:

ò Germania muneris reperitrix,

Quo nil vtilius dedit vetustas,

Libros scribere quæ doces premendo. Vide etiam Nauclerum volum. 1. Ge-

nerat. 49. Ego verò propterea hanc artem è celo missam, adeoq; amplectendam, excus-  
landam & extollendam putarim, quòd in nulla alia plus præsidij habeat Ecclesia Christi  
aduersus Gog & Antichristum, pseudopphetam & sophistam maximum, quippe qua  
fortius quàm nullo bellorum apparatu expugnari ac deuinci possit. Prædixit hoc diu ante Si-  
bylla Erythraea, quæ, ut Augustinus testatur libro 18. de Ciuit. Dei, Romuli temporibus cla-  
ruit. Ea enim de nouissimo seculo, & Antichristi furoribus vaticinans, eum LINO eandem  
perdendum esse dixit. Sic enim habet carmen Græcum:

ΑΙΛΙΝ & κλιότε και εθς, οτι λινο & αὐτὸν ὀλέεται

Miserum inde tempus, quia linum perdet eum.

Paratur enim & conficitur illa materia, in qua scribimus & libros excudimus, ex lineo  
panno minutatim confuso in aquis, & gluiuo iterum densato: quam chartam lineam appel-  
lant, abusione veteris nominis, Papyrus. His armis lineis pugnatur contra Gog: his tor-  
mentis, sclopetis, telis, hastis & gladijs vulnera lethalia ei infliguntur. Ut verissimū sit quod  
D. Paulus scribit: Eligere Dominum infirmas res, & quas mundus vilipendat: quibus al-  
ta, firma, pro potentia, inexpugnabiliaq; mortalium iudicio, & molitiones immanes Satane  
ac mundi, que insurgunt aduersus scientiam & voluntatem Dei, subuertat. 1. Cor. 1. Sunt  
quidam qui dubitantes, satiusne fuerit, hanc artem, uti nunc est, habere, an propter grauissi-  
mos abusos nunquam repertam fuisse: non expedientes propter abusum rei bonæ & vtilissi-  
mæ non tollendum esse vsum legitimum. Deinde etiam facile abusus omnis nobilissimæ huius  
artis tolli poterit, si viri doctissimi, sapientissimi, prudentissimiq; constituantur, ni-

hilque sine graui & iusta pena permittatur typis excudi, quod non

ab istis approbatum sit: quæ consuetudo in vrbe

Tigurina diligenter seruasur.

# DE ORIGINE ET PROGRESSV CONSECRATIONVM

ET DEDICATIONVM TEMPLORVM AC RERV  
AD TEMPLA PERTINENTIVM  
LIBER QVARTVS.

## C A P V T I.

De Origine & vero vsu consecrationum & Dedicationum in genere.

**L**ecce, imò iure pietatis requiritur, ut in prima cuiusque rei usurpatione, gratias Dedicationes Deo agamus, eiusque bonitatem celebremus, idque congrua & decenti laude, & collicia qualai boni religiosum ac sanctum usum exposcamus: habet enim hæc consuetudo iusta fundamenta ex diuinis literis. Moses siquidem cum extruxisset Tabernaculum sacravit illud cum mensa, altari, æreis vasibus & omnibus utensilibus, non solum diuinis precibus, verum etiam Olei vnctione Domino iubente liniuit. Exod. 20. de consecr. dist. 5. 1. Solomon quoque, cum perfecisset Templum, illud cum altari & reliquis ad diuinum cultum pertinentibus consecrauit. 3. Reg. 6. Similiter Iudas Machabeus templum Hierosolymis, repurgatum, sacris legitime factis rursus consecrauit. Nec tantum dedicauerunt Tempia, verum etiam permulta, ut Domus: & iccirco psal. 30. inscriptio est, Dedicatio domus Davidis. Tum etiam homines initiari dicuntur Domus cum primum in eis edere, bibere & habitare incipiunt. Quod pij citra preces & gratiarum actiones minimè faciunt. David itaque cum domum suam consecraret, Odam seu psalmum composuit, quo & ipse Deo gratias egit, & pium, religiosum sanctumque usum illarum ædium postulauit. Huiusmodi quoque, dedicationis in Deuter. ca. 20. fit mentio, ubi præcepta de re bellica traduntur. Voluit sanè Deus, à militia permultos eximi, & illos inter ceteros, qui cum domum extruxissent, non adhuc dedicando eam consecrarent & repararent. Et in libro Nehemie dedicatio mœnium ciuitatis commemoratur, quæ nihil aliud fuit, nisi quod muris vrbis instauratis, populus vna cum Levitis & Sacerdotibus, nec non principibus, ed se contulit: ibique gratias Deo egerunt, de mœnibus reedificatis, et iustam ciuitatis usuram postularunt. Hæc etiam ratione priusquam sumamus cibum, illum consecramus: non quod opinemur diabolum in illo herere, vel ipsum naturæ suæ malum esse: Quia vidit Deus cuncta quæ fecit, & erant valde bona: & Paulus in 1. Timoth. rectè dicit, Bona esse quæ Deus fecit, & ideo nihil reiiciendum quod cum gratiarum actione sumatur: sanctificatur enim per verbum Dei & preces. Verum: nostra consecratione primum Deo gratias agimus, quod hæc subsidia vitæ nobis prouiderit: deinde petimus, ne corpora nostra eis ladantur, quod intemperantia laboremus, quæ postea in morbos facillè incidimus, & dū crepula seu obrietas grauamur, apta instrumenta vel rationis, vel spiritus sancti: esse non possumus.

Neque illud tacendum est Iudeos consueuisse templum, non solum recens extructum: dedicare, sed etiam reparatum, & à concaminationibus repurgatum. Hoc fecerunt cum post reditum à Perside, templum et altare denudè reparassent. Iudas etiam Machabeus, quando templum ab ethnicis pollutum Antiochi spurcissima idololatria, reformauit. Huiusmodi repetita Dedicationes Græca voce ἑναίωσια dicuntur, quas Latine dicere possemus Renoualia, seu Renouales dies: quæ non tantum semel hodie celebrantur, sed anniuersariae sunt eorum solennitates.

Ceterum quæ Iudei fecerint in suis dedicationibus sacra historia luculenter eradic. De-  
dicauerunt ac iniciarunt sua, non simplicibus & nudis verbis, sed adiectis externis ritibus, signis inquam & Symbolis, quæ cernerentur: Non utique, quod crediderint rebus ipsis inherere aliquam sanctitatem seu qualitatem diuinam: cum enim sine inanima, sanctitatis minimè sunt capacia: verum sic purarunt, quod ritibus à Deo institutis, quæ consecrabantur, instrumenta

Dedicationum  
ritus apud Iudeos.



ferent diuini spiritus, quibus hominum fidem excitarent. Nec falsi sunt: quoniam illa pro eo tempore verbum Dei habebant.

Apud Ethnicos quoque Dedicaciones & consecraciones varia atque multiplices fuerunt, de quibus multa videre licet apud Ciceronem præsertim in Oratione pro domo sua ad pontifices. Consecrabantur enim non tantum ades sacra, sed & homines ab Ethnicis, eiusque rei causam Cic. 2. de Legibus reddit: nempe quod mysteria que illis tradebantur, initia quædam vitæ humane essent, quibus homines à dura & agresti vitâ transferrentur ad humaniorem & cultiorem. Quin & pueri dicebantur initiari, cum ab lactarentur, quod tunc ad aliud vitæ genus traducerentur: nimirum à lacte, ad solidiorè cibum atque potum. Vnde consecrari dicebantur Deabus Edidia ac Potina. Quarum rerum etiam in sacra historia vestigia quadam extant.

Christianorum  
in suis dedica-  
tionibus  
na.

Hæc omnia tam Iudaica quam Ethnica, maxime Græca quadam ad se pertraxerunt papiste. Habent enim suas repetitas & anniuersarias dedicaciones ac consecraciones: neque etiam aquam, pauem & vinum solum consecrant, sed homines, sacerdotes, altaria, vestes, vasa ceteraque utensilia templorum, ut sunt mantilia & mappa, calices, patinae, cerei, chura, agnus paschalis, cæmeteria: item oua, aqua lustralis, rami palmarum, virgultus, herba, olea, legumina, faba, omnes denique fructus: & eò venit, ut etiam Campanas ipsas consecrent: que omnia ex sequentibus patebunt.

Argumentum  
inuictum pro  
confirmatione  
dedicationum  
Christianorum.

Gratianus de consecr. dist. 1. c. tabernaculum & Durandus in Rationale diuinorum lib. 1. cap. 6 dum ea confirmare nituntur, que in dedicationibus huiusmodi templorum aliarumque rerum ineptè ab ipsis fiunt, excusare volunt, tali argumento vtuntur: Si illi, qui vmbra legis deseruiebant, hoc faciebant: quanto magis nos, quibus veritas patefacta est, hoc facere conuenit, & qua ibi sequuntur reliqua. Digna profectò huiusmodi theologis ratio: cui apprimè conuenit præterea interpretatio, que in eiusdem glossa legitur: si enim, inquit, id geniles faciebant, multo magis facere debemus nos: & sic est argumentum, quod possumus argumentari ab exæptis infidelium. Hæc Glossa: Glossator itaque hæc instituta à Gentilibus, author verò, cuius interpretis est, à Iudæorum autoritate & exemplo probat atque confirmat: quibus haud dubie eodem iure adiungi poterit & alia ratio Durandi, eiusdem ponderis, quæ in eodem argumento his verbis recenset, Nabuchodonosor etiam rex, vocauit omnes satrapas, optimates & tyrannos ad dedicationem statua aureæ, quam fecerat. Hæc ille. Sed hoc à Dedicacionibus veteris Testamenti, de Ethnicorum enim nil attinet dicere, desumptum argumenti genus infirmisimè est: quia de ceremonijs & ritibus veterum non ita licet concludere. In præceptis moralibus firma esset ratio, sed in Ceremonijs, quæ typi & vmbra fuerunt, non ita fas est ratiocinari, cum omnia eius generis mandata sint per Christi aduentum abolita, nisi Iudaismus in Ecclesiam Christi reducere velimus. Quo simul Durandi totum Rationale diuinorum officiorum consuetatur, in eo siquidem omnes Ceremonias papistarum ex Iudaismo probare conatur. Ita quoque patres Concilij Colonien. anno 1536. habiti, parte 9. cap. 12. excusare nituntur suas dedicaciones, simulque se Iudaizare negant: cum tamen nihil in excusatione sua ex verbo Dei afferant, nisi quantum ad sua instituta ex veteri Testamento detorqueant. Deinde Iudæorum dedicaciones verbum & mandatū Dei expressum habuerunt: in nouo autè Testamento nihil tale præcipitur, sed potius docetur, cæpius iam esse, quo sublata sint vmbra et ceremonie, & quo patet in spiritum ac veritate potius adorandus, non ceremonijs, traditionib. aut constitutiuiculis humanis colendus sit. Firmius igitur hoc argumentum in contrariâ parte retorqueri posset. Nã si aduentus sui splendore Christus vmbra et figuras omnes Iudaicarum ceremoniarum discussit & dissipuit, patefacta earum veritate que diu sub his inuolueris tanquã obiecta delituerat, id eò eam ipsam ob causam maximè ab eiusmodi supersticiosi ceremonijs, nõ Ethnicis solù, verum etiam Iudaicis Christianos abstinere decet. Aut si ceremonias Leuiticas, non modo tanquam inanes & superuacaneas, sed etiam vt damnosas & exitiosas abrogari oportuit, ne ijs Christi beneficium vel abrogaretur, vel vis eius enervaretur, quid malum, opus est aut nouas ceremonias ingenio humano excogitatas accersere, aut iam olim exoletas in usum reuocare, quibus velut postliminio, nõ solù Iudaismus, sed & Ethnicismus, tanquã abrogato Christianismo restituantur?

Deinde

Deinde cogitent quantum intersit inter Legem & Euangelium & vtriusque ministerium; item inter ymbros seu figuras, & earum patefactam veritatem, ac denique inter Mosem & Christum, inter Leuiticum & Euangelicum Sacerdotium. Denique si Deus illas rejicit imò execretur ceremonias quas tamen ipsemet instituit, cum in alium finem superstitiose ijs vrentur, quanti has eum facere existimabimus, quæ non modo ab illo tradita & præscripta nō sunt, Sed totæ ab hominibus superstitiosis adiuventis ac institutis?

## CAPVT II.

De Origine dedicationum & Consecrationum  
templorum apud Christianos.

**D**edicaciones seu Consecrationes Templorum à primis Episcopis Romanis instituta sunt, si Decretalibus eorum Epistolis fidem aliquam habere volumus. Nam in altera Clementis epistola ad D. Iacobum ita scribitur: Ecclesias facite per cōgrua loca, quæ diuinis precibus sacrare oportet, & in singulis sacerdotes diuinis orationibus dicatos poni. tom. 1. Concil. De Pio pontifice Platina in vita eius indicat, quòd, rogatu primò Praxedis theomas Nouati in vico Patricij in honorem sororis suæ D. Prudentianæ dedicari. Quæ Euaristus, Higinus & alij nonnulli primorum pontificum Rom. de basilicarum & templorum Dedicationibus statuerint postea indicabimus. Sed hæc probari non possunt: Neq; enim aut facultates alere, aut basilicis, templis & ædificijs publicis construendis operam dare tum sinebant continuè & atroces in omnibus locis persecutiones, id quod supra ostendimus. Præsertim etiam de Dedicationibus huiusmodi Templorum in historijs aliarum Ecclesiarum, præter Romanam, primis illis post Ascensionem Christi seculis nihil omnino legitur. Sed quia Romanistis hoc semper curæ fuit in primis, vt suas leges, instituta, ritus & consuetudines, adeoq; cultum suum externum totum, quoad eius fieri posset, antiquitatis autoritate seu potius fuso commendarent, redderentq; augustiorem, effectum est, vt à prisca vetustate sæpè authores accersant, quibus nihil vnquam simile ne in mentem quidem venit. Sed quoscunque iactent auctores, dum alios, quàm Christum, aut Prophetas & Apostolos producant, satis de clarant, quo loco habenda sint humanæ istæ traditiones, quibus Deus irridetur, non colitur.

Vt vt verò hæc se habeant rectius illi sentire videntur, qui Felici tribuunt, quòd ritum deditandi tēpla de nouo instituerit. Vixit enim ille, & Rom. pontificatum tenuit sub M. Aurelio Quintilio & Valerio Aureliano Imp. quo tempore in eminentia, felicitate & cōmoditate summa Christianorum res fuerunt, Eusebio teste lib. 8. cap. 1. Credibile ergo licuisse illis tēpla vel tēpla de nouo condere, vel Echnitorū repurgare: vnde mirum non est si ea quoq; cū maximo gaudio suo cultui dedicarunt & consecrarunt. Panthal. in Chron. ex Volaterano.

Petrus Martyr autem S. Theologiæ in Schola Tigurina professor acutissimus, alijsq; doctis, in historijs versati & antiquitatis studiosi viri, in ea profusus sunt sententia, Constantinum M. occasionem & initium huiusmodi apud Christianos templorum Dedicationibus dedisse. Ille enim cū Byzantium instaurasset, eaq; vrbe detruisset vti pro sede Romani Imperij, voluit eam Deo consecrare: atq; ad eius dedicationem 318. patres, qui Nicenam Synodum eo tempore celebrauerant, vocauit. Idem quoq; Imperator Hierosolymam profectus, tēplum admodum magnificum Christo extruxit, ornavitq; anathematis innumeris: & euocauit eo Episcopos illos, qui Tyri Concilium habebant, vt ad ipsum dedicandum venirent.

## A quibus tēpla dedicari seu consecrari debeant.

**A**uthor libelli de Passione Domini apud Athanasium indicat, post Cannam demum Domini 300. institutum fuisse, vt Episcopi solum tēpla consecrent non minores sacerdotes. Martinus aut Polonus, Platina, Sabellicus Enne. 8. Volateranus. Nauclerus Gene. 16.



Polyd. lib. 6. cap. 8. Panthal. in Chron. Balau. in vita Felicis. Valer. Anf. Ryd. hoc tribuunt Felici 3. qui Episcopatum Rom. tenuit circa annum Domini 527. Confirmatum in Concilio Spalensi act. 8. pag. 188. Et præcipitur etiã 26. q. 5. ministrare. de consec. dist. 1. c. nemo extra de consec. Eccles. quod in dubijs. Vnde Conciliũ quog. Carthaginen. q. 6. c. 3. prohibet hoc facere sacerdotem, neue hoc alicui inferioris ordinis demandet statuitur, extra eo. aqua. Refert Durandus in Ration. diuinarum lib. 1. cap. 6.

Socratis locus  
de non conse-  
crandis tēplis  
sine Rom. pō-  
tificis autori-  
tate.

Socrates lib. 2. cap. 8. asserit, Canonem Ecclesiasticum iubere, ne qua canonicè deditur Ecclesia, sine consensu Romani Episcopi. Quem verò intelligat Canonem, non facile est intellegere: nam inter Nicænos nullus talis extat. Sed videtur Socrates ex epistola Iulij Papæ hanc phrasim accepisse lib. 2. cap. 17. de quo non est mirum si mysterij iniquitatis more, canones sibi ipsi de suo iure mentitus est. Sozomenus lib. 3. eandem historiam referens, non meminit canonis de consecrandis templis cum consensu Romani Episcopi. De Gelasio item 1. qui Episcopatum Rom. circa annum Domini 495. tenuit, refertur de consec. dist. 1. c. præcepta synodalia & Basilicæ nouiter quod statuerit, Ne basilicæ nouæ, seu nouiter institutæ, sine præceptione Papæ, deditur. Idem etiam ad Ioannem Soranum Episcopum scripsit, Ne publicæ processiones fiant, in Oratorijs, quæ præter auctoritatem sedis Apostolicæ fuerint consecrata dist. ead. c. certum est. Ex his concludunt Doctores Canonum, ecclesiam, data potestate à Rō. pontifice, à solo proprio Episcopo, aut saltem eo, cui consecrandi partes is demandari, consecrari posse. Rationes quibus Durandus probat hoc munus soli pontifici conuenire, hæ sunt: Quoniam, inquit, gerit imaginem Christi, & figuram summi Pontificis Christi, spiritualiter dedicant is, sine quo nihil possumus in Ecclesia stabilire: vnde ipse ait, sine me nihil potest fieri. & in psal. Nisi Dominus edificauerit domum. Vnde Concilium Carthaginense prohibet hoc facere sacerdotem, nec potest hoc alicui inferioris ordinis demandari.

Hæc autem auctoritas antiquitùs semper fuit politici magistratus. Nam Solomon Rex, non pontifex, iussit dedicari suum templum, & ipse illius Dedicatiois præcipuas obiuit partes, ut est videre 3. Reg. 8. Idem postea templum, cum ab Achaso regis pollutum esse, Ezechias aperuit, & sacerdotibus, ut denuò per purgarent & consecrarent, imperauit. Esdræ 6. cap. nona summus pontifex, licet insignis ac celebris Messie typus esset, verum filij Israel, sacerdotes, Leuitæ & reliqui filij transmirationis vnà templum sub Zorobabele edificatum dedicansse memorantur. Ac licet sit credendum, ipsum in hac actione non postremas partes tenuisse: tamen hæc potestas non illi soli assignatur, sed eius persona perinde ac reliquorum sacerdotum ipsius ordinis nomine tantum nocatur. Vnde, quem admodum etiam ex multis alijs, perspicuum fit, Romanos pontifices ea tantum ex legibus, institutis ac ritibus Mosis atq; veteris sacerdotij decerpere, & ad imitationem sibi sumere, quæ allubescunt, quæq; torqueri quoquo modo possunt ad tyrannidem eorum stabilendam: ac si quid etiam extra Aaronicum pontificatum positum huc referri posse viderint, id vel ex ipso paganismo arripere & usurpare. Cicero in Oratione pro domo sua ad pontifices indicat, legem Papiriam vetasse quidem, ne iniussu plebis ædes consecrarentur, concessisse autem, imò præcepisse ut vel à tribunis plebis, vel à pontifice maximo tantum dedicatio fieret. Hæc lex etsi Ethnica sit, tamen pontificibus Romanis magis arrisit, quàm eorum qui sub lege & prophetis vixerunt consuetudo. Quem admodum igitur Iulius Cæsar olim, qui quid pontificibus, tribunis, dictatori, potestatis ac dignitatis in Romana repub. fuit, id omne sibi vendicauit, ut ne quid ei ad summam potentiam deesset: sic etiam pontifices Rom. quiquid in sacris literis, in ecclesia veteri, in exterarum gentium ritibus ac legibus vsquam fuit, quod quidem ipsis ad augendam stabilendamq; potentiam vsus futurum videretur, id omne per fas & nefas ad se solos pertraxerunt. Hæc verò tyrannidis nō solum Iudeis, sed & primitiue Ecclesiæ Christianis planè incognita fuit. Nam sub Christianis principibus, Eusebius Episcopus Hierosolymitanum, & Athanasius

Alexandrinum, non dedicari posse existimant, nisi iubente Constantino Imperatore.

## Quæ templa consecranda.

**I**N Bracarenſi Synodo ca. 6. præcipitur, vt ſi quis basilicam quæſtus causa ædificet, nullus Episcoporum eam consecret. De consec. dist. 1. c. si quis basilicam.

In eadem Synodo 2. cap. 5. circa annum 610. sancitur, Ne prius Ecclesiam aliquam consecrent Episcopi, quam de dote chartulam seu scriptum acceperint, 1. q. 2. placuit. Item de consec. dist. 1. extra de consec. Eccles. vel altar. cum similibus. Quod quidem vt cunque ferri poterat, nisi supersticio fuisset adiecta, quæ voluerunt in ea Synodo caueri, ne templum esset absque oleo & luminaribus. Vnde & Synodus Vuormatiensis cap. 3. anno 868. celebrata, manifestè decreuit, Non prius fieri debere Dedicacionem quam Ecclesie satis sit prospectum de sumptibus, quibus alendi essent ministri, luminaria & alia. In pauperes & egrotos isti sumptus longè melius fuissent collocati. Athanasius, Gregorius Nazianzenus & Eusebius harum rerum in suis dedicacionibus nullam prorsus faciunt mentionem.

Tertio ea tantum consecranda templa statuerunt, quæ concesserit Romanus pontifex, vt modò indicauimus.

## Ritus consecrandi templa.

**S**I ipsis maximè Decretalibus primorum pontificum Rom. fidem habere voluerimus, nullis tamen alijs ceremonijs seu ritibus consecrata ab initio templa fuisse constabit, quàm oratione. Ita namq; Clemens in altera ad Iacobum epistola scribit, Ecclesias facite per congrua loca, quæ DIVINIS PRECIBVS SACRARE oportet. Et quibus Ceremonijs Constantinus templum Saluatoris Hierosolymis in loco Cranij extructum consecrari curauerit commemorat Eusebius lib. 4. de vita Constantini, & Athanasius Apologia 2. Ex qua commemoracione liquet, quali ratione veteres isti templa sua consecrarint: Nihil ibi dicitur de magicis aut supersticiosi cultibus, de aspersione aquæ lustralis, aut similibus rebus, quæ posterioribus temporibus in huiusmodi dedicacionibus vsurpari cæperunt, sed simpliciter indicatur, quòd Constantinus Imp. ad templi illius dedicacionem conuocauit Oecumenicam Synodum apud Tyrrum congregatam, eamq; consecracionem concionibus & precibus, nec non gaudio & exultacione magna peractam fuisse. Similiter patres à Niceno Concilio rogati Constantini Byzantium venisse, & eam vt rem precibus & votis dedicasse, & Constantinopolim ac nouam Romanam appellasse, Nicephorus lib. 8. ca. 26. indicat: item Zonaras tom. 3. de Constantino. Conuocauit & Basilius Episcopus Ancyra ad consecracionem templi recens à se constructi, vicinorum locorum Episcopos, vt Sozom. narrat lib. 4. cap. 13. Agit & de eodem ritu Basilius in enarracione psal. 114: Hic ritus etiam in Africanis Ecclesijs receptus fuit: quemadmodum ex Athanasio videre est, qui Christianos in templis nondum consecratis non conuenisse clarè indicat in Apologia ad Constantinum: vbi & templa, quàm primum ex ædificata fuerint, gratiarum a Elionibus consecrata esse indicat.

Ceterum vt templorum consecracione ex παροῦσα Iudaismi originem sumpsit, ita quoq; Superstitiosus ritibus & ceremonijs ansam mox præbuit. Nam in Decretalibus epistolis Euaristus statuisse dicitur, vt basilicæ non nisi per Missam consecrentur. Sed si verum est quod refert Gratianus de Consec. dist. 1. c. omnes basilicæ & Iuo li. 2. decret. Platina et Sabellicus Enne. 7. lib. 4. Higinus hoc statuit: & sunt, vt glossator ibidem annotat, qui dicant, Missam esse de consecracionis substantia. Falso autem hoc decretum vel Euaristo vel Higinio attribui, inde conijcio, quòd Missæ nomen, cuius illi in suo decreto meminerunt, eo tempore in rerum natura non fuit. Deinde etiam nullas habuerunt ea ætate vel basilicas, vel templa, sed vel simplices domos, vel speluncas & abdita loca in quibus conuentus suos celebrarunt. Et quod magis auget suspicionem, hoc Decretum ne in Higinio quidem Decretalibus legitur, sed solum à Gratiano citatur: permulta autem monachus iste hinc inde recitat, veluti de Pontificum responsis sumpta, quæ tamen in scriptis, quæ illorum Pontificum nomine adhuc supersunt,

Superstitiosus ritus dedicandi templa quando orti. Dedicanda templa per Missam

Judiciū de Gratiani Decreto.



non leguntur, ut longa serie probari possent. Factum hoc ex falsi Bibliothecarij Romanae ecclesiae relatione, à quo Gratianus multa in suo Decreto habet: verò scripta sua constat inuenit ex quibusvis apocryphis vel fictis scriptis in scrinijs vel bibliothecis papae, quibus praerant, reperiis.

Dedicanda templa  
vntione  
Christi.

Deinde si bulla Clementis 6. in qua Iulianum, quem Bonifacius 8. centesimo quoque anno celebrandum indixerat, abrenouauit, & quinquagesimo celebrari praecipit, fides aliqua adhibenda est, Syluester 1. instituit Dedicaciones templorum per vntionem christi: & eo pacto veterem illam Iudeorum consuetudinem consecrandi & dedicandi templa vntione scilicet alijs que puerilibus ceremonijs primus reuocauit, cum haecenus id factum fuerit per Euangelicos tantum sermones, preces et gratiarum actiones, ut supra retulimus. Sic enim scribit inter alia in ea bulla, se velle ut in templo Lateranensi Iulianus celebraretur, idque eam ob causam, quod Syluester Papa hoc templum consecravit nouo quodam consecrandi ritu atque vntione. Si igitur verum est quod hic Papa scribit, falsum erit quod quidam affirmare audent, templa & sacella quaedam ab ipsis Apostolis ad hunc modum consecrata fuisse.

Tertio, post annum Christi 300 in Dedicacionibus templorum addere ceperunt dotaria magnifica, quemadmodum de Constantino M. Eusebius indicat lib. 4. vita eius, quod in dedicatione templi Hierosolymitani in loco Cranijs extructi id dotarit, & regalibus anathematis exornarit. Idem etiam de Bonifacio 1. Celestino 1. & Sixto 3. referunt Platina & Sabellicus Enne. 8. lib. 1.

Praeterea circa Gregorij 1. tempora in dedicationibus templorum fumigationes captae sunt vsurpari.

Et sanè Gregorius ipse mirabiles dedicationes dicit varijs Episcopis: libro 10. epist. 12. libro 7. epist. 71. lib. 8. epist. 63. Ecclesiam, prope domum Merulanam positam, Severinog, dicatam, consecraturus, sibi eius reliquias transmitti postulat: libro 2. indict. 2. cap. 58. Ipseque primus semper vult, ut reliquia aliqua in consecratione templorum praesto sint: et diligens hanc exploratio, ne alterius cuiusdam sancti corpus ibi sit sepultum. Gilbertus Cognatus Narrat. Syl. lib. 3. Et in Nicana 2. idololatrica synodo anno. Domini 788. celebrata, similiter statuitur cap. 7. Ne templa sine reliquijs sanctorum consecrentur.

Est & hic insignis error in Gregorio, quod vult ut quotannis diebus octo Encania celebrantur, ad imitationem Iudeorum, qui dumum Iehouae, sub Achaz prophanatum, octo diebus sanctificauerunt. 2. Paralip. 29. de consecr. dist. 1. c. Sollemnitates. Iudas quoque Machabeus, cum fratribus & toto populo constituisse dicuntur, ut dies renouati templi singulis annis octo diebus celebraretur. Nam hac de re nullum vel Christi, vel Apostolorum, vel primitiuæ Ecclesiae praecipuum extat.

De expiationibus quoque Templorum Ethnicorum, hic Gregorius Augustino Anglorum Episcopo praecipit, ut sana idolorum destrui in eadem genere minime debeant: sed ipsa quae in eis sunt idola, destruantur: aqua benedicta fiat, in istis templis aspergatur, altaria construatur, reliquiae ponantur: quia si sana eadem benè constructa sunt, necesse est, ut à cultu demonum in obsequium Dei veri debeant commodari: ut dum gens ipsa eadem sana non videt destrui, de corde errorem ponat, & Deum verum cognoscens ac adorans, ad loca quae consuevit familiarius concurrat.

Paulus 1. dedicationibus templorum nouas etiam Ceremonias addidit ut Balanus in vita eius refert: sed quae aut quales ea fuerint non indicat.

In veteri quadam Agenda Ceremonia & Ritus consecrandi Templa his verbis describitur. Conuenerunt ad limina templi consecrandi Episcopus sacris indutus vestimentis, omnis clerus cunctusque populus: ibique duodecim posita fuerunt candelae ardentes intus in Ecclesia ante 12. cruces in Ecclesiae parietibus depictas. Ad templi fores oclusas recitabantur primitim ab Episcopo aliquot precula: postea clero & populo templum circumuectibus, & cantantibus responsum aliquod. Episcopus parietes aqua benedicta, quae sale mixta erat, aspergebat.

gebat cum fasciculo byssopi. Quibus ad templi ostium, vnde modò digressi fuerant, redeuntibus. Episcopus, repetitis prius aliquot precatiunculis, ad ostium accedens, baculo pastorali illud pulsabat: Tollite, inquit, portas, principes, vestras & eleuamini porta aeternales, & introibit rex gloria. Cui diaconus in templo conclusus respondebat: Quis est iste Rex gloria? Episcopus vicissim: Dominus fortis & potens in praelio. His tertia vice peractis, ianuam referari iubebat pontifex: qua aperta ipse cum duobus tribusue ministris, cum mansionario & acolutho tantum ingrediebatur reliquis foris manentibus, ter hac iterata salutatione: pax huic domui: moxq; ostiũ denuò claudebatur, & Episcopus se ad altare prosternens, preces faciebat. At clerus foris litanias cantabat, quibus sacerdotes humeris gestantes feretrum, quo reliquiae nouum illustratur a templum continebantur, astabant, vsq; dum Episcopus altare & omnia eius instrumenta sanctificasset. Ludebat autem interim in templo quibusdam ineptijs Episcopus, appingendo literas parietibus, exorcizando sal, aquam, cinerem, vinum: hisq; simul commixtis intingebat pollicem, ac saepius crucis signum altare notabat: deinde & parietes interiores templi, totamq; aream perfundebat. Post hæc rediens ad altare, incensum offerebat. Tandem in omnes angulos pollice infinitam pingebat multitudinem crucium, hæc adiciens verba: Sanctificetur hoc templum in nomine patris, filij & Spiritus sancti, Amen. His peractis concionem habebat Episcopus ad populum ante ostium templi, de honore Ecclesiastico, de decimis, de oblationibus Ecclesiarum, ac de anniuersaria illius Ecclesie dedicatione, alijsq; de rebus magis ventrem, quam sacros cultus spectantibus. Tandem simul omnibus ingressis templum horrendo boatu replebant. Eundem serè ritum describit Ioan. Sleidanus lib. 21. Comment. Et Durandus in Rationali diuinorum lib. 1. cap. 6. Quæ profectò si ex magorum & incantatorum schola profecta non sunt, nescio vnde sint desumpta. Ritus tamen huius supersticiosissimi reddunt has causas. 1. Quòd basilicam consecrandam pontifex ter circuit, eo effingit triplicem circuitum Christi: nempe de cælo in mundum, de mundo ad limbum, de limbo ad cælum: vel triplicem ecclesie statum, vt coniugatorũ, viduarum, virginum. 2. Quòd ter pontifex ostium pulsatur, dicens: At tollite portas: significat triplex ius esse Deo in corda nostras, secundum Anselmum: primum quia fecit, dein quia redemit, deniq; quia seipsum nobis promisit & dedit. 3. Aquam aspergens, significat baptismum & penitentiam. 4. In pavimento literarum characteres scribens in cineres illic sparsos ad crucis formam ductis lineis à dextra sinistrorsum & contra, effingit duorum populorum coniunctionem, & humilitatem. 5. In parietibus intus cruces pingit ad repressionem sensuum, de qua Paulus Galat. 5. 6. Luminaria ante cruces ponuntur, ad significandum lumen, in quo nobis sit ambulandum. 7. Inungit cruces chismate, ad odorem bonæ fragrantia significandum: & similia multa nungantur.

His ritibus seu potius incantationibus diuinam quandam vim attribunt. Putant enim nisi dediceretur templum, non posse ibi preces haberi, non exaudiri orantes, non rectè predicari verbum Dei, nec Sacramenta administrari. Nam Clementi & Felici Romanis pontificibus affinxerunt, quod de creuerint, non nisi in consecratis locis sacrificare & Missas celebrare licere: de Consecratione distinct. prima can. Sicut non alij, item, Hic ergo. Vbi simul indicatur, quòd idem in Triburiensi Synodo anno 811. habita, sancitum fuerit. Hæc autem sententia manifestè Iudaismum olet: alligat enim religionem ad certa loca. Scriptum quidem extat Deuteronomij duodecimo, Vide ne holocausta tua offeras in omni loco, sed in eo duntaxat quem Dominus elegerit: Vnde colligunt in ijs solum locis facienda esse sacra quæ ipsi suis incantationibus consecrarint & dedicarint: cum Deus hoc non de locis ijs quos ipsi crucibus & vntionibus suis consecrarint, sed de vrbe adeq; Hierosolymitana illustri Ecclesia typo locutus sit. Deinde supra ostendimus, in Veteri Testamento, religionem & cultum Dei externum, in primisq; sacrificia templo Hierosolymitano ita fuisse alligata, vt extra illud immolare & sacrificare nefas fuerit, in veteri autem Testamento relaxata est hæc ceremonia Christi Domini aduentu, qui locum cultus & religionis liberum suis fidelibus fecit.

1.  
Dedicationum  
superstitiosorum  
abusus.



2. Addiderunt & hunc abusum, quod hoc ritu existimarent depelli Satanam. Ac ut ea res plus admirationis & auctoritatis haberet, signa mendacia confinxerunt plurima, quibus magno studio applausum est. Adrianopoli enim, cum Alipius templum Eufemie consecraret, conspecti sunt diaboli magnis turmis auolare: refert Metaphrastes in vita Alipij. Hoc si maxime verum est, factum tamen ad cultum idololatricum & supersticiosum confirmandum, ac seducendum impios. Ita de Pantheo, quod antea fuerat idololatricum templum, à Bonifacio 4. autem S. Marie & omnibus martyribus dicatum, Petrus Præmonstratensis refert, quod ante dedicationem eius, Christiani sæpè à demonibus percussi sint in illo templo: id verò deinceps post consecrationem eius non amplius factum. Addit verò Balæus Centuria 1. de Scriptoribus Britannia in Bonifacio 4. ideò cessasse illos spiritus, si maxime vera sint quæ Præmonstraten. referat, quod tunc Romani illa mutatione amici diabolorum essent facti, dum neglecta & corrupta doctrina, omnia replerent supersticiosi ceremonijs & traditionibus humanis. Quasi verò supersticiosi suis ceremonijs possint diabolum cogere, ut discedat cum voluerint, cum tale spiritus sancti χάρις non acceperint. Deinde nesciunt illi, an diabolus eo in loco sit, quem illi consecrati: quod cum ignorent, nec verbo Dei muniantur, qui quid agunt, citra fidem operantur, & ideo peccant, cum Apostolus dicat, Quicquid ex fide non est, peccatum est. Fuere quidem interdum domus ubi spiritus maligni horrenda quedam exercuerunt, ita ut ab hominibus non potuerint habitari, cuius illustre exemplum extat lib. 7. epistolarum Plinij secundi. Sed ibi factò ipso cognoscebatur spiritus malus præsens adesse: At in cæteris edificijs, nec ex effectibus, nec ex Dei verbo intelligi potest carodæmonia inesse: Cur ergo illi tam imperiose illos adiurant? Cur non potius totum terrarum orbem exorcisant, cum Paulus Ephes. 6. diabolos *νοσπουράς* cogat appeller? aut saltem vniuersum aërem, quo ad respiciendum vimur: cum spiritus mali potestates aëris appellentur?
3. Cumq; ab initio Christianismi templa Oratoria, Dominica, & Domus Dei vocarentur, sicut supra indicauimus, ut quæ soli Domino Iesu Christo sacra essent, & publicis precibus, alijsq; diuini cultus exercitijs eidem dedicarentur, tandem sanctus mortuis dedicari cœperunt, & Diuorum Diuarumq; nominibus appellari, ut pote Petri, Pauli, Marie & aliorum. Quæ res quidem circa annum demum Christi 500. cœpit, & paulatim in fœdissimum abusum abiit, ut supra indicauimus. Sic Ethnici quoque, cum certis Ceremonijs sua templa consecrassent, vni alicui dedicauerunt, quos pro Dijs colebant, indeq; templum denominauerunt. Hinc, ut Arnobius lib. 6. contra Gentes testatur, dicere solebant, hoc templum Martis est, hoc Veneris, illud Iunonis: Apollo hic habitat, in hoc manet Hercules. in illo Summanus, &c.
4. Est & hic insignis Dedicationum templorum abusus, quod visitationibus earum peccatorum remissionem ascripserunt: id quod primò fecisse legitur Gregorius M. circa annos 600. quem inde in eodem errore sequutus est Alexander 2. circa annum Domini 1066. qui inquit in Privilegio Casinen. Statuimus, ut quicumque deuotus ad Casinen. Ecclesiam dedicationem annualiter venerit, de peccatis suis 40. dierum remissionem accipiat.
5. Item, quod has Ceremonias ab hominibus inuentas plures faciunt, quàm Sacramenta diuinitus instituta. Maiori enim pompa & apparatu in eis administrandis vtuntur, quàm cum Cœnam Domini vel Baptismum celebrant.
6. Præterea etiam Conuiuia & comessationes vsitatae fuerunt in eiusmodi Dedicationibus: quæ vnde originem traxerint, in libro nostro de Festis, sub Enceniorum festiuitate, pluribus indicabitur: Et in primitiua Ecclesia toleratae quidem certis de causis aliquandiu fuerunt, postea verò in Nicæno Concilio damnatae: sed rursus confirmatae à Gregorio M. qui ait: Ethnici, qui boues solent in sacrificio demonum vultus occidere, debet etiam hac de re aliqua sollemnitas immutari, ut die dedicationis vel natalis Sanctorum martyrum, quorum in templis reliquæ ponantur, tabernacula sibi circa easdem ecclesias faciant de ramis arborum, & religiosi conuiujs sollemnitatem celebrent lib. 9. indi. 4. epistola 71. ad Arguulinum Anglorum Episcopum.

## Templa quando, &amp; quibus ritibus reconsecranda.

**P**roter illa decreta Rom. Pontificum quæ supra retulimus, etiam alia quædam extant de Dedicacionibus Ecclesiarum. Nam si qua fides Canonibus Synodorum, qui in tomis Conciliorum, vt hodie extant, continentur, tribuenda est, extat inter Canones Concilij Nicæni conscriptos à Gratiano, Canon, qui præcipit, Ecclesias semel consecratas non iterum consecrari debere: & hanc rationem affert: Sicut infans à qualicunq; sacerdote in nomine patris, & filij & Spiritus sancti baptizatus nõ debet iterum baptizari: ita nec locus Deo dicatus iterum consecrandus est. *Destinct. 68. c. Ecclesijs semel. Sed non valet hæc consequentia, nam de dissimilibus idem non est iudicium.* Bergomensis in Arcadio hoc decretum Innocentio 1. papæ circa annũ 410. tribuit: idem & facit in Innocentij 1. vita Balæus. Excipiunt tamen Execrationem (sic enim loquuntur) Ecclesiarum: eamq; fieri tripliciter volunt. Primò si fuerit combusta, ita vt parietes omnes, vel eorum maior pars, fuerint destrucati. *Vt d. 1. ca. Ecclesijs. ff. de contrahenda emptione. l. demum. Leuit. cap. 14. propè finem.* Si enim solummodo cectum, vel aliqua eius pars parietibus manentibus, vel saltem in modica parte destructis, combusta fuerit, reconsecranda non est, exera de Consecrat. Eccles. vel alt. a. lignis. Durandi rationale diuinorum lib. 1. cap. 6.

Secundò, si tota Ecclesia aut maior eius pars simul funditus corruerit, & ex toto fuerit reparata ex decreto Iulij 1. ead. dist. de Fabrica verò. Consecratio enim Ecclesiæ maximè in exteriori vntione, & lapidum coniunctione & dispositione consistit: vt in dicto cap. Ecclesijs. Durandus ibid. Si verò non simul, sed successiue parietes omnes ruerint & reparati fuerint, eadem censetur Ecclesia, ideoq; nõ reconsecranda, sed duntaxat aqua exorcizanda, & Missæ solennitate est reconcilianda. De Consecr. dist. 1. de Fabrica. & c. si motum ff. de leg. 1. quod in rerum. Durand. ibid. Alij tamen dicunt reconsecrandam esse. Durandus ibid.

Tercio reconsecranda est Ecclesia, si dubium sit, verum aliquando fuerit consecrata. Durandus ibid. Hoc autem statuit Felix 1. circa annum Domini 278. Platina in vitis. In Concilio quoq; Carthaginen. 5. circiter annum 420. habito, sancitur ca. 6. vt si de consecratione alicuius Ecclesiæ hesitetur, consecratur sine vlla trepidatione. Hoc etiam statuit Felix 3. vel iuxta alios 4. in epist. decret. 1. ca. 2. nimirum, Si dubitetur de Ecclesiarum consecratione, & nec certa scriptura, nec certi testes existant, à quibus consecratio sciatur, sine vlla dubitatione consecrentur. *Vide dist. 1. de Consecr. c. Solennitates. Idem statuitur in Meldensi Synodo cap. 8. vt refertur ead. dist. c. Ecclesiæ. His casibus adijcit Gratianus alios etiam de Conf. d. 1. si motum: nimirum, si motum sit altare, aut ecclesia homicidio vel adulterio polluta fuerit, vt tum reconsecratur diligentissimè: ex Higini institutione: quæ tamen ne in Decretalibus quidem Higini leguntur, vndeunque Gratianus ea habeat. Et in Nicæno Concilio statutum fuit, si verum est quod Gratianus refert de Consecr. dist. 1. c. Ecclesijs semel. reconsecrandas esse Ecclesias, si illi à quibus consecratae sint, fidem sanctæ Trinitatis non tenuerint. Synodus quoque Aurelianen. ca. 3. sancit, Ecclesiam, in qua paganus sepultus sit, non licere consecrare, neque Missas in ea celebrare. De Consecrat. dist. 1. c. Ecclesiam. Eadem dist. c. Ecclesiam, indicatur ex Agripinensis Synodi decreto, Ecclesiam, in qua mortuorum cadauera fidelium sue infidelium sepeliantur, consecrare non licere: sed si idonea videatur ad consecrandum, erutis & eiectis inde corporibus, & rasis parietibus ac signis eius loci, reedificandum, id est, rursuram dealbandam. Quod si ante a consecrata fuerit, Missas in ea celebrare licere, si tamen fideles fuerint, qui in ea sepulti sint.*

Alexander quoque 3. præcepit, Templum, per adulterium in ipso commissum per sacerdotem pollutum, aquæ benedictæ asperione expiari seu reconciliari debere: libro quinto, Decretal. titul. decimosexto, canon. quinto, significari. Primitiue autem Ecclesiæ sancta simplicitas huius generis aniles ceremonias & superstitiones prorsus ignorauit. Polluerat supro femine nobili illato Constantinopolitanum templum Nectarij Diaconus:



DE ORIGINE

pollutum templum Episcopus nec aqua benedicta, nec alia ceremonia reconsecrauiſſe vel reconciliaſſe legitur, ſed Diaconū officio ſuo remouit. Quae ratio reconciliandi templa hodie ad hoc optima foret, nimirum ſi quod in his ceterū ſacinus eſſet admiſſum, meritis paenis ſontes af-  
ficerentur, & culpa publicis pariter ac priuacis precibus depelleretur. Quo pacto ſpes foret & Deo ſatisfactum iri, & ſuam templo ſanctitatem priſtinam recuperari. Nam quemadmodum princeps affectus aliqua contumelia, maiestatem eatenus amiſit, quatenus qui iniuriam fecit, impune ſcelus ſuum tulit, ac rurfus eam recuperat, cum de fonte ſupplicium ſumptum erit: ſi quiquid ſceleris in templo ſit pacratum, tunc ſua templo ſanctitas reſtituetur demum, cum ſumpta de fontibus poena, templum ſit à contaminatione & contemptu vindicatum.

Ne tamen in his reconciliationibus ſacrarum literarum auctoritate deſtitui videantur, Chriſti factum adducunt, qui flagello ex funiculis confecto, ementes ac vendentes è templo eiecit. Sed hoc argumento ipſi maniſeſtiſſimè redarguuntur. Episcopi enim & Suffraganei qui templa ipſorum dedicant & reconciliant, ſuam operam mercantur ſimul & vendunt: & niſi aliqua mercede ad hoc conducantur, ſuam operam denegant. Et quod ipſa templa Papiſtica attinet, quid obſecrò aliud ſunt quam forum rerum vanalium, mercatus & nundinae Miſſarum? Digniores igitur eſſent qui flagellis, imò ſuſtibus è templis Chriſtianorum eijcerentur, quam qui apud Iudaeos ſuo mercatu templum ſpeluncam latronum fecerant.

Pro Dedicacionibus templorum, altarium, Cœmeteriorum, &c. niſi petendum.

**I**N Brunſuicarienſi Synodo, quae iuxta aliquos eſt prima, & celebrata anno 610. ca. 5. ſancitur, ne pro Dedicacione Eccleſiarum Episcopi aliquid petant, ſed tamen accipiant. Idem etiam ſtatuitur in Cabilloneni. Synodo ca. 16. Item in Vuormatienſi, anno Domini 868. habita. Sed Cenulphus Rex Merciorum, cum apud Vuynhecumbam curaſſet dedicari Eccleſiam, tredecim Episcopi, & 10. ducibus marſupia xenijs compleuit, & preſbyteris marcham auri, monachis ſolidum unum, & toti populo ſua quaedam munuſcula diſtribuit. Vñ Wilhelmus lib. 1. cap. 77. de Anglis. Henricus etiam 2. Imp. Bambergeniſis Eccleſia dedicacionem, per ipſum pontificem Rom. Benedictum 8. factam, ea obtinuit conditione, vt quotannis ex illa Eccleſia Romano hiſco cederent 100. argenti marcae, cum e quo albo & phalerato, circa annum 1010. Leo tamen papa poſtea Beneuentum ab Imperatore dono accipiens hoc tributum remiſit. Quam probe etiam hoc decretum ſeruetur hodie, ex Grauaminibus Germaniae in Comitibus Norimbergeni. anno 1522. pontificio legato oblatis, apparet: grauamine enim 48. ita queruntur. Cum Eccleſias & templa praeuenuina quidem, Deo dicant, ſacrantiſſimè, nonnulli Suffraganeorum, ſubditos vt cuncti, per ſe egeſtate laborantes, ſuperfluis minimè, neceſſarijs ſumptibus onerant: neque hoc contenti, quin munera quoque, & illa quidem immodica, à miſera plebecula exigunt. Grauamine item 49. queruntur, quod pro Conſecratione Altarium eorumque ornamentorum, munera ac dona petant innumera. Catal. teſtium verit. fol. 346. Cumque in agro Tigrino quidam Episcopus accepta pecunia, duo templa conſecraſſet, ſacerdos verò quidam eum Simoniacum eſſe diceret, quod dona Spiritus ſancti venderet: Ille reſpondit, ſe non paciſci cum rufficis, vt Simon fecerit cum Petro, ſed ne hoc ſcelus incurrat, ſe ipſis diſerte praecepſiſſe, vt tantū ſibi pecunias pro illa luſtratione numerent. Similiter in Grauaminibus Germaniae grauamine 50. conqueruntur, vt ſi forte ſue armis, pugnis tantum & capillis in Cœmeterio, du plures ſie manus conferant, aut rixam habeant, ad ſanguinis uſque, quantumuis modici, effuſionem, mox ad interdiſtorum ſeueritatem recurrere Eccleſiaſticos: nec prius publica Chriſtianorum redintegrare officia, quam ciuium vniuerſitas cœmeterium denud magna pompa, grauidusque nec minoribus impenſis conſecrari curauerit, quam primum ex propbano reddito ſit ſepulturae locus ſacer. Factumque eſt in agro quoque noſtro, vt ſuffraganeus quidam totum cœmeterium luſtratis pro certa ſumma pecuniae: poſtea cum pauperculi agricola interroga-  
rent, ubi ſepeliendi eſſent infantes, qui abſque baptiſmo decederent, mox angulum quendam cœ-  
meterij

mererij iussis non esse sacrum, vel prophanauit, sed neque hoc gratis, denuò enim pecunias ei numerari oportuit. Fecit perinde vt Episcopus quidam olim, qui, cum ieiuniorum die carnes ad edendum apponerentur, cruce super carnibus facta, dicebat, *Sis piscis, sis piscis: & pro piscibus carnes comedis. Ita illudunt isti homines miseris mortalibus.*

Dedicationes templorum quando festiuae & anniuersariae factae.

**C**um primum templa consecrari cepissent, Dedicationes eae festiuae, nondum tamen anniuersariae fuerunt. Cum enim finis persecutionibus, Christianis templa vel noua extruere, vel idololatrica & Ethnica in suum usum conuertere liceret, ad dedicationes eorum vndiq; magna cum laetitia concurrerunt, Deo pro hoc beneficio gratias agentes & totum diem illum ingenti cum gaudio consumentes. Vnde Nazianzenus in oratione in nouum Dominicum: *Vt Encania, inquit, honorentur, vetusta lex est. Et de Alexandro Alexandrino Episcopo Athanasius refert, in Apologia ad Constantium, eum absolutis templorum operibus, encania & dedicationes per conuentus, laudes & gratias Deo canentes celebrasse. Sub Constantino M. autem magis quam vnquam antea festiuae esse coeperunt. Is enim Imperator diem festum admodum solenne ad celebrandam dedicationem templi Saluatoris, quod Hierosolymis in loco Cranij extruxit, indixit. Patres enim Tyri in Concilio congregatos Hierosolymam vocauit, eosq; per suum legatum amica dextera porrectione, conuiujsq; splendidis & epulis exquisitissimis honorifice excepit, & in pauperes & nudos pecuniam & vestes distribuit. Episcopi verò precibus simul & concionibus id festum decorarunt: alij diuinas lectiones interpretati, arcanas contemplationes reuelarunt: alij mysticis operationibus sacrorum Deum placarunt, & pro communi pace, pro Ecclesia Dei, pro Imperatore & filijs eius preces Deo obtulerunt, vt testatur Eusebius lib. 4. vita Constantini. Ex quo tempore festiuitates frequentissime gerebantur à Christianis cum omni laetitia & exultatione, per vrbes & loca singula Ecclesiarum dedicationibus celebratis: ad eum omnino modum quo Iudas Machabeus quocumque ciuibus suis pro renouatione templi sacrificia per dies octo celebravit, nullum genus deliciarum relinquens. sed preciosissimis & lautissimis dapibus eos pascens.*

Haec autem festiuitates quando solennes & anniuersariae factae sint, non similiter ab auctoribus traditur. Gratianus distict. 1. de Consecrat. ca. Solennitates. indicat, Felicem. 1. statuisse, vt solennitates dedicationum per singulos annos celebrentur: refert etiam Cranzius lib. 2. cap. 1. Metrop. Hoc alij Siluestro 1. tribuunt, qui instituisse dicitur consecrationes ecclesiarum solennes. Antoninus tit. 9. cap. 2. Balbus in vita Pontificum hoc Felici 3. tribuit. Hermannus Gigas Felici 4. quem statuisse dicit, vt anniuersaria dies Dedicationis templorum singulis annis solenniter celebraretur, in epist. ad Episcopos per diuersas prouincias constitutos cap. 1. Refert idem N. Doard. in annot. ad Durandi lib. diuinorum offic. 1. cap. 6. Ego principium harum solennitatum ad Constantini M. tempora refero: ex quo tempore enim templum Saluatoris Hierosolymis dedicatum est, dies ille dedicationis quotannis celebrata fuit. Sic enim Nicephorus lib. 8. cap. 50. Erat, inquit, is decimus quartus mensis Septemb. dies, qui ab eo tempore in ecclesia Hierosolymitana quotannis publice ab omnibus festus & celebris agitur: octo ex ordine diebus conuentibus celebrandis. Quibus diebus ex omni terrarum orbe homines conueniunt, & ad festos conuentus concurrunt. Ante hoc tempus non legitur in hist. Ecclesiast. templorum dedicationes repetitas fuisse. Confirmauit hunc morem Gregorius M. dicens: Solennitates ecclesiarum dedicationum per singulos annos sunt celebranda: dist. 1. ca. Solennitates. de Consecr. Eumq; probare nititur exemplo Christi, qui ad Encania Hierosolymam profectus est, Ioan. 10. Quasi verò Christus Encaniorum causa Hierosolymam abierit: ac non id partim obseruationi legis, quam impletam non sublatam venerat; partim occasione, qua ad instituendam multitudinem hominum ad illud festum confluentium



maximam nulla commodior fuit, dandum iudicatis. Eadem enim de causa, alia quoque festa ad docendum arripuit ac usurpauit. Et disertè Ioannis 7. indicatur, ipsum ad festum tabernaculorum Hierosolymam ascendisse, non quòd cum crasso & supersticioso Iudeorum vulgo festum celebrare, aut Christianos suo hoc exemplo docere voluerit, ut id celebrent, sed potius ut doctrina suapiorum mentes illuminet, ac de ijs admoneat, quæ festi iusti ceremonijs adumbrabantur. Ad hæc nec Solomon, nec Moses, nec Zorobabel anniuersaria hæc voluerunt esse festa, sed solus Iudas Machabæus, qui profligatis Antiochi copijs omnibus, urbem recuperata templum, ab Antiocho Epiphana pollutum, repurgauit, idolum Iouis Olympij, ab eodem impostum, exussit & aram vna cum templo, sacris legitimè factis, rursum dedicauit, circa finem anni tertij die 25. mensis Cisleu, qui partim Nouembri nostro, partim Decembri respondet. Et quia hoc beneficio Deus suarum promissionum fidem mirifice declarauerat, constituit primæ omnium Iudas & fratres eius, totaq; Israelis concio, ut dies renouationis altaris suis temporibus agerentur singulis annis, scilicet octo dies, à 25. die mensis Cisleu magno cum gaudio & læticia: de quo vide lib. 1. Machab. 4. & 2. Machab. 2. & 8. capitibus. Vbi etiam indicatur solennitatem hanc Luminum, seu Luminarium festum appellatam fuisse, non quòd vbiq; in parietibus templi lumina affligerent, ut in papatu hodie fieri solet, sed quòd Iudæi præter spem hoc tam splendidum lumen exercenda religionis apparuerit, sicut ibidem disertis verbis refertur. Hæc consuetudo inde vsq; ad tempora Christi durauit, ut ex 10. cap. Ioannis intelligitur: hæc enim sunt illa anniuersaria Encenia ad quæ Christum Hierosolymam ascendisse ibi dicitur. Qualis tamen fuerit consuetudo, & quibus ritibus celebrata sint illa Encenia facillè ex historia colligi potest. Celebrabatur enim, ut dictum est, memoria restituti cultus veri Dei in templo, deiecto inde Antiochi præsidio: ita potissima pars erat gratiarum actio pro beneficio diuinitus accepto. Hodie verò huiusmodi solennitatibus accedit mercatus, ut circa templa, nec non in templis & cæmeterijs forum rerum vanalium videas: tota die bibitur, eos a die luditur, saltatur, lascini cantus audiuntur, ut Bacchi & Veneris quoddam festum, non Christi celebrari putes. Et hæc illa Encenia aut Dedicacionum festa sunt, quæ inter Christianos hodie passim retinentur, & à quibus ne ij quidem omnes abstinent, qui Euangelij & purioris doctrina sectatores videri volunt. Est autem ingens corruptionis argumentum, quòd pleriq; in religione carnis licentiam querunt, & sub illius publico prætextu priuatæ libidinis indulgent. Sed quia pauci per Dei verbum se corrigi patiuntur, easdem proculdubio aliquando scopas expedit Deus, quibus olim Iudeorū superstitiones cum totius gentis excidio expurgauit.

## Signa falsa pro Dedicacionibus Templorum.

Quo verò res hæc tota de Dedicacionibus Templorum plus admirationis & auctoritatis haberet, ad confirmandas superstitiones de cultu Sanctorum mortuorum, & ad explendam auaritiam sacrificarum, multa signa mendacia consinxerunt, in quibus populus stupidus animum occupauit, vsq; magno studio applausit. Eorum supra quædam commemorauimus, cum de abusu supersticiosarum Dedicacionum loqueremur: ijs iam alia adijciemus que quidem inter legendum historias nobis occurrerunt. Cum quidam Episcopus prædæ inbiens Parisijs templum Dionysij à Dagoberto aedificatum, dedicare superet, alij sacerdotes qui inuidebant illi dedicacionis anturpium, subornauerunt quendam, qui diceret, se noctu in eo templo vidisse Christum & Apostolos, Petrum, Paulum, item Dionysium, Rusticum & Eleutherium id consecrantes: ac se leprosum in eius rei testimonium à Christo sanatum esse, impresso vestigio manus in parietem: atq; ita altera consecratio fuit impedita. Vincencius lib. 23. cap. 26. Robertus Gaguinus lib. 3. de gestis Francorum. Cranzius in Saxonia lib. 1. cap. 32. Fulgosus lib. 1. cap. 6. Ad eundem propè modum anno Domini 948. Sept. 13. in vigilia Exaltacionis Crucis Fanum Virginis Mariae à Michaele archangelo in Eremo Heluaciarum dedicatum volunt: quæ Dedicatio, quoties Crucis exaltatio in dominicum incidit diem, eo anno magno hominum in eum locum concursu, etiam ex remotissimis locis summa cum de-

notione celebratur, vocaturq; ab ipsis Sic Engelwyche. In dedicatione Oratorij Turonensis ignitum globum apparuisse, & totum oratorium repletum esse fulgore terribili, Gregorius Turonen. de Gloria Confessorum cap. 20. tradit. Cum Colonia templum esset à tribus Metropolitibus Lotharingæ consecrandum, nocte præcedente voces malignantium spirituum audire sunt, querulantium quòd de sedibus suis sint propulsandi: anno Christi 871. Sigebertus in Chron. Dunstanus Cantuariensis Episcopus dedicaturus aliquando Temp. .. aqua ibi defecit, baculo ergo terram ferijt, moxq; largissimè est fluxit aqua. Aliam Ecclesiam idem dedicaturus, cum ad Orientem eam non spectare animaduerteret, humeros parieti admoir: sicq; ad Orientem conuersa est, si quis Vincentij nugis fidem habere voluerit. Similem ferè fabulam sæpè audiui de simplicibus quibusdam apud nos monticolis referre, qui cum babuissent fanum admodum angustum, id admotò simul parietibus humeris, maius & capacius facere conati fuerint.

3.

4.

5.

6.

## CAPVT III.

## De Origine Consecrationis seu dedicationis Altarium.

**H**istoria Romane ecclesiæ Dedicaciones Altarium primis tribuuntur pontificibus Euaristo, Higinio & alijs. Sed hæc non conueniunt cum ijs quæ supra de Altarium origine ex veris historijs retulimus. Idcirco alij hoc Felici 1. qui vixit circa annos Christi 280. tribuunt.

Dedicaciones altarium à quibus instituitur.

## Quæ Altaria consecranda.

**A**ltaria quæ non essent constructa ex lapidibus, ad vsum celebrandi officia diuina, consecrari noluit Euaristus, qui vixit circa annos Christi 105. Securus Higinus decretum idem tulit circa annum Domini 142. Sin autem verum est quod D. Gerson lib. 4. contra Floretum indicat, Siluestrum 1. circa annos 310. demum lapidea altaria instituisse, falsum erit quod isti in decretalibus epistolis affingitur. In Epaunensi etiam Synodo, quæ celebrata esse dicitur circa annum Domini 400. ca. 26. sancitur, vt altaria, nisi lapidea, in infusione christiatis, non sacrentur. Notandum verò quod author Conciliorum sibi constare negat, vbi nam terrarum Epaunensis ciuitas sit. Gratianus autem de Consecr. dist. 1. ca. Altaria non Epaunensi, sed Hipponensi Synodo ascribit, quæ ca. 6. hoc fanciuerit. Hormisdam quoque instituisse aiunt, Aras absque Episcopi permisso erectas extructasque, quamuis sacratis in delubris, non consecrandas: qui secus fecerit, si clericus fuerit, ex authorari, si laicus anathematizari iubetur, de Consecr. dist. 1. ca. Nullus. Hoc propterea decretum videtur, vt inhiberetur supersticio, quæ non solum in templis, sed extra ea in vijs, campis similibusque locis altaria erexerunt.

## Altaria à quibus consecranda.

**I**n Synodo Aurelianensi 3. anno Christi 539. iuxta Panuin. habita sancitur ca. 15. Episcopum in Ecclesia aliena altare consecrare non debere. In Agathensi Synodo ca. 39. statuitur, ne presbyter altare consecret, sicut etiam præcipitur de cons. 26. q. 6. ministrare diacon. Unde in Bracarensi Synodo 1. anno Domini 610. conuocata, sancitur ca. 37. vt si quis presbyter ausus fuerit ecclesiam aut altare consecrare, ab officio suo deponatur.

T



## Altaria quibus ritibus consecranda.

**E**varistus statuisse dicitur, consecrare Altaria unctioe chrismati, & sacerdotali benedictione. De Consecrat. autem dist. 1. ca. Altaria. hoc decretum Agathensi Synodo tribuitur. Et in Colonienſi Synodo anno 1536. habita cap. 12. part. 9. Silueſtro 1. aſcribitur.

Quo ritu autem altaria consecrari ſolita fuerint circa annum 800. ostendit Canon 24. Concilij Aquenſis, como 2. Conciliorum, qui iubet Altaria erigere, eiusque oleum superinfundere, ac sancto Chrismate perungere, & de factis dictisq. Jacobi melodiam Christo canere: & à fidelibus oblationes, vota, & precioſarum diuerſarumq. rerum ad decorem & honorem diuini cultus, Sacerdotum, ceterorumq. ministrorum Christi vsus, pauperumq. receptionem ac recreationem ſuſcipere donaria.

Altaria portatilia circa annum millesimum à nato Christo non aliter consecrabantur, nisi vel in tabulis ligneis, vel aliquo competenti ſubſtratorio compacta, & firmiter eſſent afixa; vnde licet de loco ad locum moueantur, non tamen de loco in quo consecrata ſunt, moueri debent; à quo ſi auſa fuerint, ſicut cetera altaria iterum consecrabantur. Iuo in epistolis. Vocant autem altaria portatilia & viatoria, lapides consecratos, quos ſecum portare ſolent, ſed alibi ſacra facturi ſunt, quam in delubris & lapideis altaribus: tum enim quæuis menſa viceſ præſtat aræ. ſi modò impoſitos habeat huiusmodi lapides ſacros. Quare vbicunq. libet, horum ſubſidio, neceſſitatis prætextu, ſacra facere licet.

Altare portatile seu viatorium.

Durandus lib. 1. cap. 7. Rationalis diuinorum offic. Consecrationem Altaris ſic deſcribit: In primis, ait, pontifex incipit: Deus in adiutorium meum intende: (& Alleluia inter consecrationem omittitur: Consecratione verò facta, adhibetur.) Postmodum benedicit aquam, cum vino, ſale & cinere mixtam: deinde in quatuor cornibus altaris configurat 4. cruces, cum aqua benedicta; & crucem vnam in medio facit. Conſequenter circuit altare ſepties: & ſeptis menſam altaris, cum aſperſorio de hyſſopo aqua benedicta aſpergit. Dum verò altare aqua aſpergitur, Episcopus cantat: Domus mea, domus orationis eſt. Et iterum, Narrabo nomen tuum fratribus meis. Tandem orat, vt exaudiantur ingredientibus ibi beneficia peccatori. Conſequenter quando eccleſia ſimul & altare consecrantur, tota Eccleſia aqua illa aſpergitur: quo facto pontifex ad altare cum Pſal. accedit, & reſiduum aque inſunditur ad baſim altaris, ſicut in veteri Teſtamento reſiduum ſanguinis fundebatur in crepidine, quod idem cum baſi eſt. Deinde in 4. angulis ſepulchri, in quo reliquia reconduntur, quatuor cum

Altaris ſepulchrum quid.

Chrismate ſiunt Cruces. Fit autem ſepulchrum ſeu foramen hoc quandoque ex ſuperiori parte altaris, quandoque ex latere anteriore. Et ponuntur reliquia in caſſilla cum tribus granis thuris; & ſic reconduntur in ſepulchro. Nam ſine ſanctorum reliquijs, aut vbi illæ haberi non poſſunt, ſine corpore Christi non fit consecratio altaris fixi: vt ſtatuitur de Consec. diſt. 1. de fabri. & ca. placuit. Sed viaticum ſeu portatile etiam ſine ijs consecratur, vt ſancitur, e. 1. diſt. Concedimus. Deinde ſupponitur & aptatur ipſi ſepulchro quedam tabula ſigno crucis ex chrismate roborata. Hæc tabula dicitur Sigillum ſepulchri, ex conſtitutione Alexandri 3. Papæ, extra de consecrat. eccleſ. vel altar. ca. 1. Postmodum lapis, qui menſa dicitur, ſuper altare adaptatur: & adaptatus vngitur cum oleo in quinque locis, & eodem modo inungitur poſtea chrismate. Nec vnguntur altaria niſi lapidea. In unctioe autem cantat Episcopus: Erexit Iacob lapidem, & c. Item, Vxii te Deus, Deus tuus. Confirmatur etiam altare in fronte cruce chrismati, & adoletur incenſum in quinque locis, Poſt hoc altare regitur, & mundis pannis indicitur, & demum ſaper altare ſacrificium celebratur. Poſtremo ornatur Eccleſia & accenduntur luminaria. Haſtenus Durand. Eandem consecrationem diſtat Innocentius 3. papa in Sermon. de consecrat. altaris, vbi inquit: Reconduntur reliquia cum tribus granis thuris in caſſula, tabula ſuperimponitur, menſa inungitur, & quidem in 6. locis, in medio, in 4. angulis, & in fronte. Poſt unctioem adoletur incenſum.

Altaris ſepulchri ſigillum quid.

In veteri quadam Agenda circa annum 900. scripta, de consecratione Altarium hæc leguntur: Aspergitur altare consecrandum: aqua benedicta, ac circumquaque crucis signo notatur, canente clero Antiphonam, *Asperges me Domine.* & Psal. 51. His subiiciebat Episcopus preces, ut Deus altare spiritualibus sacrificijs deputandum, præsentibenedictione sanctificaret, & oblationibus à suis famulis, deuotionis studio impositis, benedicere, & spirituali hoc placatus incenso, semper promptè preces eorum exaudire dignetur. Denique tabulam altaris oleo sancto idem persundit, ac ut super illam corporis sui ministrandam hostiam benedicat, & consecratam suscipiat Deus, precatur.

De eodem ritu consecrandi Aras ita scribit Sleidanns lib. 21. historiarum. Adhibetur, inquit, oleum, chrisma, thuris libra vna, sartago cum igni, sal, aqua, vinum, cinis, byssopus, linteam vnum cannabinum, ad extergendum: alterum verò mollius, ad tegendum, quinque cruces è cera factæ, calix, cementum, binæ faces: postremò quiquid ad ornatum altaris pertinet. Interim Episcopus vnà cum sacrificijs, aliquot psalmos & preces expedit, & quinque diuersis locis aram respergit, sic distribuens aquam, ut crucis formam representet: inde septies aram obit, & aquam vino temperatam & hyssopo accinere, in illam conijcit: ab hoc cementum aqua miscet, & quod reliquum est circa aram diffundit: mox, non sine pompa, deferuntur reliquiæ diuorū, & adhibito thymiamate suo loco reponuntur. Aram postea ter circumlustrat thuribulo, quod sacrificio deinde tradit, qui suffitum continenter faciat, donec perfecta sit consecratio. Vbi vero crucibus ex oleo, diuersis locis, aram signauit, oleum effundit, & inuergit, & thuris particulas quinque, totidemq; cruces è cera formatas, huc illuc disponit, easq; post incendit: cineres inde collecti in sacris rebus habentur. Postremò quatuor margines altaris & frontem inungit, & Missam decantat. Hæc ille.

Hæc sunt scilicet, quæ Paulus & sacræ literæ Episcopis tam seridè commendant, tanquam principes huius functionis partes: ex quibus quisque potest conijcere, quid sit de cæteris sentiendum, & ab huiusmodi circulatoribus expectandum. Nam interea dum has & con similes nugas consecantur, de prophetiæ munere deq; Euangelico ministerio ne verbum quidem auditur.

#### Altare quando reconsecrandum.

**D**E Consecrat. dist. 1. Si motum, & extra eodem cap. quod in dubijs, sancitur, Altare semel consecratum reconsecrandum non esse, nisi illud execrari contingat. Quod fit primo, si mensa, id est superior tabula in qua fit principaliter consecratio, mota, vel in sui forma mutata, vel enormiter, puta vltra medietatem fracta sit. Idem quoque fit, si tota altaris structura mota & reparata fuerit. Sed si Ecclesia totaliter destructa fuerit, altare autem non vadatur, Ecclesia quidem reparatur, altare autem non reconsecratur: quamuis tunc aqua exorcizata lauetur. de Consec. dist. 1. Si motum. Consecrato tamen maiore altari, nihilominus alia minora altaria Ecclesia consecranda sunt: extra eod. cap. cum his. Alij dicunt sufficere in illius consecratione alia digito demonstrari. arg. ff. de acqui. possess. quod in eo. §. si venditionem. C. de natur. lib. authent. item si quis. Secundo reconsecratur altare, si altaris sigillum, hoc est, paruus lapis, cum quo sepulchrum siue foramen in quo reliquiæ reconduntur, clauditur seu sigillatur, motum aut fractum sit. extra eod. lignis: decretum hoc est Alexandri 3. lib. 3. decret. tit. 40. ca. 1. Et fit foramen ipsum quandoque in summitate stipitis: & quandoque aliud sigillum non apponitur, sed principalis mensa superposita loco sigilli habetur. Quandoque verò fit in posteriori, & quandoque in anteriori: in quo etiam foramine in testimonium consecrationis includi solent literæ consecrationis episcopi, continentis nomen eius, & aliorum Episcoporum in consecratione presentium: & in cuius sancti honorem consecratur altare: & etiam ipsa Ecclesia quando simul consecratur vtrunque, annum quoque & diem consecrationis. Tertio, reconsecratur altare, si iunctura, qua sigillum foramini, vel etiam qua mensa stipiti, vbi aliud sigillum, quod mensa ipsa non est mota adheret, vel aliquis ex



DE ORIGINE

- lapidibus ipsius iuncturæ seu stipitis, mensam vel sigillum tangens, motus vel fractus fit. In coniunctione etenim sigilli & foraminis atque mensæ & stipitis seu structuræ inferioris, præcipue consecratio intelligitur.
4. Quarto reconsecratur altare, si ei vel coniunctioni mensæ, & structuræ inferioris tantum fiat augmentum, quod pristinam formam amittat: ut statuitur arg. 10. q. 2. hoc ins 32. q. 2. quod vnde est. ff. de oper. no. nunt. l. 1. S. si quis adificium. Propter modicum tamen additamentum, non execratur: sed tunc sacrum trahit ad se non sacrum extra eod. quod in dubijs.
  5. Quinto, altare sicut & Ecclesia propter dubium reconsecratur, ut statuitur, e. di. Ecclesia.
  6. Sexto altare viaticum vel portabile, si lapis de ligno, in quo insertus est, qui quodammodo sigillum representat, remoueat, & in eodem vel in alio ligno iterum reponatur, nonnulli reconsecrandum, alij verò solummodo reconciliandum autumant. Hæc omnia Durandus in Rationali diuinorum lib. 1. cap. 6. ex Innocentij 3. Papæ constitutionibus. Vide etiam Gabrielem Biel in Canon. lect. 13. Etsi verò Leviticum quoque sacerdotium Alcaria habuerit, nusquam tamen in veteri Testamento istiusmodi ineptiarum de reconsecratione eorum fit mentio.

Altarium Dedicaciones quis solennes fecerit.

**S**thuester 1. instituit, ut consecrationes altarium solennes essent: Antoninus tit. 9. cap. 2. Hermannus autem Gigas indicat Felicem 4. statuisse, ut anniuersaria dies dedicacionis altarium, sicut etiam templorum, singulis annis solemniter celebraretur.

Altarium ornamenta quando consecrari cœperint.

**N**eque verò altaria solum, sed etiam altarium ornamenta consecrare caperunt circa annum 900. ut patinas, ad conficiendam in ijs corpus Christi: Corporale, ad regendum inuoluendamq. corpus & sanguinem Christi: Calicem, in xsum diuini ministerij: Lintheamina, ut diuinis cultibus apta existant: Stolam, ut ministri altaris, qui ea induuntur septiformi Spiritus sancti gratia repleantur: Eucharisticalem, seu vasculum quo Christi corpus includitur, ut virtute Spiritus sancti nouum fiat Christi sepulchrum: Crucem, ut sit inimicis Christi obstaculum, & credentibus in ipsum perpetuum victoria vexillum: eaq. sancta aspergitur aqua, addito simul incenso, & precariuncula, ut orantes inclinantes sive ad ea corporis & animæ sanitatem inueniant: Thuribulum, ut quod offertur in eo, sit fuga demonum, phantasmatum repulsio, cogitationum immundarum excussio, sicq. nos efficiamur Christo boni odoris templum. Thymiama, ut sit cõtra diaboli incurfiones munimen firmum: Capsas, in quibus sanctorum ossa reponuntur. Sed cum huiusmodi ineptijs neque Christus neque Apostoli neque primitiua Ecclesia quicquam habuerunt commercij.

Altarium Dedicaciones apud Ethnicos.

**E**thnici quoque sua Alcaria dedicarunt & consecrarunt. Apud ELEOS stato die quotannis Februarij mensis nono supra decimum aruspices cinerem ex Prytaneo deportarunt, eoq. aqua ex Alpheo amne diluto, aram Iouis Olympij oblinierunt. Et quidem religione sancitum fuit apud illos, cinerem sola Alphei aqua dilui, atque ex eo tantum luto ara tectorium superindui. Eam ob rem etiam Alpheus fluitorum omnium Ioui maxime amicus creditum fuit, ut Pausanias indicat lib. 5.

Dedicaturi autem Aras, legumina elixapro primitijs offerebant dedicatis, ob memoriam grati animi de primo victu. Vnde Aristophanes: Teflor Iouis Herci ollas, cum quibus ara dedicata est olim. Interdum etiam sumptuosiore hostia dedicabantur.

## De Origine consecrationis Crucis &amp; Imaginum.

**H**ancosfordiana Synodus, sub Carolo Magno habita, affirmat, nullum verbum ante illa tempora traditum esse de dedicandis & consecrandis Imaginibus. Hæc igitur superstitio post ea tempora demum nata est: & in pontificali peculiare formulas consecrationis Imaginum confinxerunt: unde simul quid, & quantum imaginibus tribuunt intelligi potest. Lignum enim Crucis inter cetera his verbis benedicitur: Rogamus te sempiternè Deus, vt digneris benedicere hoc lignum Crucis, vt omnibus hęc genu flectentibus, ac tuæ maiestati supplicantibus, cordis compunctio, & admissorum concedatur remissio. Item, Sanctificetur illud lignum crucis, vt orantes inclinante sçue se, propter Deum ante istam crucem inueniant corporis & animæ sanitatem. Et, Digneris benedicere hoc lignum crucis, vt sit remedium salutare generi humano, sit soliditas fidei, bonorum operum profectus, & redemptio animarum, tuæ elæ contra scua iacula inimicorum.

B. Virginis Mariæ Imago his verbis consecratur: Sanctifica Deus hanc formulam beate virginis, vt tuis fidelibus salutaris auxiliij opem seras, contra aut sulmina, si inualuerint, nocentia, celerius expellantur, pluviarum quoque inundatio, aut ciuiliū bellorum commotio, seu paganorum deuastatio, ad præsentiam eius comprimantur. Item, Hanc imaginem in honorem pijsimæ genericis filij tui Domini nostri Iesu Christi venerabiliter adaptacam ita benedicere & sanctificare digneris, vt quicumque eandem misericordiæ reginam & gratiosissimam Dominam nostram coram hac effigie suppliciter honorare studuerit, & de instantibus periculis eruatur, & in conspectu diuinæ maiestatis tuæ de commissis & omnis veniam impetret, atque mereatur gratiam in præsentem quam desiderat adipisci, & in futuro perpetuam saluationem cum electis tuis valeat gratulari. Ioannis Euangelistæ Imaginem ita benedicunt: Præsta, vt omnes illam cum reuerentiâ inuentes, precesque coram illa fundentes, pro quacunque necessitate orauerint, exaudiantur. Sit hæc imago demonum sancta expulsio, angelorum aduocatio, fidelium protectio, eiusque in hoc loco potenter vigeat intercessio, &c. Aliorum denique Sanctorum Imagines sic benedicuntur: Hanc quæsumus imaginem seu sculpturam in honorem ac memoriam beati N. Apostoli tui, vel martyris, vel confessoris, aut pontificis, aut virginis adaptacam benedicere ac sanctificare digneris: & præsta, vt quicumque coram illa ipsum gloriosissimum Apostolum tuum, vel martyrem, vel confessorem, vel virginem suppliciter honorare studuerit, illius precibus ac obtentu à te gratiam in præsentem, & æternam gloriam obtineat in futuro. His omnibus ita peractis asperguntur imagines istæ aqua benedicta. Thus ita consecratur: Dignare respicere, benedicere & sanctificare hanc creaturam incensi, vt omnes languores, omnesque infirmitates, cunctaque insidie inimici, odorem eius sentientes effugiant, & separentur à plasmate tuo, vt nunquam lædatur à morsu antiqui serpentis, &c. Similiter & superstitione consecratur tabernaculum seu vasculum pro seruanda Eucharistia, Capsæ pro reliquijs & alijs includendis, Thuribulum, Baptisterium & alia, que extant in Alberti Castellani pontificali, cui non immeritò Henricus Bullingerus titulum fecit, *Sesß Vapsts vnd der Bischoffen Gauckelsack*, quod in eorū rituum ceremoniarum & gestuum consecrationum & Dedicacionum præscribuntur Episcopis, vel ipsis non dico magis seu incantatoribus, sed circulatoribus, vel præstigatoribus & gesticatoribus vtitatissimi.

Gentes etiam solebant consecrare suas statuas sed eas tamen simpliciter unxerunt oleo: Dedicaciones nam Arnobius libro primo contra Gentes ait: Si quando conspexeram lubricatum lapidem, Imaginū apud & ex oliui vnguine ordinatum tanquam inesset vis præsens, adulabar, affabar & Ethnicos. beneficia posebam. Et lib. 6. indicat, Gentes per dedicates suas voluisse efficere, vt Dij in statuis habitarent.



DE ORIGINE

CAPUT V.

De Consecratione Calicis.



**E**pisopus stans cum mitra primò benedicit Calicem, deinde facit signum Crucis um pollice dexterae manus in Chrismate intincto intra calicem à labio eius in la-  
gium, & mox eorum inungit interius, subiiciens nonnullas preculas. Demùm a-  
pergit calicem cum aqua benedicta, & cum mica panis calix per sacerdotem ab-  
stergitur, & exsertiones in ignem vel sacrarium proijciuntur.

De Consec. dist. 1. Si motum sancitur, Calicem consecratum, licet deauretur, tamen non esse resecrandum; quia enim propter hoc calicis forma non mutatur, idem calix manet. Si verò forma prior immutaretur, secus esset: quoniam forma dat esse rei. Honestum tamen esse simul ibidem additur, ut tam propter pollutarum manuum contactum, quàm etiam propter profanae materiae appositionem calix aqua exorcizata, laetetur prius, quàm ibi immoletur. O calices subinde lauandos, propter sacrificulorum impurissimarum manuum quotidianum contactum. Refert etiam Durand. in Ration. diuin. lib. 1. cap. 6.

In Synodo Senonensi anno Domini 1528. habita, sancitur ca. 38. Ne abbates calices consecrent. tom. 4. Conciliorum.

CAPUT VI.

De Consecratione Cerei Paschalis.



**C**onsecrationem seu benedictionem Cerei paschalis Zohimus papa instituit circa an-  
num Christi 418. Platina. Liber Pontifical Sabellicus Euno 7. lib. 9. Polyd. Ver-  
gilius lib. 6. cap. 7. Martinus autem Polonus, Henricus de Erfordia, Cranzius  
lib. 6. cap. 1. Funkius in Chron. hoc inuentum Theodoro, & Honorio 1. attribuit, quorum  
hic pontificatum tenuit anno Domini 622. ille verò 615. Hic mos etiam in Gallciam inue-  
nitus est per Toletanum Concilium 4. cap. 8. habitum circa annum Domini 627. De ritu au-  
tem Consecrandi hunc Cereum in libro de Origine Festorum, capite de Paschate, & Sabbato  
sancto dicturi sumus.

CAPUT VII.

De Consecratione Frugum & Primitiarum.



**E**rychianus, qui claruit circa annum Christi 282. constituit, ut seba, rus & omnis  
generis fruges consecrentur seu benedicantur super altari, si verum est quod in  
decretali eius epistola refertur, quae extat tom. 1. Concil. fol. 271. Damascius Plati-  
na. Factum hoc ad imitationem Iudaeorum, apud quos fruges oleo & thure adolebantur.  
Polydorus lib. 6. cap. 14. Seruatur hodie, inquit Polydorus ibidem, Euychiani decretum  
nonnullis in locis. Verùm adeò sanctitas sacerdotum conseruit, & populi pietas refrinxit, ut  
primitiarum nomen vnà cum prouentu penè extinctum sit: cum hodie loco primitiarum do-  
minicis tantum diebus panes aliquot sua sponte alibi offerant, alibi verò solum duos tresque  
dent, quos sacerdos prius consecret, ac eos inde frustra in diuiso populo distribuatur, ut qui  
quondam illis diebus Eucharistiam sumere consueuerat, ob eius rei memoriam, panem istum  
ante omnia cibaria prægustet. Quae res in eam tandem excreuit superstitionem, ut in die pa-  
sche nihil omnino, quod non à sacerdote prius sit benedictum, comedatur. Vnde etiam in qui-  
busdam

busdam locis quacunq̄ comedi debent ad Ecclesiam portantur, & in atrio vel vestibulo Ecclesie cruce & aqua benedicta, & in vestibis sacris à sacerdote benedicuntur. Durand. Ration. diuinorum libro 6. cap. 86. In quibusdam locis in die Transfigurationis Christi cantus noue vna benedicuntur, vt Durandus indicat in Rat. diuinorum lib. 7. cap. 22.

## CAPVT VIII.

## De Consecratione Aquæ Lustralis.

**A**QUA lustrica in memoriam Baptismi omni die Dominica beneditur, præterquam in paschate & pentecoste, vt indicat Durandus libro 4. cap. 4. Rationalis. Et quia Sal huic aquæ admiscetur, quod ab Heliseo originem sumpsisse volunt, ideo sal primò adiuatur his verbis: Exorcizo te creatura salis, per Deum viuum, per Deum verum, per Deum sanctum, per Deum qui te per Heliseum: prophetam in aquam mitti iussit, vt sanaretur sterilitas aquæ, vt efficiaris sal exorcizatum in salutem credentium, vt sis omnibus te sumentibus sanitas animæ & corporis, & effugiat atque discedat ab eo loco, quo aspersum fueris, omnis phantasia vel nequitia & versutia diabolica fraudis, omnique spiritus immundus adiuratus, per eum qui venturus est iudicare viuos & mortuos, & seculum per ignem. Item, Immensam clementiam tuam, omnipotens æternæ Deus, humiliter imploramus, vt hanc creaturam salis quam in usum humani generis tribuisti, benedicere ac sanctificare tua pietate digneris, vt sit omnibus sumentibus salus mentis & corporis, & quiqui: de eo tantum vel aspersum fuerit, careat omni immunditia, omniq; impugnatione spiritalis nequitie.

Deinde ad aquam conuersus dicit: Exorcizo te creatura aquæ in nomine Dei patris omnipotentis: & in nomine Iesu Christi filij eiusdem Domini nostri, & in virtute spiritus sancti: vt fias aqua exorcizata, ad effugendam omnem potestatem inimici, & ipsum inimicum eradicare & explantare valeas cum angelis suis apostolicis, per virtutem &c. Item, Deus qui ad salutem humani generis maxima quæque sacramenta in aquarum substantia condidisti, adesto propitiuus inuocationibus nostris, & elemento huic, multimodis purificationibus preparato, virtutem tuam benedictionis infunde, vt creatura mysterij tui tibi seruiens ad abijciendos demones, morbosque pellendos diuine gratiæ sumat effectum: vt quicquid in domibus, vel in locis fidelium hæc vnda resperferit, careat omni immunditia: liberetur à noxia: non illic resideat spiritus pestilens, non aura corrumpens: discedant omnes insidie latentis inimici: & si quid est quod aut incolumitati habitantium inuadet, aut quieti, aspersione huius aquæ effugiat: vt salubritas per inuocationem sancti tui nominis expectata, ab omnibus sic impugnationibus defensa: per Dominum &c. In commixtione autem salis cum aqua dicitur, Te Domine trementes & supplices deprecamur ac petimus, vt hanc creaturam salis & aquæ dignanter aspicias, benignus illustres, & pietatis tuæ more sanctifices: vt vbicunq; fuerit aspersa, per inuocationem sancti tui nominis, omnis infestatio immundi spiritus abijciatur, terrorque venenosi serpentis procul pellatur, & præsentia sancti spiritus, nobis misericordiam tuam poscentibus vbique adesse dignetur, &c. Hoc ipso manifestè ea ascribunt lustricæ suæ & incantata aquæ, que sacra litera veræ in Christum fidei & ardentibus ad Deum precibus tribuere docent.

Apud nonnullos Ethnicorum Aquam eorum lustralem sic benedictam legimus: Torrem ex ara, in qua sacrificia peragebant, sumpserunt, & in aqua tinxerunt, qua deinde circumstantes asperserunt atque purgarunt, vt Athenæus lib. 9. testatur.

Ritus consecrati lustricæ aquæ quam apud Ethnicos.



## De consecratione Campanarum.

Campanarum  
baptizatio qui  
do cepit.  
Campanis qui  
primo in baptis-  
mo nomina de-  
derunt.

**C**irca Caroli M. tempora mos inualuisse videtur baptizandi Campanas: id enim lege in suis constitutionibus vetuit. Et Ioannes 14. papa circa annum 966. primus fuit, qui Campanis baptizatis h. e. consecratis nomina imponere cepit: ipse que maiori Lateranensis Ecclesie Campana suum communicauit nomen. Balues Centuria 2. Scriptorum Britannia fol. 133. Ab hoc, inquit, tempore cepit Campanis baptizatis peculiaria dari nomina. Zegedius in Speculo Rom. pontificum hoc Benedicto 5. tribuit. Hic mos in vniversam mox irrepit Ecclesiam, vt ex veteri Agenda quadam liquet. Et Bruschius testatur de Monast. Germanie, quod Campana maxima in monasterio S. Matthei propè Treuirim in honorem Benedicti Monachoru patris fusafuerit circa annos 1325. vnde etiam vulgò Benediclam incolae eam vocarint. Ac insignis insuper accessit superstio, quod nimirum in celi aris sonitus fugetur diabolus, praeueniatur fulminu ictus, ac omnis generis calamitates, quae ventorum turbine infligi possint, auertantur, teste Durando in Ret. diuinorum lib. 1.

Campanarum  
baptizatum.

Ritus autem baptizandi seu consecrandi Campanas sic describitur à Ioanne Sleidano lib. 21. historiarum. Primum quidem, inquit, sic eas pendere oportet, vt circum ire possit Episcopus. Qui cum psalmos aliquot demurmurauit, aquam & salem consecrat, simulque miscet, eamq; foris & intus Campanam diligenter lauat, post exergit, & oleo sacro formam Crucis in ea describit, Deumq; precatur, vt cum impellitur & insonat Campana, fides & charitas in animis herinum augeatur, facessant omnes insidia diaboli, grando, fulmina, venti, tempestates, & omnis intemperies mitigetur. Vbi crucem illam oleatam linreo deterfit, septem alias cruces in ea format, intus verò solùm vnã: postea psalmos aliquos recitans, campana eburibulum subdit, & iustum facit, eiq; bene precatur. Pleriq; in locis epulum dari consuevit, & peragi conuiuium, non secus atq; in nuptijs.

Eundem ritum his verbis describit Thomas Naogeorgus libro 1. Regni papistici.

Quando baptizant Campanas, ferreus est quis,  
Qui risum cobibere queat: quin non manu vitrag  
Auriculas a fini fingat: qui pectore toto  
Non indignetur, lucrosis artibus illuc  
Rem rediisse, vt Baptismi venerabile signum,  
Quod nos in Christi demonstrat castra receptos,  
Res anima sensuq; carens ante ora prophanet  
Nostra, atq; auctore id magno, miroq; paratu.  
Vndiq; vicinus populus concurrat eodem,  
Omnibus vna cupido est haec spectacula videndi.  
A templi illius praefectus iam ante rogati  
Adsunt compadres culti, ter siq; supremi.  
Complures ad tantum olim vt legerentur honorem,  
Praeuenerunt rogando ipsi: nec paruulus horum  
Est numerus: centum ferme: per sepe ducenti,  
Tercentum quoq; si Campana est magna, locusq;  
Insignis. Tandem procedit Episcopus armis  
Spectandus solitis, preculis & consecrat vnam  
Cum sale: quippe sine his tantus nil efficit auctor.  
Multa, licet clara luce, ardent lumina circum.  
Caetera postquam egit precibus, procumbere mandas  
In genua astantes, orareq; vt Campana

Baptismus prosit, contraq; pericula fortem  
 Tinnitum mittat. Post hæc campana limitur,  
 Partibus in quibus est visum, quociensq; chorago.  
 Non enim idem obseruant omnes. Tum postulat edis  
 Illius nomen (nomen quippe indicitur illi,  
 Ut puero) quod cum didicit, perfundit abundè  
 Baptismi ter aqua, sacro dein chrysmate signat  
 Depictis crucibus; mox illi linea vestis  
 Candida ceu puero iniicitur. Tum maxima verò  
 Compatrium cura, & certamen surgit ineptum,  
 Ut tangant, sacriq; leuent de fonte lauari.  
 Sed nequeunt omnes circum contingere dextra:  
 Ergo funiculis retinent, tanguntq; leuantq;  
 Quamlibet extremi: satis istud nempe videtur,  
 Sed suo censent perfunctos munere bellè.  
 Demùm filiolæ tinctæ munuscula donant,  
 Aurum, & argentum. Vult diues quisq; videri,  
 Atq; alios superare stipe. Hæc res comoda porro  
 Præfectis templi est, currim ut collatur in altum.  
 Hinc conuiuuntur, quòd sit campana renata.  
 Lucem illam celebrant, vno, lusu, atq; choreis,  
 Et vomitu, & pugnis, omniq; libidine gestis.  
 Quid nam aliud quaeso vidisti stultius vsquam  
 A magnis parvisq; geri, sub schemate sancto?

Hic ritus baptizandi Campanas in Pontificali, ab Alberto Castellano anno 1520. edito,  
 ita ferè describitur. Signum vel Campana benedicenda, debet benedici antequam ponatur in  
 Campanili hoc ordine. In primis debet Campana ipsa suspendi ut commodè possit intus &  
 extra tangi, tractari & circūiri. Deinde propè ipsam Campanam benedicendam paratur pō-  
 tifici faldistorium (sella:) vas aquæ benedicendæ: Aspersorium: vas cum sale. Linthea munda  
 ad extergendum Campanam quando opus erit. Vas olei sancti infirmorū sanctum Chrysm:  
 Thymiana, thus, mitra & chribulum cū igne. Diaconus etiam accipit amictū, albā, cingu-  
 lum, manipulum, stolam & dalmaticam albi coloris. Quibus paratis, pontifex cum ministris,  
 paratus mitra & baculo pastorali, venit propè Campanā, & sedet ibi super faldistorio, et dicit  
 cum ministris psalmos, quorum principium est: Misere mei Deus secundum magnā miseri-  
 cordiam. Item, Deus in nomine tuo saluum me fac. Item, Misere mei Deus, misere mei.  
 Item Deus miseratur nostri, & benedicat nobis. Itē, Deus in adiutoriu meū intende. Itē, In cli-  
 na Domine aurē tuā & exaudi me: Cū, Gloria patri etc. Tunc surgit Suffraganeus, et stans  
 cum mitra benedicit sal: ac deposita mitra dicit Orationē. Deinde accepta mitra, extensa dex-  
 tra super aquā, eā benedicit, ac deposita mitra iterum dicit Orationem. Post hæc idē pontifex  
 mittit sal in Aquā in modū crucis, dicens: Hæc cōmixtio salis & aquæ efficiatur salutare sa-  
 cramentum, in nomine patris etc. Quo facto super utrumq; dicit orationē. Quib. peractis Episco-  
 pus accepta mitra incipit lauare Campanā cum hac aqua, dein ministri prosequuntur lotionē  
 totam intus & extra, quam postea lintheo extergunt, & Episcopus iterum sedet, & dicit psal-  
 mos, quorum initium est: Lauda anima mea Dominum. Item, Laudate Dominū quoniam bo-  
 nus est. Itē Lauda Hierusalem Dominū. Item, Laudate Dominum de caelis. Finitis his psal-  
 mis, Episcopus stans cum mitra facit signum crucis cum pollice intincto in oleo infirmorum  
 exterius super Campanam, & stans sine mitra dicit orationem. Hinc pontifex resumpt  
 mitra extergit cum lintheo mundo crucem à se factā, & incipit cātum, Vox Domini super aquas  
 multas etc. Interea stans idem cum mitra septem cruces de oleo infirmorum super campā-  
 nam exterius, & quatuor de sacro chrysmate in pari distantia interius, ad quamlibet crucem



dicens, consecratur & sanctificetur Domine signum istud, in nomine patris & c. In honorem sancti talis & talis pax tibi. His omnibus peractis, tangit prædictas cruces Episcopus, cum oratione huiusmodi: Omnipotens sempiternus Deus, qui ante arcam fœderis per clangorem tubarum, muros lapideos, quibus cingebatur aduersantium exercitus, cadere fecisti; tu hoc tinnibulum celesti benedictione perfundere, purificare, sanctificare & consecrare digneris, ut ante sonitum eius effugiant ignita iacula inimici, percussio fulminum, impetus lapidum, lætio tempestatum, ut ad interrogationem propheticam, Quid est tibi mare quod fugisti, suis motibus cum Iordanico retroactis fluente, respondeant, A facie Domini mota est terra, a facie Dei Iacob. Qui conuertit petram solidam in stagnum aquæ, & rupem in fontes aquarum. Non ergo nobis Domine, non nobis, sed nomini tuo da gloriam secundum misericordiam tuam, ut cum præfens hoc vasculum, sicut reliqua altaris vasa, sacro chrismate tangitur, & oleo sacrosancto ungitur, tua benedictione sanctificetur, & quod arte aut metalli specie non potest fieri dignum, fiat tua benedictione perfusum, ut quicumque ad sonitum eius conuenerint, ab omnibus inimici tentationibus liberentur in corpore, & à prauis cogitationibus mudentur in mente, semperque fidei catholicæ documenta sententur, atque tuæ consolationis gratiam percipere mereantur. Saluator mundi, cui stetit omne genu celestium, terrestrium & infernorum, qui cum patre & spiritu sancto uiuis & regnas Deus in secula seculorum, Amen. Tunc sedet Episcopus cum mitra, & imponit thuribulo thimiama, thus & mirram si haberi possunt, alioquin quæ ex ipsis habentur, quibus impositis thuribulum ipsum supponit Campanam, ut totum sumum recipiat, interimque cantatur, quo finito Episcopus deponit mitra surgit, & orat. Demum Diaconus albis vestibus indutus cantat Euangelium Luc. 10. In illo tempore intrauit Iesus in quoddam castellum & c. Finito Euangelio Episcopus osculatur librū Euangeliorum, productoque super Campanam signo crucis, vadit in pace.

P. Paulus Vergerius in lib. De aquæ benedictæ & baptizate Campanæ Origine hunc ritum ita describit: Primum, inquit, lauunt ipsam nolam aqua mixta uino, cinere et sale. Neque omnibus hæc ablutio conceditur, sed Episcopo solum suum questum inde facienti, & magnum salarium inde exigenti, Sacrificulus conceditur quidem homines baptizare, pro quibus Christus passus est: at Nolas, materiam sensu omni carentem & ex metallo confectam, uix tangere, nedum abluere illis licet. Abluta nola iam dicta aqua, abstergitur tela noua & nunquam uisa. Post intrinsecus 4. cruces imprimuntur, eaque oleo sancto oblinuntur: extrinsecus septem; ac suffumigatur mirra & thimiama. Quibus peractis subiunguntur multa orationes, exorcismi, incantationes, & plures quam viginti benedictiones. Donatur etiam nomine alicuius inferiorum sanctorum seu minorum nec adeo celeberrim. Tandem adlegitur Euangelium aliquod. Post de eius uirtute & potentia concionatur.

Campanæ cur  
bapizentur.

De Consecratione Campanarum huiusmodi Canon extat in synodo Colonien. anno 1536. habita. Benedicuntur Campanæ, ut sint tubæ Ecclesiæ militantis, quibus uocetur populus ad templa ad audiendum uerbum Dei: Clerus uero ad annunciandum manè misericordiam Dei & ueritatem eius per noctem, ut per illarum sonitum fideles inuidentur ad preces, & ut crescat in his deuotio fidei: quamuis etiam patres aliò respexerint, scilicet, ut demones tinnitu Campanarum Christianos ad preces concitantium terreant, quin potius precibus ipsis territi, abscedant, illisque submotis, fruges, mentes et corpora fidelium feruentur, ut procul pellantur hostiles exercitus & omnes insidiæ inimici, fragor grandinum, procella turbinum, impetus tempestatum & fulgurum temperentur, insecta conitrua & uentorum flumina suspendantur, spiritus procellarum, & aërea potestate prosternantur. Breuiter, ut audientes confugiāt ad sanctæ matris Ecclesiæ gremium, ac sanctæ crucis vexillum, quemadmodum hæc in benedictione solenni Campanarum reperiuntur. cap. 14. partis 9. Hinc perspicere licet, multo plus Campanis inanimatis, earumque tinnitui tribus, quam piorum hominum precibus. Quod etiam ex inscriptione Campanæ cuiusdam Stæburi oppiduli ad lacū Venetum colligere possumus, quæ sic habet: Colo uerum Deum, plebem uoco, & congrego clericum: Diuus adoro: festa decoro: desinitos ploro: pestem demonesque fugo.

Non

Non immeritò ergò difficiuit hæc plusquam Ethnica superstitione multis pietate & doctrina præstantissimis viris. Thomas enim Rorarius edidit Concionem de pulsu Campanarum arce grandinis causa: in qua rationem reddit, vnde grandines & alia tempestates oriuntur, & quomodo pellende sint, ex causa Tubingæ 1570. German.

Et Petrus Viretus lib. 3. de Adultera Cena Domini, cap. 2. grauiter huiusmodi consecrationes Campanarum, & quæ illis tribuuntur reprehendit, nec ineptè ad Ethnicorum consuetudinem & ritus refert. Si his viribus, ait, sunt prædita Campanæ & tintinnabula, quid iam Christo opus est? hæc enim solæ abundè præstabunt omnia quo sacræ literæ Christo soli tribuunt. Ad has igitur confugiendum erit, tanquam ad Deos quosdam Auerruncos, qui vastitudinem, calamitates intemperiasq; prohibescant, defendant, auerruncent: quod præcari docet Plato in Solitaurilibus. Quantum autem hæc absunt ab ijs quæ de sagis ac veneficis in poetarum libris sæpè decantata leguntur: cuiusmodi hæc est Tibulli, lib. 1. Elegia 2.

Hanc ego ducentem de celo sydera vidi,  
Fulminis hæc rapidi carmine vertit iter.

Quum liber, hæc tristi depellit nubila calo:

Quum liber, æstiuo conuocat orbe niues. Item:

Cantus & è curru Lunam deducere tentat,

Et faceret, si non erit repulsa sonent.

In quo postremo versu, vis

quoq; à poeta tribui videtur aris tintinibus a diuersis magica maleficia: quemadmodum apud Ouidium eorundem præsidia, in sacris magicis lemuralium ad lemures ædibus expiatis abigendos, & mortuorum umbras adhibentur. Sunt autem hæc eius verba F. est. 5.

Rursus aquam tangit, Temescæq; concrepat æra,

Et rogat vt relictis exeat umbra suis.

Annon eadem ferè omnia

consecrationis formula pollicetur, quæ tanquam tintinnabulorum quædam lustratio est? Quocirca ea aptè appellari poterit Tintinnabulolustrium, seu Campanilustrium: eadem nimirum ratione qua Ethnici sacrarum tubarum lustrationes, Tubilustria appellauerunt: de quibus Ouid. Fast. lib. 3. ita, Summa dies è quinq; tubam lustrare canoram

Admonet, & forti sacrificare deæ.

Extat quoq; grauissima querela contra inanem & immodicam Campanarum consecrationem & baptixationem inter granamina Germania, quæ imperante Carolo 5. anno 1522. in Comitibus Noriberger. Legato pontificio sunt exhibitæ. Graua enim 51. ita habet: Suffraganei excogitauerunt, vt solum ipsi, & nullus alius sacerdos, laicis Campanas baptixarent. Crederent deinde simpliciores, ita affirmantibus Suffraganeis, tales campanas baptixatas, demones & tempestates pellere. Quapropter innumeri adhibentur Compadres, præcipuè verò qui fortuna pollent, exorantur, qui baptixationis tempore funem qua Cæpana religata est, tangunt, & Suffraganeo præcinnente (quem admodum in paruulorū baptixatione fieri solet) omnes pariter respondent, ac Campana nomen ingeminant, vesteq; noua (quem admodum et Christianis fieri solet) Cæpana induitur. Inde ad sumptuosa properatur Cœnua, quibus præcipuè compadres, vt eò largius munera offerant, adhibentur: nec non Suffraganei, & eorū Capellani, cū multis alijs ministris: regaliter pascuntur. Nec hoc satis est, sed & Suffraganeo mercede persolueri necesse est, quæ illi munusculum vocare solent: inde euenit, ut aliquando etiam in paruis villis centum floreni in tali absumantur & expendantur baptixatione: quæ res nõ solum SUPERSTITIOSA, sed etiã Christiana religioni CONTRARIA, ac simpliciorū SEDUCTIO, & mera est EXACTIO. Veruntamen Episcopi, vt Suffraganeos vel vilissima obarare possint mercede, & alia, & ad huc absurdiora tolerant. Res igitur tam NEPHANDA & ILLICITA meritiò aboleri debet. Ceterum si conducere videtur, vt Cæpana consecrètur (ita enim Suffraganeis baptixatione appellant, quoties à prudentioribus hæc de re interpellantur) cõueniens erit, vt talis consecratio per vniquemq; fiat sacerdotum, quem admodum cum aqua benedicta, sale, herbis & similibus fieri solet: idq; absq; pretio & expensis laicorū, ne populus simplex ita seductus, & damno afficiatur, nec non auaritiæ detestanda presumpcio euictetur. Catalogus cessitū verit.

Campanarum consecratio & que attribuitur, Ethnica superstitio.

De Campanarum consecratione inani querela.



fol. 346. Præclare quidem Germani, & luculenter: Sed ut sues cæno, ita pontifices Romani istis corruptelis ac sordibus adhuc hodiè ita delectantur, ob profundam auariciam, ac insatiabilem habendi cupiditatem, ut nulla prorsus impijssimarum superstitionum ac horribilium abusu emendatio ab illis sperari possit: euenit ergò illis iusto Dei iudicio, quod iam olim euenisse ipsis Durandus in libro De Concilio celebrando ex Beda indicat, dicens: Secuti sunt viam Balaam ex Boxor, qui mercedem iniquitatis amauit, correctionem verò habuit suæ resanæ. Nam subiugale mutum, hominis voce loquens, propheta insipientiam probauit, Quod etiam hodiè accidit, cum tam stulta ac dissoluta perpetrentur in Ecclesia Dei à personis Ecclesiasticis, quæ deberent esse lumen aliorum, & lucernæ super candelabrū positæ, iuxta id quod Dominus ait, Sensus hebetant Iudeorum ac etiam Paganorum. Et etiam illi, qui ratione diuinæ agnitionis omnimodo carent, istorum deestantur insaniam, & eorum distorta ac Deo contraria itinera sanius sapiendo redarguunt. Quia ergo intantum mercedem amant iniquitatis Ecclesiarum præfules, & ex qualibet re lucrum sperant, ut etiam docti ab indoctis, clerici à laicis merito corripiantur, iurè comparantur prophetae, qui verbis asina contra naturam loquentis corripitur. Thomas quoque Haogeorgus libro 4. Regni papistici hanc superstitionem ut impiam his verbis infestat:ur:

*Si cælum tonat, & tempestas seu a timeatur,  
Mirum quàm trepident miseri, quòd nulla super sit  
Vera fides: quàm cuncta infida habeant quæ putentur.  
Attutum a ditius Campanas concutit omnes,  
Immensò sonitu, & solico violentius, usq;  
Dum trisli cessent resonare tonitrua cælo.  
Nam baptizatis credunt huiusmodi vires  
Esse in Campanis, ut cuncta tonitrua frangant.  
Vidi ego Numburgi quondam in regione Toringa  
Campanam de se titulo quæ talia magno  
Iactabat: Dicor Maria (in baptismate nomen  
Scilicet inditum erat) onfringo tonitrua pulsu,  
Pello nociua, jugoq; eadem cæcò demenas omnes.  
Talia cum possint, non mirum me hercle Papistas  
Ad pulsum illam fugere, impendense ruina  
Grandinis, aut nymbi, penetrancis uè omnia celi.  
Hic ubi diuini fiducia certa sanoris  
Cernitur? inq; malis speratur casibus vno  
Auxilium à Christo? diuinæ ubi se & sua credens  
Cuncta voluntatis, verbis ut inanibus orant?  
An non Catholici sunt, & gens bella, Papiste,  
Præsidio quibus est Campana pulsu abene?*

Es mox:

*Cum panem* Hanc verò solennem illustrationem, non solum Campanarum benedictionem, verum etiam benedictionem baptismum vulgò vocare solent ut multis testimonijs probari possent, non sine magna Baptis- baptismum vo- mi à Christo instituti subannatione & contumelia. Sed ut sacra Cænæ verba non suis audia eant impiè. coribus annunciant, quorum tamen gratia recitari tantum debent: sed quasi suffocata voce murmurant, perinde ac si panem & vinum alloquerentur: ita mirum non est si era baptizant eundem in modum, quo antè ostendimus. Licet Hofius hoc indignissimè ferat, & campanas à suis hymnistis consecrari, non baptizari affirmet. Quoniam verò, si maximè testibus desitueremur, cum campanis omnia ferè fiunt, quæ ad baptismum pertinent, non iniurià ea dicuntur baptizari, abluuntur siquidem, unguuntur, exorcizantur, patrimis eis adhibentur, nomina illis imponuntur, imò longè maiori pompa & ambitione tractantur, quàm homines, dum sacro baptismò tinguntur. Quod au ubiq; fieri soleant pro certo affirmare nò possum: ea saltem narro, quæ fide digni homines aliquando facere viderunt.

## De Consecratione Cæmeterij.



*A*lixius 1. Cæmeteriū primus dedicasse perhibetur, circa annos Christi 220. *Valer. Ansel. Ryd. Albertus Castellanus* in Pontificali à se edito testatur, plerosq; affore re Cæmeterij benedictionem seu consecrationē, necessariam non esse, quòd circuitus extra Ecclesiam & Cæmeterij aspersiones, quæ fiant quādo Ecclesia seu templum deditur, sufficere dicant. Ipse tamē dicit superuacaneam non esse eorum benedictionem, quam hoc modo & ordine fieri indicat: In die precedenti dedicationem, ponuntur in cæmeterio benedicendo quinq; lignæ cruces, videlicet vna altior in medio, & quatuor aliæ, quælibet ad staturā hominis, quarum vna in extremitate cæmeterij ante crucem mediā ponitur: tertia in tertia extremitate à dextris, & quarta in quarta extremitate cæmeterij à sinistris crucis mediæ. Ante quamlibet harū 5. crucium figitur in terrā aliquod lignū, in cuius summitate affiguntur tres candelæ trium vnciarū quælibet. Scala item paratur super quā ascendēs Episcopus possit attingere summitates cruciū: vas quoq; magnū aqua plenū benedicēda, et vas cū sale. Sequenti die summo mane in dutus sacris vestibus Episc. accedit cū ministris ad cæmeterium benedicēdū, vbi salsistorium (sella) ante crucē in medio positā ei paratur, super quo residens, breuē ad populum sermonem habet de sanctitate & libertate cæmeterij. Eo finito affiguntur & accenduntur quindecim candelæ, tres ante quælibet crucē super ligna supra ordinata. Quib. ardentibus Episcopus ante mediā crucē & candelas stans deposita mitra orat. Postea ante ipsam crucem super salsistorio Episcopus accepta mitra accūbit, & cantor incipit Letaniā: in cuius medio Episc. surgit, & baculum pastorem in sinistra tenens facit signum crucis super cæmeteriū, dicens, *Vt hoc cæmeteriū purgare & benedicere digneris, te rogamus, audi nos: quod ter ipsdem propē verbis repetit. Quo facto residet, & cantor perficit Letaniam. Finita Letania Episcopus surgit et benedicit sal et aquam, qua dein accedit ad crucē ante mediā positā, & stans sine mitra incipit canere. Asperges me Domine hisopo &c. cū psalmo, Miserere mei Deus etc. Interea Episcopus accepta mitra circuit totū locū cæmeterij, incipiens ab eius dextris, & vbiq; aspergens aquā benedicētam. Expleto circuitu hoc, redit ad crucē quæ est ante mediā, et ad ipsam respiciens, stans sine mitra dicit Orationē. Deinde thurificat ipsam crucē, et figit in summitate ipsius vnā ex tribus candelis ardentibus et alias duas similiter ardentis in duobus brachijs eiusdem crucis. Quo facto Episcopus accepta mitra vadit ad aliā crucē retrō mediā positā dicēdo aliquot psalmos, & aspergendo semper aquā benedicētam per cæmeteriū. Postea psalmis finitis Episcopus ante ipsam crucem sine mitra stans orat: tū thurificat illam crucem: & figit in summitate eius vnā ex tribus candelis ardentibus, & alias duas in brachijs duobus dicte crucis. Deinde cum mitra aspergendo aquā benedicētam vadit ad aliā crucē positā ad dextram mediæ crucis, aliquot psalmos recitans: quo facto stans ante ipsam crucem sine mitra orat: deinde thurificat crucem & affigit ei candelas vt supra. Idem facit cum cruce quæ est ad sinistram mediæ crucis positā. Tandem reuertitur, aspergendo aquam benedicētam vbiq; ad crucem mediā, ante quam orat, & postea mediocri voce extēsis manibus ante pectus dicit præfationem. Tum crucem hanc thurificat, eiq; vt prioribus, affigit candelas. His peractis benedicit populum, ac intrans Ecclesiam vel ipse Missam celebrat, vel per alium celebrari curat.*

Ignorauit autem *reustas* ineptas huiusmodi ceremonias & superstitiones: nam in Aurelianensi Synodo sanctū fuit, si ecclesia aliqua edificata & consecrata sit, cum atrium eiusdem ecclesie sancta aqua simpliciter conspergatur, vt est de Consecrat. dist. 1. c. Nemo ecclesiam

Extant similes aliæ dedicationum, consecrationum & benedictionum papistarum formulae, sed his nugis ac deliramentis, ne quid grauius dicam, bonas horas perdere, & chartas commaculare piguit.



# DE ORIGINE PROGRESSV ET INCREMENTIS

DONATIONVM ET BONORVM ECCLESIASTICORVM LIBER

QVINTVS.

CAPVT. I.

Quae fuerit conditio bonorum Ecclesiasticorum Christi in terris & Apostolorum aetate, ac inde, vsq; ad Constantini Magni tempora.



**M**abuisset Christum Dominum ac Seruatore nostru, cum in terris ageret, mar supium et pecunias quasi publicas ex Euā. historia patet. Ea autē conserēbatur à pijs et opulentiorebus hominibus, qui ipsum sequi solebant: ex quoru numero aliquot illustres & diuites semina fuerāt. quaru nomina Luc. 8. c. commemorat: Maria scilicet Magdalene, Ioāna vxor Chuzae procuratoris Herodis regis, & Susanna, cuius conditio nō annotatur, pecuniaru istaru administrationē Iuda commisit Dominus, licet eū furem & proditorem, imō diabolū esse norisset. Quod cur fecerit, certō sciri non potest, & ferē inpersecrabilia sunt iudicia Dei, in quibus nos potius eius sapientiam, bonitatem, iustitiam & potentiam admirari, quā causas factōrū eius omniū, quas ille non indicat, curiosius inquirere decet. Vt sus verō pecunia eius fuit, quōd inde seipsum & discipulos aluit, & pauperibus quoque benefecit. Cū enim Ioan. 13. Iuda dixisset, Quod facis facies: pleriq; discipulorum illum iussisse putarunt, vt aut ea coēmeret, quibus ad festū opus erat, aut vt pauperibus aliquid daret. Nihil verō huius suspicari poterant, nisi vtrunq; solitus suis ser facere. Hoc ipso verō Dominus Ecclesiae suae exemplum praeberē voluit, vt ipsa quoq; ararium publicum habeat, vnde petantur quae ad vsus publicos necessaria sunt, & suis ministris pauperibusq; simul prospiciatur. Arguuntur igitur exēplo hoc Domini Mendicantes monachi, insignes hypocritae, quibus nefas putatur pecuniam contrectare, cū interim sub voluntaria paupertatis praetextu orphanorum et viduaru domus deuorent, nihilq; habere videri cū velint, omnia longē lateq; possideant, & in summa rerum copia seu abundantia saginentur hodie. Confutatur etiam Franciscani monachi, qui Christum nullas pecunias habuisse, nihilq; proprium possedisse docuerunt: qua de re contentio magna inter ipsos et Dominicanos sub Ioanne 22. Papa exorta fuit, vt supra indicauimus.

Obseruauit morem hunc Domini sui diligēter primitiua Ecclesia, vt in Actis Apostolicis & Pauli ad Corinthios epistolis videre licet. Ecclesia enim mox post Ascensionem Christi in caelos, Hierosolymis fuit, sine ob ardentem & mutuam inter se dilectionem & coniunctionem, siue ob persecutorum iniurias, communia omnia, nihilq; proprium seu priuarū habuit: sed sua omnia in commune ararium, ad communem omnium vsus, cōtulit: sicut Lucas testatur Act. 2. & 4. cap. Huic arario praesuerunt primō Apostoli, quibus pretia siue pecuniam in commune depositam, distribuendi ius permissum fuit, prout cuiq; opus erat. Act. 4. Sed cū, crescente multitudine fidelium, non simul possent mensis ministrare, hoc est, eoru curam suscipere seu gerere, quae pauperum subuentioni & alimonia seruirent & vacare concionib; precationibusq; cum publico ecclesiae rotius consensu septem viros spectatae probitatis, plenos spiritu sancto & sapientia, crearunt Diaconos, quos ei rei praefecerunt. Act. 6. Atq; haec est origo bonorum ecclesiasticorum apud Christianos. Quem admodum enim fideles hi sancta libertate suas opes Ecclesiae contulerunt, ita sequentibus postea seculis factum est, vt crescente christianoru numero, reges & principes aliq; quorum lautior fortuna fuit, horum exēplum imitati, ecclesias annuis redditibus & decimis ditarent, vt mox indicabitur. Quan-

Bona communia in Hierosolymitana Ecclesia.

Bona Hierosolymitanae ecclesiae quis praesuerit.

Quandiu autem hæc rerum communio durarit certo aliquo testimonio sacræ scripturæ indicari non potest. Certum tamen est non semper in hac ipsa Ecclesia durasse, neq; enim Apostoli talem communionem lege aliqua præceperunt vsquam: sed fideles sponte sua contribuere bona, partim vt hac ratione ardens dilectionis studium testarentur, partim verò vt sic assuefacerent se, ne opum iacturam, quam exoriente persecutione mox facturi erant, impatientius ferrent, cum illas iam pridem alijs erogare, & ipsi pauco contenti viuere dedicissent.

In alijs verò Ecclesijs eandem rerum communionem fuisse, neq; historia meminerunt, neque aliunde probari potest. Constat autem Romæ Christianos res proprias habuisse, ex ijs quæ Paulus scribit Rom. 12. 1. Cor. 6. Gal. 8. Ephes. 4. Philip. 4. Coloss. 4. 1. Thess. 2. & 4. 2. Thess. 3. Id quod etiam aliæ ecclesiæ fecerunt, vt patet ex 1. Tim. 6. vbi diuitibus præscribit quomodo suis bonis vri debeant. Ioannes quoq; proprietatem probat 1. epist. 3. & paulus Heb. 13. ac Iacobus 2. cap. suæ epistola.

Proprietates rerum in alijs Ecclesijs fuit.

Nihilominus tamen illæ ecclesiæ omnes sua æraria habuerunt, in quæ viritum in publicis cæcibus singuli pro sua facultate contulerunt, vt e& videre Actor. 11. Rom. 15. Gal. 3. 1. Cor. 16. & 2. Cor. 8. & 9. Item ex Iustini Apologia 2. De contributionibus quoq; in publicis cõgrefsiõibus, hæc Tertullianus in suo Apologetico refert: Si quod arca genus est, nõ de Oneraria summa, quasi redemptæ religionis, congregatur, modicam vnusquisq; mensura die, vel cum vellet, & si modo possit, apponit: nam nemo compellitur, sed sua sponte confert. Hæc quasi deserta pietatis sunt. Ex hoc loco Tertulliani de Arca sine Gazophylacio quidã conijciunt, fideles olim in occulto suas oblationes dedisse, ita vt alius nescierit, quid alius in arcam miserit: postmodum verò, vel offerentiũ vanitate, vel sacerdotũ auaritia, cõ res deuenit, vt publicè Diaconus offerentiũ nomina recitaret, ac enanciaret, quantum quisq; detulisset, ex ambone clamans, Ille tantũ pollicitus est, Illa tantũ obtulit. Hoc verò Hieronymus grauissimè reprehendit in Ecclesiariũ principibus tale quid apud se ferentibus, exponens illud Hiere. 11. Quid est quod dilectus meus in domo mea facit tam multa scelera? Item illud Ezech. cap. 18. Si panem suum dederit esurienti. Quod Innocentius 1. veruit etiam fieri, iam d. can. vlt. de cõf. d. 1. Sed & istarum Oblationum colore committebantur alia quædam valdè reprehensibilia: de quibus vide Ioan. Quintinum in explicat. can. 7. Concilij Gangren.

Ærarium ecclesiæ primitiu habuerunt.

Tempus verò huiusmodi Oblationes contribuendi non semper fuit idem. Fabianus Papiæ, Cypriani cõetaneus, annis post Tertullianum circiter centũ, crescente in dies multitudine Christianorum, constituit, vt non iam mensura die, h. e. singulis mensibus, sed singulis Dominicis diebus, ab omnibus viris et mulieribus fieret Oblatio tantũ panis, quàm vini. tom. 1. Concil.

Oblationes cõtribuendi tem- pus.

Aliorum verò reddituum & bonorum Ecclesiasticorum, præter hanc pecuniam à fidelibus in publicis conuentibus collatã, certi & probati authores non meminerunt. Origenes quidem hom. 31. in Matt. mentionem facit ecclesiæ reddituũ: verum illi cuiusmodi fuerint, et non explicat et de illis solis loqui videtur, qui ex mutuis collationibus & donationibus cõportabentur. Sola diues semper fuit Romana ecclesia, si suspectis authoribus credere voluerimus. Ex decretali namq; epistola 2. Pij 1. qui episcopatum Rom. tenuit circa annum Domini 130. sub Antonino Pio, apparet, ecclesiã Rom. sua prædia habuisse, quæ ei & Deo donata dicuntur: Sauxit enim, vt sacribegus esset, quicũq; fundos, aliaue bona religioni dicata, in profanos vsus conferret. Funkius in chron. Hæc autẽ qua fide Pio tribuatur, ex relatione Petri de Natalibus, Polyd. Vergili de Inuẽt. rerũ li. 6. cap. 14. Marsilij Parauini in Defens. pacis, Funkij & aliorum constabit, qui affirmant, Ecclesiã primò omniũ cepisse possidere prædia Urbani 1. tempore, qui pontificatũ post Pium adeptus est 130. añs. Is decreuit, vt Ecclesia prædia ac fundos à fidelib. oblatos reciperet, hæc tamẽ lege, vt diuideretur prouentus clericis omnib. viritum, nihilq; cuiuspiã priuatum esset, sed in cõmune bonum: quod hodiè obsoleuit, tanta est hominum rapacitas & libido: verba sunt Platina in vita Urbani: Idẽ refert Cranzius in Me-terop. li. 2. c. 1. et Funkius in Chron. Et in deretali 1. sic air: Post Apostolorũ tempus, cum viderent sacerdotes & Levitæ, & reliqui fideles per vniuersum orbẽ dispersi, vrilius fore, si hæreditates & agros, quos vendebant, ecclesijs, quibus præsidebant episcopi, traderent, eò quòd ex

Rom. ecclesia semper diues.



sumptibus eorum tam presentibus quam futuris temporibus, plura & elegantiora ministrare possent fidelibus, communem vitam ducentibus, quam ex pretio ipsorum: caperunt prædia & agros, quos vendere solebant, matricibus ecclesijs tradere, & ex sumptibus eorum vivere etc. plura qui cupit legat Carranza Epitome Conciliorum fol. 21. b. et 22. item 12. q. 1. videntes autem: & 12. q. 1. Res Ecclesiæ: 17. q. 4. Attendendus est. Sub eodem quoq; Urbano aureis & argenteis vasis, quæ prius vel lignea vel vitrea fuerant, Ecclesia primum vitæ capit in Cænæ Domini distributione. Damasus in vita eius. Otto tamen Frisingensis Episcopus lib. 4. ca. 3. dicit, sub Constantini M. imperio catholicis hominibus primo permissum ut Ecclesiæ ipsorum prædij ditarentur.

Quæ non ideo dicuntur, quòd negare velim habuisse ecclesias ante Constantini Magni ætatem fundos seu prædia & redditus: habuerunt enim, id quod ex decreto Constantini & Licinij Imp. patet, quod extat apud Eusebium lib. 10. ca. 5. vbi constituit, ut non solum ea loca, in quibus conuenire consueverint Christiani, sed & alia quædam peculiaria non singulis priuatim, sed inui societatis ipsorum competentia, si ablata fuerint, ipsis restituantur. In eandem etiam sententiam Anulo præfello præcipit, ve quæcunq; bona ad Ecclesiam Catholicam Christianorum vel in vrbibus vel in locis alienis pertinentia, siue à ciuibus, seu à quopiam alio occupata detineantur, confestim ipsis Ecclesijs restituantur: prorsus enim, inquit, constitutum nobis est, ut quas Ecclesiæ antea habuerunt possessiones, in ius earum redeant. Eusebius ibid. & Nicephorus lib. 7. cap. 42. Credibile igitur est capisse Ecclesias, non solum Romanam, sed etiam alias, redditus & prædia aliaq; huiusmodi bona possidere, Urbani 1. tempore primum, quæ annum Domini 225. quæ postea in persecutionibus vi illis ablata, & in priuatos vsus conuersa, sed à Constantino restituta fuerunt.

Ararijs primi  
tius ecclesiæ  
quis præfuerit.

Præfuisse autem eiusmodi ararijs, qualia in primitiua Ecclesia fuisse supra diximus, certos homines ab Ecclesia constitutos, dubium esse non debet, siue ij diaconi, siue alij fuerint. Apostolos autem, ut Paulum: & presbyteros seu Episcopos, ut Timotheum & similes, in distributione & collocatione pecunie communis ararij, suam quoq; auctoritatem interposuisse, patet ex 2. Corin. 8. et 1. Tim. 5. vbi Paulus iubet Timotheum curare, ne ecclesia oneretur in alendis viduis, quibus alijs suppetat, aut quæ habeat suos familiares à quibus sustentari possint. Et Sotherum Episcopum Romanum pecunie à fidelibus sic contributa curam gessisse, ex epistola ad Romanos Dionysij Corinthij Eusebius refert lib. 4. cap. 23. Id quòd etiã lege primò firmavit Urbanus 1. Papa, quod ex decreto eius prima patet, nimirum, ut oblationes fidelium Episcopis credantur, dispensanda iuxta necessitatem fidelium. Sed verba ipsa Urbani adscribemus: Res, inquit, in ditione singularum parochiarum Episcoporum, qui locum tenent Apostolorum, erant, & sunt vsq; adhuc, & futuris semper esse debent temporibus. E quibus Episcopi & fideles dispensatores omnibus communem vitam degere volentibus, ministrare cura necessaria debent, prout melius potuerint, ut nemo in eis egerens inueniatur. com. 1. Concil. refert etiam Carranza in Epit. Concil. fol. 21. b. & 22.

Ex Origine verò, qui circa Urbani primi tempora claruit, apparet plurimis in locis, veritè & pecuniarum, quæ sic conferebantur, præfides & dispensatores fuisse Diaconos, nam tract. in Matth. 16. ait: Mensis Ecclesiasticarum pecuniarum Diaconi præfunt. Item: Diaconi, qui non bene tractant Ecclesiasticarum pecuniarum mensas, & semper de eis fraudant, & ipsas quas dispensant, non secundum iustitiam dispensant, & diuites fiunt de rebus pauperum, ipsi sunt nummularij pecuniarum, mensas habentes quas euertet Dominus.

Bona Ecclesiastica quibus distributa.

Ex hisce porro bonis Ecclesiasticis stipendia suppeditarunt primò, Apostolis: Nam Philippenses Paulo sumptus susceperunt, & Thesalonicam etiam ei, & postea Romam per Epaphroditum misisse dicuntur Philip. 4. Ac licet à Corinthijs & Achaïis, ne quod daret scandalum, aut videretur quæstus gratia Euangelium docere, nihil accepit, ut testatur 1. Corin. 9. Nichilominus ab alijs ecclesijs stipendium accepisse scribit 2. Corin. 11. Alios etiã ministros inde aluisse videntur ex Gal. 6. & 1. Timoth. 5. capit. Dominus enim ordinauit, ut qui Euangelium annuntiant, de Euangelio uiuant. Sed qualia aut quanta stipendia ipsis sine data, non definitur. Quod si verò secundum legem Domini 1. Corin. 9. & manda-

ta Pauli 1. Timor. 5. & Gal. 6. Ecclesie egerunt, tantum illis dederunt, vt se & familiam suam sustentarent, 1. Cor. 9. & victum amictum, & omnis geueris bona habuerint. 1. Tim. 6. Galat. 6. Soli Apostolorum Canones (de quibus hic suum cuique relinquam iudicium) videntur subindicare, oblationes primitiarum Episcopo & presbyteris & reliquis clericis collatas esse, sicut 5. can. habet. Sed et Origenes homil. 11. in Num. Vult offerri sacerdotibus ad altare primitias: Ita enim, ait, & Dominus disposuit, etc. Item, Sicut hoc dignum & decens est, sic e contrario indecens, & indignum existimo, & impium, vt is qui Deum colit, et ingreditur Ecclesiam Dei, qui scit sacerdotes & ministros assistere altari, & aut verbo Dei, aut ministro Ecclesie deseruire, vt de fructibus terrae, quos Deus dat solē solum producendo, & pluias suas ministrando, non offerat primitias sacerdotibus. In ministrorum etiam usum factas oblationes Cyprianus indicat lib. 4. epist. 5. Presbyterij (inquit) honorem dignasse nos illis (lektoribus) iam sciatis, vt & sportulis iidem cum presbyteris honorentur, & diuisiones mensuræ æquatis quantitatibus partiantur. Ex lib. item 1. epist. 7. Cypriani apparet, ministris Ecclesie stipēs, oblationes & canas datas esse.

Secundo, ex bonis illis Ecclesiasticis aluerunt viduas egenas & senio confectas. 1. Tim. 6. Subuenerunt itē ea pecunia pupillis, ijsq; quos morbus aliaue causa inopes fecisset, & qui in vinculis essent, ii em hospitibus seu peregrinis omninoq; omnibus qui aliqua indigentia premittuntur: vt patet ex eius epistola fragmento quod extat apud Euseb. lib. 4. cap. 23. & est Dionysij Corinthij. Et Tertulianus in Apologetico cum mentionem fecisset contributionum quæ fiebant in publicis cæribus, de usu earum hæc addit, Inde non epulis, ait, nec potaculis, nec ingratis orationibus dispensatur: sed egenis alendis humanisq; & pueris ac puellis re ac parentibus destitutis, ætateq; domitis senibus, ii em naufragis, & si qui in metallis, insulis, vel in custodia, etc. Et de rebus atq; alimentis in cōmune collatis nutriti solitos martyres in vinculis, idem indicat initio libri ad Martyres. De bonis his in pauperes collatis scribit quoque Origenes hom. 11. in Leuit. Et Cyprianus epist. 10. lib. 1. & epist. 24. lib. 3.

## C A P V T II.

## De Donationibus &amp; bonis Ecclesiasticis Constantini Magni tempore, &amp; inde, vsq; ad nostram ætatem.

**D**onationes autem factæ Ecclesijs, Constantini Magni tempore maximè caperunt, qui non solum ablata tempore persecutionum restituit, sed multa insuper de nouo addidit, bonaq; Ecclesie mirū in modum auxit. Nam ex status ethnicis pretiosioris materie, pecunias confluxit, & Ecclesijs contulit. Sozom. lib. 2. ca. 7. Deinde ex publicis tributis per singulas ciuitates, veltigal certum deduxit, ac cuiusq; loci ecclesijs & clericis deputauit: hancq; munificentiam firmam & perpetuam haberi lege statuit. Sozom. lib. 1. cap. 8. itē lib. 5. cap. 5. Ac si qui martyris persuneti, bonorum aliquid post se, sine liberis aut cognatis hereditibus reliquissent, in ærarium Ecclesie bona ea inferri lege sanxit, vt indicat Eusebius lib. 2. de vita Constantini. Ecclesijs quoq; frumentū de publico dare iussit: quod cum Iulianus prohibuisset fieri, successor eius Iouinianus, et postea Valentinianus ac Gratianus rursus confirmauerunt, constitut. sua l. priuilegia. C. de Sacrosancta Ecclesia. Ac de rebus contributis Ecclesie, Basiliius epistola 140. testatur, multos totas domus vsui ecclesiarū destinasse: alios vero vltro omnem suam iisdem contulisse substantiā. Quod cum sub alijs Imperatoribus facere non licuisset, Constantinus lege id permisit: l. 1. C. de Sacrosancta Ecclesia. Cum autē lege hæc abuterentur quidam ministri Ecclesie, & monachi pro suo more hereditates caperent, & in testamenta irrepent, læta alia lex est, à Valentiniano, Valente et Gratiano, cauens nequid ex aliorum testamentis clerici & monachi priuatim caperent. Extat hæc lex lib. 16. Codicis Theodosij. Narrat etiam Theodoretus lib. 3. cap. 12. Ecclesiam Antiochenam plurima habuisse vasa pretiosa, anathemata & pecunias, quas ei dono contulerant Constantinus &



Constantius. Refert quoq; Sozom. li. 5. cap. 5. & 8. & 16. Hinc Mantuanus lib. 12. Faſtorum de Conſtantino M. ita canit:

Caſar hic in noſtram geſtans pia peſtora gentem,  
Immenſas donauit opes, vaſa aurea, fundos,  
Vnde ſacerdotes magnis prouentibus auſti.

In quibus magnum ſtudium Conſtantini M. ad cultum Chriſti promouendam apparet, quum non ſolum maximis ſumptibus templa extrui fecerit, ſed etiam Eccleſiarum miniſtris ſtipendia à publico tam magnificè dari conſtituerit: Cum antea non ſolum aedes ſacræ, verum etiam ipſi Epifcopi cum cæteris Eccleſia miniſtris & pauperibus, ex eleemoſina ac ſtiſpe collata ſuſtenterentur. Funkius Comment. li. 6. in Chron.

De falſa & ſuppoſititia Conſtantini M. Donatione.

Verum non contenti hiſ quantumuis immodicis & magnificentiſſimis optimi Imperatoris Conſtantini donis, ſingunt in ſuper pontificij eundem peculiarem quandam Romanæ eccleſia eiusq; epifcopo Silueſtro & ſucceſſoribus ſeciſſe DONATIONEM. Extat illa apud Gratianum diſtinct. 96. c. Conſtantine. Vbi indicatur, Conſtantinũ Magnũ lepra morbo affectum, ſed à B. Sylueſtro purgatumq; gratitudinis ergo donaſſe pontifici eiusq; ſucceſſoribus, primò, dominium ſpirituale ſupra omnes orbis terrarũ eccleſias; deinde inſignia regia, hoc eſt, Palatiũ Lateranenſe, Diadema aureum, Mitram, Collare imperatorum, purpuream Chlamydem, Coccineam tunicam: Indumenta imperatoria, Pompa præcedentium & ſequentium equitũ, Imperiale ſceptrum, Signa & vexilla cuncta: poſtremò & temporale Dominium totius Occidentis, in primisq; vrbis Romæ, iteq; Italie, Sicilie, Sardinie, Hiſpanie, Germanie & Britannie. Qua de re Otto quoq; Friſingeniſis lib. 3. ita ſcribit: Imperator Conſtantine, inquit, caput omnium in tantũ Romanam exaltauit eccleſiam vt B. Sylueſtro vrbis eiusdem epifcopo, inſignibus regni traditis, ipſe ſe Byzantium transferret, ibiq; ſedem regni conſtitueret. Ex hinc Romana eccleſia occidentalia regna tanquam ſui iuris à Conſtantino ſibi tradita affirmat, in argumentumq; tributum (exceptũ duorum Francorum regnis) vſq; hodiè exigere non dubitat.

Suppoſitiam autem hanc eſſe Donationem et ad dominatum Romanorum pontificũ improbè eſſe factam inde patet, quòd apud nullum probatũ veterem authorem extat, eiusq; non ſolũ Eufebius, qui vitam Conſtantini Magni libris quinque, quàm diligentiffimè deſcripſit, ſed nec media etatis hiftorici Nicephorus, Paulus Diaconus, & Zonaras, Pontificibus Romanis plus vniuũ addicti, ne verbulo quidem vllò meminerunt. Quin etiam in antiquis Gratiani Codicibus diſtinctio hæc de Donatione illa non extat id quòd clarè teſtatur Antonius hiftoricus tit. 8. ca. 1. §. 8. inquit: Caput illud non habetur in antiquis Decretis. Quid ergo & quantum Conſtantine donauit, non eſt benè certum. Et Volateranus lib. 23. De Dono, inquit, aut Conceſſione Conſtantini apud nullos extat authores, præterquam in libro Decretorum: idq; in antiquis voluminib; minimè contineri, auctor eſt Antoninus præſul Florèntinus in Chronicis. Quòd valde miramur, inquit Volateranus, & Nauclerus, cum Iſidorus, qui fuit abhinc annos propè 800. grauis auctor ac planè ſanctus, in hiftoria ſua apertè dicat, eum vrbe Roma pontifici ceſſiſſe, ornamentisq; omnibus imperialibus, diademate videlicet, habituq; & albo quo quo veſteretur. Sed non obſeruarunt boni illi, hæc in vetuſtiſſis Iſidori exemplaribus non extare, & proinde ſuppoſititia videri. Hodierna tamè adhuc die inueniuntur Gratiani exemplaria, quæ iſtam Donationè non habent: vnde etiam Nicolaus Cuſanus lib. 3. de Concordia Cathol. Abſq; dubio, inquit, ſi non fuiſſet illud dictamen apocryphũ, Gratianus in veteribus codicibus, & Canonum collectionibus inueniſſet, & quia non inuenit, nõ poſuit. Ipſi quoq; Romani pontifices hoc priuilegium pro ſuo in ſpiritualibus & temporalibus dominatu ſtabiliendo nõquam citiſſe leguntur. Quæ de re et Carolus Molinæus Iuriſconſultus doctiſſimus in ſuis Commentarijs ita ſcribit: Nullus vnquã Papa inuentus eſt, qui ſe fundarit in prætenſa Donatione Conſtantini, nec qui eam vnquam allegauerit. Gregorius 7. qui tanto molimine imperium Germanorum aggreſſus eſt, & attriuit, nulli modo Donationis cuiuſuis ab hominibus ſue à

Conſtantine

Constantino M. sine ab alijs facta meminit (qua tamē maximē in rem suam fecissent, si quid veri aut verisimilis habuissent) & omnino nō omisisset: sed tantum nō dicitur verbis Christi, ad regnum & imperium totius orbis malē detortis. Sic & Benedictus 12. contra Ludovicum Ba-  
 uarum Imperatorem, nō alio titulo Mediolani & alijs vrbibus Imperij vicarios nomine suo instituit, quibusdam etiam vestigal imposuit, quā vel vnicus Vicarius Christi in terris, hoc est, etiam in terreo totius orbis imperio. Et ante eum Benedictus 11. eodem modo nouos magistratus Florētia instituit, vt Platina in eius vita indicat. Hac Molinæus. Nicolaus quidem 3. qui Pontificia sellam tenuit circa annos Dom. 1277. lib. 6. de Electione. c. Fundamenta, meminit huius Donationis, sed parçē & timidē admodum, nam tantum vrbem Romanam, non totam Italiam & Occidentem donatum indicat. Vnde & Molinæus, Nicolaus, inquit, fabulam illam quidem allegauit, non autem facit fundamentū in ea, sed in verbis sacra scripturae, Pharisæico & Iudaico more ad terrenum regnum detortis.

Acta etiam Constantini aliorumq; Imperatorum, tum Episcoporum quoq; & Conciliorum argumento satis magno sunt suppositiciam hanc esse Donationem. Regna enim illa quae Constantinus in ista Donatione Romano pontifici assignasse dicitur, paulo ante mortem: filijs distribuisse, auctor est Eusebius. Ita enim Sext. Aurelius Victor, Ad tres, ait, Orbis Romani dominatio redacta est, Constantinum, Constantium & Constantem filios Constantini. Et Zosimus historicus disertē indicat, natu maximum filiorum eius Constantinum cum minimo natu Constante, omnia trans alpes sita, ipsam etiā Italiam, & Illyricum sortitum fuisse. Obtinuerunt horum successores Italiae & vrbis Romae imperium vsq; ad Odoacrum Rugianum, vel, vt alij volunt, Saxonem, hoc est, ad annū Christi 476. Et si enim bis antea Roma capta fuerit, semel ab Alarico Gotico rege, anno Domini 414. & iterū à Genserico Vandalico rege anno 459. sedem tamen ibi non fixerunt, sed præda onusti inde discesserunt. Odoacer verò, qui tum temporis totam penē Germaniam obtinebat, magno cum exercitu Italiam intrans, capta Roma primus ex peregrinis dominis eam possedit, Functio quoq; teste lib. 7. Comment. in Chronologiam, seq; regem vrbis totiusq; Italiae nominauit. Eo verò per Theodoricum victo sublatoq; imperium Italiae penes Gotthos longo tempore permansit, nimirum vsq; ad annum Iustiniāni Imp. 26. Christi verò 553. quo Gotthi à Narsete victi totaq; Italia expulsi sunt. Roma igitur iterum in potestatem Imperatorū rediit, quam Narsetes annis sedecim, cum reliqua Italia summa in pace continuit, nec pontificibus Romanis quicquam iuris in eam sciri: quod adde certum est, vt Honorius papa, sine permissu Heraclij Imp. ne regulas quidem aeneas, quibus S. Petri basilicā cooperuit, à Romuli templo amouere ausus fuerit, Blondo auctore Decad. 1. lib. 9. Et Bonifac. 4. Pantheō Romae à Phoca impetrauit. Gotthi ex Italia eiecti, aliquanto post Longobardi sine à Narsete inuitati, vt aliqui narrant, sine, quod magis credibile est, consuetis antea pulcherimis Italiae vrbibus & splendore, vtrò Italiā magno numero ingressi sunt anno Christi 568. sub Imp. Iustino, eamq; Italiae partem occuparunt qua inter Alpes & Apenninum est, quaeq; adhuc hodie nomen Longobardiae inde habet, conueruitq; annos 204. Longinus verò, qui Narseti successerat, nomen magistratus genus in Italiā trauxit (Exarchus enim cum successoribus dicebatur, vnde Exarchatus dignitati fuit) & in Rauenna sedem imperij locauit, reliquaq; Italiae praesuit. Et si verò Longobardorum vires ex eo tempore valde in Italia excreuerint, hunc tamen Exarchatum cum vrbe Roma, ipsi, nedum pontifices Romani, nunquā suae potestati subicere valuerunt: Ita vt Roma tantisper sub imperio Graecorum Imperatorū permaneret, donec dolis & perfidia Rom. pontificum in Francorum potestatem, & inde in suas manus peruenerit. Factum hoc sub Stephano 2. papa circa annum D. 752. Cum enim Aistulphus Longobardorum Rex, regni sui fines egressus, Rauennam iam armis occupasset, ad totius Italiae imperium, vt olim Gotthi eam possederant, animum adiecit, ideoq; collecto magno suorum exercitu, Romanorum fines ingressus, agros & quaecunq; fuerūt obuia vastat. Stephanus itaq; pontifex, à quo tributum poscebat, Constantinopolim primum legatos misit, qui rogarent Imperatorem vt Romae totiusq; Italiae rebus afflictissimis maturè succurreret. Quo ipso haud obscure significauit papa se Constantinop. Imper. pro suo legitimo



Italię, totius domino agnoscere. Sed cum is auxilia aut dare noller, aut non posset, cum eodem tempore pestis grauisima urbem regiam inuasisset, quam & penę exhaustit, illico papa ad Francos confugit, & à Rege Pipino, qui Regnum Romano pontifici acceptum ferebat, contra Aistulphum auxiliũ petijt. Pipinus, accepti beneficij memor, ineunte vere alpes transcendens, maximis copijs ad Papiam, que Longobardorum Regum sedes erat, cõtendit, Regemq; inclusum obsidione cingit. Pace autẽ facta, Longobardus promissis nõ stetit, sed maiori propõdamno Romam affecit, quam 340. annis ab inclinatione imperij sensisset. Rogatus igitur denud Pipinus, ut vrbi laboranti succurreret, exercitum quantã potuit celeritate comparat, Italia inerat, Regem Longobardorum ad deditiõnem compellit, Imperatorem quoque Constantinopolitanum Exarchatu exiit, raptãq; papã tradidit, qui quid nimirum intra Isaurum flumen, Apenninum & Adriaticum continetur: quibus insuper adiecit, Ariminum ad mare, Concham, Pisaurum, Phanum Fortunę, Vrbium, Eugubium & alia loca in Flaminia, & Piceno agro, & plerasq; alias vrbes quas Pius 2. enumerat.

Ethęc est illa donatio, quę falsõ Constantino Magno ascribitur. Pipinus enim primus has terras Romanę fedi, cum eas à Longobardorum armis liberasset, dono dedit: quo gratum se Romano pontifici exhiberet, à quo nuper ad regnum Francicum pari ferẽ iure promotus fuerat: Verba sunt Funcij lib. 8. Comment. ad Chronolog. Sunt tamen qui ne hanc quidem Donationem pontificibus Rom. à Pipino factam concedant, eumq; in Regem Italia vnctum à Stephano probent: Nec Caroli adhuc Magni tempore in urbem Romam iuris quiquã pontifices sibi vendicasse, aut vsurpasse, sed ea tantum, quę ad res sacras pertinerent, procurasse, multi prodiderunt, ut Philippus lib. 4. Chronic. indicat. Hanc tamen Donationem aui sui Ludouicus Pius Caroli filius confirmasse dicitur apud Gratianum distinct. 63. c. Ego Ludouicus. his verbis: Ego Ludouicus Imp. Romanus Augustus status & concedo per hoc pactum confirmationis nostrę B. Petro Principi Apostolorum, & per te Vicario tuo Domino Paschali summo pontifici, & successoribus eius in perpetuum, sicut à prædecessoribus nostris vsque nunc in vestra potestate & ditione tenuistis & disposuistis, Romanam ciuitatem cum ducatu suo, & suburbanis, atque villiculis omnibus, & territorijs eius montanis, & maritimis littoribus, & portubus, ceu cunctis ciuitatibus, castellis, oppidis ac villis in Toscanie partibus. Item quando diuina vocatione huius sacratissimę sedis pontifex de hoc seculo migrauerit, nullus ex regio nostro aut Francus, aut Longobardus de qualibet parte homo sub nostra potestate constitutus licentiam habeat contra Romanos aut publicè aut priuatim conueniendi, aut electionem faciendi, nullusq; in ciuitatibus aut territorijs ad ecclesie B. Petri Apostoli potestatem pertinentibus aliquid malum præterea facere præsumat: sed liceat Romanis cum omni veneratione & sine qualibet perturbatione honorificam suo pontifici exhibere sepulturam: & cum quem diuina inspiratione, & B. Petri intercessione omnes Romani vno consilio atque vna concordia, sine aliqua promissione, ad pontificatus ordinem elegerint, sine aliqua ambiguitate atque contradictione moro canonico consecrare: & dum consecratus fuerit, legati ad nos, vel ad nostros successores Reges Francorum dirigantur, qui inter nos & illum amicitiam, charitatẽ & pacem concilient. Sed quantum huic scripto, quod apud Gratianum extat, tribuendum sit, ex lib. 3. Geograph. Volaterrani patet, vbi eandem Confirmationem Ludouici Pij, sed longè aliter recitat ex Antigrapho vetusti libri, quod in bibliotheca Vaticana suo adhuc tempore asseruatum testatur, & ita de verbo ad verbum habet: Ego Ludouicus Imperator concedo tibi B. Petro Principi Apostolorum, & per te vicario tuo Domino Paschali summo pontifici, successoribusq; eius in perpetuum, ciuitatem Romanam, cum sua iuris ditione, omnibusq; circa terris, ciuitatibus, portubus, ac maritimis locis Hetrurie: In ea denique mediterraneum urbem veterem Balneoregium, Viterbium, Saonam, Populoniam, Rossellas, Perusum, Marburanum, Sutrium, Nepe versus Campaniam, Ananiam, Signiam, Ferentinum, Alanum, Patricum, Frusinum, cum omnibus circa oppidis & vicis: nec non Exarchatum Rauennã integrum, sicut pie recordationis Carolus pater, & item Pipinus auus noster B. Petro dudum concessere. Vide-

licet *Ravennam, Bonicum, Emiliam, Forum populi, Forum Iulij, Fauentiam, Imolanam, Romaniam, Ferrariam, Commadum, Adriam, Seruiam. In Marchia Pisaurum, Fanum, Senogalliam, Anconiam, Oximum, Numanam, Esium, Forum Sempronij, Feretrum, Urbium, territorium Valuense, Callium, Luceolos, Eugubium: In Campania Sorum, Aquinum, Arpinum, Thranum, Capuam, Patrimonia quoque ad nostram pertinentia ditionem, Beneuentanum, Salernitanum, Calabriae inferioris, ac superioris, ac Neopolitanum ducatum: in super Spoletinum, Tuderoriculum, Haruiam reliquaque eius ditionis: Insulas quoque inferi maris, Corsicam, Sardiniam, Siciliam, quae omnia pie memoriae Pipinus auus, deinde Carolus Imperator genitor noster, per Athinum & Mainardum abbates, ad hoc sponte missos, B. Petro eiusque successoribus scripto concesserunt, nos item probamus atque concedimus. Præterea summi pontificis eligendi Romano consilio potestatem esse volumus, modo sine discordia fiat, &c. In his scriptis illud in primis obseruandum, quod instrumenta Ludouici Imp. de confirmatione Donationis à Pipino & Carolo sedi Rom. factæ, quæ apud Gratianum & Volateranum extant, sunt diuersa: at qui ut verus Constantinus apud Iustinianum loquitur, Scripturæ diuersæ, & fidem sibi inuicem derogantes, nihil habere firmitatis possunt. I. scripturæ, 14. c. de fid. instrum. nam duæ orationes pugnantia continentur, veræ esse non possunt. In Gratiani autem instrumento sola Romæ suburbana quadam nominantur: in Volaterani autem, præter maximam Italiae partem, Sardinia quoque, Corcyra & Sicilia. Opere prærium autem erit audire Caroli Melinæ I. C. doctissimi de hac Confirmatione Ludouici Imp. Iudicium. Is igitur in suis Comment. ut non est, inquit, in fauorem paparum credendum Bibliothecario, potentatus eorum fautori famuloque domestico: ita non est credendum Gratiano monacho, qui & ipse affectibus & ambitioni nouorum sui temporis paparum, quantum potuit, sauit, nec aliunde quam à Bibliothecario dictū cap. Ego Ludouicus, transsumpsit: & sic nec alij, qui tantum dicta eiusdem Bibliothecarij recitant, nec aliunde sciunt, nec examinant. Sed examinando veritas elucescit in contrarium: quia Paschalis à populo vi coactus pontificium munus obire ante habitam auctoritatem Imperatoris, legatos excusatum & ad culpam non inficiandam, sed in populum transferendam, misit ad Ludouicum Pium, qui ut mansuetus erat, satis actionem quidem accepit, sed cum increpatione cleri & populi, & ad dicto præcepto maiorum instituta passim seruanda, utque cauerent, ne deinceps simili exemplo maiestatem læderent, ut expressè Platina & Sabellicus testantur. Quid autem magis contrarium aut repugnans est præfatæ & suspectæ Bibliothecarij scripturæ? Certè vel ex hoc falsitatis conuicitur: nec tamen etiam per se sufficienti exemplo tantum, sed etiam ex eo, quòd tempore Eugenij 2. immediati dicti Paschalis successoris, Ludouico Pio adhuc viuo, Lotharius 1. filius eius in imperij consortiū assumptus, Romæ politiam ordinauit, & magistratus instituit. Hoc autem fieri non potuisset, si Ludouicus Pius Romam ipsam, caput imperij papæ dedisset. Quid quòd Volateranus Geogr. lib. 3. præsentem illam Ludouici Donationem longè aliter & difformiter, quam Gratianus refert? sed ex scriptura quadam apocrypha, quam in bibliotheca papæ sese inuenisse dicit. Et sic illius bibliothecæ scripturæ, vnde tam bibliothecarius quam Gratianus & Volateranus sumpserunt, sibiipsis non constant: & non solum quòd domestica, & è loco suspecto, sed & varia reiiciendæ sunt: & multò magis ex eo, quòd fides historie repugnat per prædicta: tam ex eo, quòd Volateranus ibi Calabriae inferiorem & superiorem, & Ducatum Neopolitanum includit, & alia quæ constat ex sedere diuisionis inter Carolum Magnū & Imperatorum Constantinopolitanum factæ, Græcorum imperio cessisse, & diu pluribusque seculis etiam post Francorum imperium in Germanos translatum vsque ad Gulielmum Ferrebach Normannum, Tancredi Galli Normanni filium (qui è Neustria in Italiam traiciens, regnum Apulie anno Domini millesimo septimo, deinde Sicilia, sacerdotibus tamen Græcis relictis, occupauerunt) remansisse: quemadmodum si necessitas postularer probari ex historijs eorum qui tempore Caroli Magni, & deinceps vixerunt & scripserunt possent. Porro nec verum nec verisimile est, quòd Ludouicus Pius ea donasset, quæ non poterat, & nullo modo possidebat, & quæ pater eius ex dicto sedere Imperio Græcorum reliquerat.*



Quin sicut regnum Francorum alienare non poterat, ita nec imperium, nec regiones imperij Occidentalis, quae ex diuisione Carolo Magno & successoribus eius cesserant, & multo minus Romam caput Imperij. Alber. in ca. 1. de su. tri. & l. benè à Zenone. C. de quadr. praescript. Et sic Donatio Ludouici, si qua fuit, iisdem de causis nulla esset, ex quibus Donatio Constantini Magni, quam gloss. & Doctores communiter, qui eam factam fuisse putant, tamen non valuisse concludunt, vt glo. Accurs. in authen. quomodo oporteat Epif. verb. conferens generi. coll. 1. Petr. perri. in proem. Inst. nu. 11. cum seq. Signorol. de homed. consl. 26. sentit Bart. in proem. & Bal. de nouo cod. in prin. tenet, quod valere nō potuit sine consensu populi. At qui praetense Donationi Ludouici populus Rom. nunquam, sicut nec praetense Donationi Constantini Magni consensit: nec solum non apparet de consensu, sed de dissensu constat, etiam per continuam populi Rom. resententiam tempore Eugenij 3. Adriani 4. Alex. 3. Lucij 3. Urbani 4. Hac omnia Carol. Molineus.

Crediderim ego partim pontificibus Romanis à Pipinio & Carolo quaedam data & concessa fuisse, partim verò ipsos pontifices in motibus illis intestinis Italiae & ciuilibus bellis cruentissimis inter posteros Caroli multa vi, fraude & dolis ad se pertraxisse, & vt viderentur iure ea possidere, Donationem nescio quam aut cuius praetendisse. Testantur enim historia pontifices Romanos illis temporibus cruenta bella in Italia praesertim excitasse, suaque perfidia aluisse inter fratres quoque & consanguineos magna dissidia, vt vel cupiditates explerent suos, vel tollerent, quos officere ijs rebus experiebantur, quas moliebantur. Ea verò Otto 1. ad imperij fastidium euectus omnia repetijt, & Leo 7. papa non grauè reddidit, probè nimirum intelligens quibus artibus antecessores sui ea acquisiuisent. Extat enim apud Theodoricum à Niem, qui multorum paparum intimus scriba & Secretarius fuit, hac de re priuilegium à Leone Otthoni datum, quod ita habet: Ego Leo seruus seruorum Dei Episcopus, Otthoni spiritali filio nostro in Christo, Imperatori Augusto, & omnibus successoribus suis Imperatoribus & regibus regni Italiae, quatenus Dominus Carolus Rex Francorum & Longobardorum, & Patritius Romanus, nec non Pipinus pater eius, de Regalibus regni Italiae tribuerunt in sancta Romana Ecclesia B. Petro Apostolo, siue instrumenta scripta fuerunt per Eutherium notarium suum, siue per sacram, siue donationes, seu per alios modos sibi obuenerunt donationes à Iustiniano rege, & à Ruperto rege, haec omnia largimur & diffinimus vobis Ottoni Imp. & Adelbeida coniugi sua, regniq. consorti, vestrisq. successoribus regni Italiae in perpetuum praesentibus sacrosanctis Euangelij, & patrocinijs plurimorum Sanctorum, videlicet, &c.

Permansit imperium Italiae & vrbis Romae quoq. penes Imperatores adhuc Friderici 2. temporibus: Ita enim Continuator Frisingensis, Anno, inquit, 1160. Fridericus Imperator conuocatis omnibus Italicis baronibus generalem Curiam apud Roncaliam, cum maximo principum conuentu celebrauit: ibiq. renouatis antiquis legibus, nouas de suo promulgauit, ac diuersis imperij negotijs expeditis, iura desueta in consuetudinem reduxit, & quo iuris genere ciuitates Italiae subiacerent imperio, iudicialiter exquisiuit. Quod à principibus & legum dominis diligenter examinatum, generali omnium sententia iudicatur: Omnia regalia ciuitatum, vt pote monetas, telonea, nauigia, nec non & dignitates potestatum, consulum, iudicum ad ius spectare imperij, electasq. à ciuibus ad has dignitates potestatum, de manu Imperatoris iure beneficij easdem suscipere, nec sine eius consensu easdem deponere. In hac etiam curia iam per multa tempora obliuioni & neglectui datos, ad 20. millia talentorum annuos redditus imperio acquisiuit. Praeterea vestigia antiquitus constituta, nec non exactiones pro imperij necessitate exigendas in rationem Caesaris, vbi, quando & à quibus, & quomodo tractentur decretum est, & edito confirmatum. Et adhuc promulganda ac instituenda nuncijs Imperiales per Italiam destinabantur.

Auentinus lib. 7. Annal. refert, Pontificem Rom. demum sub Carolo 4. Imp. Italiae totius compotem factum fuisse: Cum ea lege consecratus fuerit, vt continuò Italia excederet, nec eam absque mandato Rom. pontificis deinceps adiret: quod & primus Imperatorum eis indulsit.

dulsi. Ea verò ratione libertatem Germaniæ (verba sunt Auentini) maiestatem imperij Romani, populi victoris gentium fortunam, & Christianam simplicitatem illis simul primis prodidit. Ob quam rem adhuc malè audit, quòd hoc pacto pontificum Rom. furorem aliquum intelletabilem, illis inferuendo magis instigari, & illorum licentis immodicæ, non solum æperuit viam, sed & strauerit.

In his omnibus, vt eò vnde digressa est reuertatur oratio, illud obseruandū videtur, quòd nec Ludouicus in fictitia Confirmatione, nec Leo 7. in restitutione, Constantini M. aliquam saltem vel verbulo vnico, sed tantum Iustini, Pipini, Caroli M. & Ruperi regis, atq; eorum quæ illi sedi Romana donarunt mentionem faciunt. Quibus etiam illud adiungo, quòd si maximè Constantinus M. B. Syluestro imperiū Occidentis dedisset, aut dare voluisset, ipsum id accipere nullo modo debuisset. Certissimum enim est, regnum Christi, cuius pontifices Rom. vicarij volunt haberi, non esse politicum, sed spirituale: Christus enim disertè inquit, Regnū meum non est ex hoc mundo. Nec colligitur & gubernatur Ecclesiæ aliter, nisi voce & ministerio Christi ac Sacramentorū filio Dei per verbum & Sacramenta Spiritum sanctum in corda credentium effundente. Nec caput est Ecclesiæ aliud nisi Filius Dei: Ephes. 1. 4. 5. Coloss. 1. 2. Deinde non modò non concessum est permissu diuino ministris ecclesiæ inuadere quocumq; prætextu regna mundi, sed feruissimè interdictum. Ioannis enim 20. inquit Dominus, Sicut misit me pater, ita ego mitto vos. Cumq; hæc dixisset, insufflauit & dixit eis: Accipite Spiritum sanctum: quorum remiseritis peccata remittuntur eis: quorum retinueritis, retenta sunt. Quibus verbis disertè docetur, ad quid institutum sit ministerium. Lucæ 22. ait: Reges gentium dominantur eis: & qui potestatem habent in eas, benefici vocantur. VOS AUTEM NON ITA. Prohibet his verbis clarissimè Dominus, ne sub Ecclesiastici muneris prætextu in respublicas dominium afferant Apostoli, neue etiam in ijs quæ vulgò spiritualia dicuntur, more Regum imperare velint. Qua de re D. Petrus quoq; cuius successores papa Rom. esse volunt, huiusmodi admonitionem contemnit: Presbyteros qui inter vos sunt obsecro, qui sum & ipse Presbyter, ac testis afflictionum Christi, atq; idem confors gloriæ quæ reuelabitur, Pacifice quantum in vobis est gregem Christi, curam illius agentes non coactè, sed volentes, non turpiter affectantes lucrū, sed animo propenso, neq; ceu DOMINVM exercentes in cleros, sed sic vt sitis exemplaria gregis. Item, Humilitatem animi vobis infixam habete, &c. Porrò Christus Dominus memorato loco, quæ dicit Apostolorum munus clarè definit, dicens: Qui maximus est inter vos, sit sicut qui minimus est: & qui princeps est, sicut qui ministrat. Et apud Matth. ait, Quicumq; voluerit inter vos magnus fieri, sit vester minister: & quicumq; voluerit inter vos primus esse, sit vester seruus. Quibus vtiq; illos nō dominio sed ministerio destinat, & ex seruorum officio argumentū petit, quo illos modestiā & quibusuis seruiendi studium commendat. Constat enim inter seruos eum excellere, qui plurimum laboret, & ad rei domesticæ curā plus alijs confert. Quia ergo Christus suos Apostolos, & qui ipsos in ministerio sequuntur, suos & Ecclesiæ suæ seruos fecit, hunc ille omnium præstantissimum iudicabit, qui se minimum putauerit, quiq; a deo reliquis omnibus seruitium voluntarium præstiterit. Peccant ergo contra Christi leges, quicumq; in ministerio Ecclesiastico constituti alijs dominari volunt, quos pro conseruis suis agnoscere debebant. Solomon Proverb. 30. terram contremiscere dicit sub seruo, qui imperat. Dubio procul igitur tota mundi machina contremiscet, quando eos sibi in regno Christi imperiū vendicare videbit, qui ne serui quidem dici merentur, quum nihil horum præstent, quæ ille à seruis suis requirit. Idem præterea probat argumento ab Ecclesiæ dignitate desumpto. Nam vter (inquit) maior est? qui accumbit, an qui ministrat? Quibus haud obscure significat, Cum maior sit, eorum qui accumbunt, quàm qui ad mensam ministrant, dignitas: Ecclesiæ autem accumbat, vt cibo æterno saturetur, quem eè verbi præcones administrant: Ecclesiæ vtiq; maiorem & excellentiorem suis ministris esse, & proinde æquè turpe esse, si hi ecclesiæ dominari velint, ac si quis famulus in herum sumus sumat atq; imperium. Hos deniq; suo exemplo quoq; arguit & confutat: At ego sum (ait) in medio vestrum, vt qui ministrat.



Cum hac Seruatoris doctrina consentiunt etiam Apostoli. Paulus enim 2. Cor. 10. *Arma, inquit, militiæ nostræ non carnalia sunt, sed potentia Dei, redigentes in captiuitatem omnem intellectum in obsequium Christi. Item, Non dominamur fidei vestræ. 2. Cor. 1. Et rursus, Euangelium est ministerium spiritus. 2. Cor. 3. Sed quid multus? Ipsemet Nicolaus 1. pontifex Rom. circa annos Christi 860. decreuit, Ne pontifex Rom. iura regia, sicut nec Imperator pontificia sibi usurpet: ut legitur distinct. 96. c. Cum ad verum ventum est.*

*Urgitur fictum est Constantinum M. dedisse Syluestro eiusq. successoribus imperium vrbis Romæ & totius Occidentis: ita quoq. falsum & supposititium est, quod in eadem Donatione idem Imperator dicitur sanciuisse, ut Rom. pontifex principatum teneat tam super quatuor sedes, Alexandrinam, Antiochenam, Hierosolymitanam, Constantinopolitanam, quam etiam super omnes in vniuerso orbe terrarum Ecclesias Dei. Et ut pontifex qui per tempora Rom. ecclesiæ extiterit celsior, & princeps cunctis sacerdotibus, & totius mundi existat: utq. eius iudicio, quæ ad cultum Dei vel fidem Christianorum, vel stabilitatem procuranda fuerint, disponantur. Verba sunt fictæ Constantinianæ Donationis. Si enim hæc vera sunt, qui passus fuit Constantinus in Nicæno Concilio, cui ipsemet quoque interfuit, decerni, ut Episcopus Romanus, sicut Rufinus lib. 10. Ecclesiast. hist. refert, tantum suburbicani Ecclesijs præesset? Nihil enim id aliud fuisset, quam hanc suam Donationem irritam facere, quæ paulò antè tam solenniter tamq. pomposis & grandibus verbis fuit facta, ac tam sanctè confirmata. Quo ipso certè se æternis illis supplicijs mancipasset totum, quæ in fine Donationis contempторibus ac violatoribus eius minatur. Eadem supplicia non subterfugissent 150. illi patres qui Constantinopolitano 1. Concilio interfuerunt, quique ca. 2. ita decreuerunt: Episcopi, quibus sua diocesis attributa est, ne in Ecclesias quæ extra fines suos sunt, se inferant, nèue Ecclesias confundant. Item, Episcopi, nisi aduocati, ne in alienam diocesim & præfecturam se inferant, siue ad suffragia, siue ad alias vllas administrationes Ecclesiasticas. Et in Chalcedonensi generali Synodo à 630. patribus celebrata, sancitur disertè, ut Constantinopolis sedes pari fruatur honoris primatu, atque sedes antiquioris Romæ: utque etiam in Ecclesiasticis negotijs æquè atque illa magnificetur. Quod decretum postea iterum in Constantinopolitano 6. Concilio renouatum confirmatumq. fuit, sed à Gratiano dist. 22. c. Renouantes, turpissimè corruptum, ut in Antigratiano nostro suo, Deo dante, tempore indicabitur. Putidissima igitur est fabula, & Doctoribus ecclesiarum post Constantinum multis seculis incognita, Romano pontifici principatû in omnes vniuersi orbis ecclesias, & nominatim in sedè Antiochenam, Hierosolymitanam, Alexandrinam & Constantinopolitanam à Constantino M. tributam fuisse. Probatum id etiam capite 105. Carthaginensis 6. Synodi cui B. quoque Augustinus interfuit, vbi aduersus papam decretum fuit, ne ad ipsius sedem ex transmarinis Ecclesijs prouocaretur: si quis prouocare audeat, anathema esset. Quæ sanè clarissimè demonstrant, patres huius Synodi Romanum Episcopum pro suo principe & vniuersali Episcopo nequaquam agnouisse, alioquin prouocationes seu appellationes ad illius sedem minimè inhibuissent. Prætendebant quidem Zosimus, Bonifacius & Cælestinus pape, in Nicæno Concilio prouocationem ex transmarinis ad suam sedem decretam fuisse: Verum patres Carthaginensis Synodi diligenter inspectis eius Concilij Græcis & Latinis exemplaribus, negant se quiquam ea de re inuenire potuisse: ideoq. non solum decretum, quod modo commemorauimus, promulgat, sed etiam literas Synodales scribunt ad Cælestinû in hanc sententiam & verba: ut neque excommunicatos ab Africanis Episcopis, neque condemnatos ad se appellantes recipiat, additis causis grauissimis: Quia in nullo Concilio hoc decretum sit: imò quod decreta Nicæna Clericos, & etiam ipsos Episcopos suis Metropolitani aperitissimè committant: prudentissimè enim iustissimeq. prouidisse, ut quæcunque negotia in suis locis, vbi orta sunt, finiuntur: nec vnicuique prouinciæ gratiam spiritus sancti defuturam, qua æquitas à Christi sacerdotibus & prudenter videatur, & constanter teneatur. Item appellationes ad sua propria Concilia cuique concessa: nisi forte quisquam sit, qui credat, vnicuique posse Deum examinis inspirare iustitiam, & innumerabilibus congregatis in Concilium sacerdotibus denegare. Impof-*

re. Impossibile præcerea esse, ut Roma omnes causa dijudicentur: cum persone non omnes possint propter multa impedimenta eo perducì. Ut vero Romanus Episcopus in Africam legatos suos mittat, nulla inuenimus, inquit, Synodo constitutum: *Vbi est igitur summus ille super vniuersi mundi Ecclesias tributus Papæ Romano ab Imperatore Constantino principatus?*

*His adde quòd vera antiquitas, neminem principem Sacerdotum aut vniuersalem Episcopum appellari voluerit, ut verò in ficta illa Donatione Romanum Episcopum Constantinus decernit appellandum. Nam cap. 26. Carthaginensis 3. Concilij ita pronunciat: Decernimus ut prima sedis Episcopus non appelletur princeps Sacerdotum, aut summus Sacerdos, aut aliquid huiusmodi, sed tantum prima sedis Episcopus. Idem quoque sensit Gregorius Magnus; qui est Romana ecclesia circa annos Christi 600. Episcopus esset; scribere, tamen non dubitauit in Registro lib. 4. cap. 82. eum esse Antichristi præcursores, qui pateret ut se appellari vniuersalem & summum Pontificem. Et in epist. 37. ad Ioannem Episcopum Constantinopolitanum, qui hunc sibi titulum usurpauerat, Omnia, ait, quæcunque prædicta sunt, sunt: Rex superbie (Antichristus) propè est. Ad Mauritium quoque Imperat. Ego, inquit, fidenter dico, quia quisquis se vniuersalem Sacerdotem vocat, vel vocem desiderat in elatione sua, Antichristum præcurrit, &c. Hæc verò quis putat scripturum fuisse Gregorium, si Romani Episcopi hoc priuilegium à Constantino Imperat. habuissent, ut principes Sacerdotum totius mundi & essent, & appellarentur? Sed quid multa in re manifestissima? Nam probatorum ferè omnium historicorum consensu unanimi traditur, Bonifacium 3. à Phoca Imperatore parricida, primum inter omnes pontifices Romanos imperasse, ut Romanus Episcopus omnium Ecclesiarum per vniuersum Christianum orbem & esset & haberetur princeps & caput: reclamantibus quidem, tum quoque adhuc, sed frustra, plurimis celeberrimis Ecclesijs ac Episcopis.*

*Hæc contra istam Constantini Magni supposititiam Donationem in genere dicta sufficiant. Quod si ipsam paulò penitius inspicias, tot deprehendès anachronista, vana, falsa & analogie fidei contraria, quot ferè ei insunt verba. Primum Inscriptio huius Donationis ita habet: In nomine sanctæ & indiuiduæ trinitatis Patris scilicet, & Filij & Spiritus sancti. Imperator Cæsar Flau. Constantinus in Christo lesu, vno ex eadem sancta Trinitate, Saluatore Domino Deo nostro: fidelis, mansuetus, maximus, beneficus, Alamanicus, Gothicus, Sarmaticus, Germanicus, Britannicus, Hunnicus: Pius, Felix, Victor, ac triumphator, semper Augustus. Hæc Inscriptio non conuenit cum veri Constantini literarum Inscriptiõibus quæ quidem apud Eusebium extant, in quibus solum Victor Constantinus, Maximus, Augustus appellatur, ac nihil præcerea.*

*Inscriptiõni similis est Data, ut vocant, seu Subscriptio, vnde ex illa quoque argumentum irrefragabile colligi potest, hanc paginam mentiram & fictam esse. Nam si legatur, Data Romæ à Constantino Augusto quariò Consule, & Gallicano quariò Consule, euidentissimum erit mendacium. Nam Gallicanus fuit Consul cum Symmacho, & non cum Constantino Augusto; & quidem semel fuit Consul, non bis, ter aut quater. Sed fuit Constantinus quartum Consul cum Licinio, ante aliquot annos, quàm cogitaret Constantinus sedem Imperatoriam Constantinopolim transferre. Bartholom. Pincernus hoc mendum corrigere volens, suam inscitiam prodidit, ut qui notas v. v. C. C. C. exprimat, Viris Consulibus & clarissimis. Cyprianus excutiens hunc Consulatum: Vereor, inquit, conficta planè esse, quæ de Syluestro leguntur, & de lepra Constantini; nec modo paleas videri, sed planè quisquillas & peripsemata. Non fugit quoque Laurentium Vallam hæc vitiosa subscriptio, quam egregiè exagitauit. Inter alia inquit: Mirandum Augustum leprosum elephantia, velle etiam accipere consulatum. Quo vno argumento totum priuilegium consutatur, profligatur, euertitur.*

*Inscriptiõni & Datae respondent reliqua: dicit enim Constantinus, Per hanc Imperialem constitutionem omnes Episcopos Romanæ Ecclesiæ subiectos esse debe-*



re. Sequitur ergo ante hanc Constitutionem ei subiectos non fuisse: & per consequens etiam falsum erit, quod contendunt, se plenariam potestatem in omnes totius orbis Ecclesias habere iure diuino: Christum enim dicendo S. Petro, Tu es Petrus, & super hanc petram aedificabo Ecclesiam meam; & tibi dabo clauis regni caelorum: cuiuscunque remiseritis, &c. Item, Pasce oues meas: Petrum designasse omnium Apostolorum principem, eiusque successores in sede Romana omnium sacerdotum, presbyterorum episcoporumque caput, a deo, totius orbis monarchas. Nota enim est in iure Pontificio Extra. com. ca. de Maioritate & Obed. horum verborum Christi explicatio Bonifacii 8. ubi inter alia sic loquitur Bestia: Dixit Dominus ipsi Petro, Pasce oues meas: Meas, inquit, & generaliter, non singulariter has vel illas: per quod commississe sibi intelligitur vniuersas. Sine ergo Graeci siue alij dicant, se Petro eiusque successoribus non esse commissos, fateantur necesse est, se de ouibus Christi non esse, dicente Domino in Ioanne, vnum ouile & vnicum esse pastorem. Nec mihi obijciant Christum quidem dedisse hanc potestatem Petro, Petrum suis successoribus, Constantinum autem eam confirmasse: nam Donationis & Constitutionis, Confirmationis ne vnicum quidem verbo fit in hac pagina mentio.

In Symboli recitatione Idea seu formae vocabulo videtur Constantinus pro hypostasi & persona. Hoc verò Theologis Constantini tempore in vsu non fuit.

Recitat Versiculos, quos Aurelius Prudentius Poëta nonaginta annis post composuit.

Dicit se recessisse à cultura idolorum, à simulacris mutis, surdis & manufactis. Aliquoties fateatur, se credere in Deum patrem omnipotentem, &c. prout didicerit à summo Patre & doctore Syluestro. Admonitum se indicat in somnis à B. Petro & Paulo, ut vocaret Syluestrum Episcopum qui persecutiones eius fugiens ad montem Soracte in cauernis petrarum cum suis clericis latebras foueat. Nunquam autem fuit idololatra Constantinus, nec persequutus est Ecclesiam Christi, articulos quoque fidei Christianae non primò didicit à Syluestro: sed, si Nicephoro Constantinopolitano historico credimus, ut ex Christianis parentibus natus, ita etiam ab incunabulis in fide Christiana institutus fuit. Qui antequam Sylvester esset Papa, cum Miltiade pontifice Rom. per literas egit de rebus Christianis, & in causa Cæciliani Carthaginensis episcopi, quem Donatista persequabantur, sapienter ac piè iudicauit. Et huius generis multa alia in ea Donatione exeant, sed ijs commemorandis tempus perdere, ac bonas chartas commaculare nolo. Et quid de hac ipsa Donatione iudicauerit ipsemet Gratianus, vel illi qui postea Decreto eius eam infarserunt, Palca, titulus, quo illam ornarunt, satis indicat. Notantur enim hoc nomine ea, quae à Gratiano in veteribus codicibus & canonum collationibus non sunt inuenta, quaeque in scholis non leguntur, quod non habeant intus bonam frugem.

Quae cum ita sint, mirum non est, si etiam in densissimis Papatibus & omnium errorum senebris multi pietate & doctrina praestantissimi viri hanc Donationem & voce & calamo confutarint. Scripsit enim contra illam Petrus de Vineis, qui circa annos Domini 1230. Friderici Imp. fuit Cancellarius. Dantes quoque Florentinus, qui claruit anno Christi 1320. scripsit librum, quem appellauit Monarchiam, in quo refutat hanc Donationem, ut quae nec facta sit, nec fieri iure poterit: ob eamque rem hereses fuit damnatus. Marsilius Patavinus in Defensore pacis, qui vixit circa annum Domini 1324. Laurentius Valla ex professo, circa annum Christi 1440. Is in proemio & propositione inter alia inquit: Scio iam dudum expectare aures hominum, quodnam pontificibus Roman. crimen impingam. Profecto ingens, siue supine ignorantiae, siue immanis avaritiae, quae est idolorum seruitus: siue imperandi vanitatis, cuius Crudelitas semper comes est. Nam aliquot iam seculis aut non intellexerunt, Donationem Constantini commentitiam fictamque esse: aut ipsi finxerunt, siue posteriores in maiorum suorum dolis vestigia imprimentes, pro vera, quam falsam cognoscerent, defenderunt: dedecorantes pontificatus maiestatem, dedecorantes veterum pontificum memoriam, dedecorantes

rantes religionem Christianam: & orania cœdibus, minis flagitijsq; miscentes. Hæc Valla. Eandem etiam oppugnavit Cusanus Cardinalis, suamq; sententiam ad Basiliense Concilium mittere non est veritus, circa annos Christi 1460. Aneas quoque Sylvius qui ad summum pontificatum promotus Pius 2. fuit nominatus, Dialogum contra eam scripsit. Reprehendit vanitatem huius Donationis & Hieronymus Paulus Cathalanus Canonicus Barcinonensis, Iuris viriusque Doctor, & Cubicularius Alexandri 6. pontificis Max. in sua Practica Cancellaria Apostolica circa annos 1496. Otto Frisingensis, & Raphael Volateranus in vita Constantini. Omnium tamen horum firmissima est Cusani refutatio. Commentarijs Anea Sylvi de Concilio Basiliensi, Colonia anno 35. impressis, adiunctæ sunt istæ Refutationes Constantini Donationis: & præterea adiecta multorum historicorum, qui de rebus Constantini scripserunt, testimonia. Ex quibus liquidò cuius apparet eoram illam Donationem fuisse eis ignotissimam, atque adeo postea à Papis impudenter confictam. Nauclerus quoque hæc paginam suspectam habuisse ea produnt, quæ Generat. 11. lib. 2. scribit: Qualia, inquit, & quæ Constantinus Ecclesie donauerit Rom. variant in hoc aures: text. in r. Constantinus refert eum concessisse B. Sylvestro urbem Romam, Italiam & omnium Occidentaliū regionum prouincias, vt habetur d. 96. c. Constantinus. Alij dicunt ex textu paleam esse & nihil probare: quod credibile redditur, nam Constantinus postea remissa regna filijs suis testamento reliquit, quæ etiam abinde successionis iure in manibus remanserunt Imperatorum & Regum Catholicorum: ad quod non facit modicum c. fundamenta de elect. lib. 6. loquens enim de Donatione Constantini, tantum dicit de urbis Romæ donatione, Italie & aliarum prouinciarum nullam faciens mentionem. Item, Canon futuram 12. q. 1. asserit, quod Constantinus fidem veritatis adeptus dederit licentiam per vniuersum orbem suo degentes imperio non solum fieri Christianos, sed etiam fabricandi Ecclesias. Et mox: Quæ hodie dicuntur de Patrimonio Petri & ecclesie ferè omnia inueniuntur à sequentibus principibus donata. Hucusque Nauclerus. Confutarūt eandem solidissimè Authores historia Ecclesiast. Centuria 4. cap. 7. per aliquot folia. Item Theodorus Bibliander: & nuper firmissimè Auctor Bruti fulminis, vt putem nihil habere amplius pontificios quod contra dicere possint: & ob eandem causam nos quoque in ea confutanda breuiore fuimus. Augustinus quidem Streucus, doctus aliquin vir & multæ lectionis, qui sub Paulo 3. claruit, pro hac Donatione contra Laurent. Vallam scripsit, nulla autem, quod pace eius dixerim, firma & solida profert argumenta, licet vndiquaque omnia, quæ hæc causam iuuare possunt, magno studio congerat.

MIRVM in modum autem aucta sunt bona Ecclesiarum hinc inde per orbem etiam post Constantini Magni oratam largitione partim Imperatorum, Regum, Reginarum aliorumq; principum: quales fuerunt in primis Theodosius eiusq; coniunx Eudocia, Niceph. lib. 14. cap. 9. & 5. Iustinianus, Euagrius lib. 4. cap. 17. ex Procopio. Childebertus, Paulus Diaconus lib. 4. de Longobardis cap. 2. Clodoueus, Turonen. lib. 2. hist. cap. 37. Chilpericus, idem lib. 5. cap. 34. Dagobertus, Regino lib. 1. Odda vxor Boggis regis Aquitanorum, Siebertus. Ossa rex, Polydorus lib. 4. hist. Anglica. Agnolphus, Auentinus lib. 4. Annalium. Carolus Magnus, Eginhardus, Regino lib. 2. Adon Viennen. Siebertus, & Amonius lib. 5. cap. 10. de Francis. Mutius in Chron. fol. 62. Otto Thuringorum marchio, qui primus Moguntino archiepiscopo Decimas suæ terræ promisit, Phrygio, Conradus 2. Imp. Cranzius. Henrici Imperatores. Fridericus 2. Chron. Vrspergen. Ludouicus 4. Imp. quem etiam Monachi & sacratæ virgines Boiarie ob beneficentiam Deum secere, cœloq; locarunt: cum è contra ad inferos eum deiurbarint Rom. pontifices, quod eorum superbia & immodica dominandi libidini obuiam ierit. Auentin. lib. 4. fol. 489. alijs sine numero cum Imperatores, tum principes. Partim locupletatae sunt Ecclesie Romanorum Episcoporum, aliorumq; liberalitate: quales fuerunt Sixtus 3. qui ob magnificas opes Ecclesijs collatas, ditator & collator Ecclesiarum nominatur, vt indicat Sabellius Enne. 8. lib. 1. & Panthal. in Chron. Simplicius, lib. pontif. alijsq; plures.

Bona ecclesiarum aucta post Constantinum Magnum.



3. Partim ex contributione, benivolentia & donatione piorum & fidelium: quorum nonnulli bono quidem zelo hoc fecerunt, nimirum ad promouendum Dei honorem & verbum: alij vero ex superstitione, pro redemptione scilicet animarum suarum. Partim etiam multatione aliorum. Vel emptione. Vel fraude: qua in re sacrificulij monachiq; mirè industrij fuerunt: praesertim vero pontifices Rom. qui filitio titulo patrimonij Apostolorum esse ce-  
 4. runt, vt Sicilia tria talenta cum dimidio auri contulerit Ecclesia Rom. P. Diaconus lib. 21.  
 5. Rom. rerum. Sub eodem praetextu dementantes Francorum reges, Italiae totius Domini fa-  
 6. cti sunt. In Maficonensi autem Synodo, anno Domini 813. iussu Caroli Magni habita ca. 7. sancitur, vt Episcopi siue Abbates, qui non saluti animarum, sed auaritia & turpi lucro in-  
 habitantes, bona fidelium ad se pertraxerint, penitentia regulari, tanquam turpi lucri sectato-  
 res, subiaceant: bona autem illa, non solum accepta, sed potius rapta, haeredibus reddantur. Haec lex si hodie obseruaretur, Deus bone quam multa reddenda forent fidelibus. Ita ferè in  
 Cabillonensi 2. Synodo ca. 6. praecipitur, ne sacerdotes per sua deant hominibus, vt abrenun-  
 ciantes seculo, res suas Ecclesiae conferant. Et ca. 7. vt qui homines illectos circumueniendo  
 rosenderint, & res illorum tali persuasione ad se rapuerint, penitentiae regulari subiaceant.
7. Partim donatione & legatione morientium: ita tamen ne cum damno & fraude haeredum fieret. Vnde Augustinus in sermone de vita Clericorum scitè: Quicumque, ait, vult exhare-  
 dato filio Ecclesiam haeredem facere, quarat alium, qui suscipiat, quam Augustinum. 17. q. vlt. c. vlt. Vbi etiam laudatur eius Episcopi factum, qui testatori cuidam a quo liberos non  
 habente bona sua Ecclesiae relicta suerant, postquam liberos praeter spem & opinionem susce-  
 perat, omnia restituerat, quod idem traditur 13. q. 2. c. si quis irascitur. Aurelianen. quoque Sy-  
 nodus 2. anno Domini 525. habita, statuit, oblationes defunctorum, qui ob aliqua crimina sue-  
 rint interempti, accipiendas, modo se ipsos proprijs manibus non interfecerint. Id quod in  
 Antisiodoren. Synodo ca. 17. omnino prohibetur his verbis: Quicumq; se propria voluntate in  
 aquam iactauerit, aut collo ligato se suspenderit, aut de arbore praecipitauerit, aut ferro percus-  
 serit, aut qualibet occasione voluntarie se morti tradiderit, illorum oblata non recipiantur.
8. Partim ex Iudicijs: quod nimirum magistratus politicus maleficorum & improborum ho-  
 9. minum bona Ecclesijs adiudicauit. Partim ex praeda & rapinis. Partim denique ex  
 10. hereditate Episcoporum presbyterorum & Sacerdotum multa quoque cefferunt Ecclesijs. Nam in Agathensis Synodi ca. 5. statuitur, Si Episcopo ab aliquibus fuerit derelictum ali-  
 quid, vt non pro proprio, sed pro facultatibus Ecclesia habeatur. 12. q. 3. pontifices quibus. Et  
 in Synodo Hispalensi 1. ca. 1. statuitur, vt Episcopus, qui res proprias, exceptis filijs & nepo-  
 tibus, alteri, & non Ecclesiae suae, dimiserit, quicquid de Ecclesiae rebus aut donauerit aut ven-  
 diderit, aut quocumque modo ab Ecclesia transferit, irritum habeatur. Vnde Gregorius lib.  
 9. indict. 4. epist. 14. inquit: Sacrus Canonum legibus esse definitum, vt in his qua antistes epi-  
 scopatus tempore acquisiuit, non alius nisi sola Ecclesia succedat. Reperit idem lib. 10. indict.  
 5. epist. 42. Extat eadem lex inter Francorum leges quas Ansegisus collegit iussu Caroli  
 Magni, scilicet, vt vnusquisque presbyter res quas post diem consecrationis acquisierit, pro-  
 prias Ecclesiae relinquat. lib. 1. ca. 150. Hoc etiam docet canon 35. Aquisgranensis Synodi sub  
 Ludouico Pio habita, quo praecipitur sacerdotes nihil proprium habere, sed Ecclesiae facultates  
 tanquam communes suscipere debere. Et in Synodo quadam Rom. sancitur ca. 2. vt mo-  
 nente Rom. episcopo, vel cuiuscumque ciuitatis, nullus praesumat facultates eius inuadere,  
 sed successoribus eorum reseruentur integra. Sed tamen consensu clericorum licebat  
 interdum episcopi de thesauro Ecclesiae succurrere suae familiae,  
 iuxta can. 4. Auernen. Synodi.

De Origine Decimarum.

**H**icjs quæ habentur Genes. 14. & 18. apparet consuetudinem dandi DECIMAS etiam ante legem fuisse usitatam, sed sine expresso mandato Dei. Moses enim testatur ibi, Abrahamum à cæde Orientalium regum redeuntem Melchisedecho regi Salem & sacerdoti altissimi Decimas ex præda hostibus erepta dedisse: & hoc ita narratur, ut satis appareat, id pijs hominibus in morem cum fuisse, ut si quid ipsis ex animi sententia successisset, aut singularem Dei benevolentiam sensissent, Decimarum oblatione gratitudinem suam testarentur. Et Iacob in Mesopotamiam fugiens Decimas vouebat Domino omnium, quæ illic acquireret si incolumis reuertetur.

Postea verò constituta politia Mosaica, cum populus vniuersus in 12. tribus fuisset distributus, & tribus Leuitica cultui diuino destinata, ac mancipata, nullos agros, vineas possessione sue proprias haberet, quò nimirum Leuitæ atque sacerdotes omni rei familiaris cura atque sollicitudine liberi & soluti, tanto commodius faciliusq; rei diuinæ vacare possent, Moses prudentissimus princeps legem tulit, qua, ut in Exodo, Numeris, Deuteronomioq; extat, & à Iosepho simul exponitur Antiquitat. Iud. lib. 4. cap. 3. & 6. primitias & decimas omnium frugum omniumq; pecudum Sacerdotibus & Leuitis offerri mandauit, sic ut omnis qui possideret agrum, vel vineam, vel oliuetum, vel etiam hortum, & si quid esset quod exerceretur in terris, sed & si quis pecuaria haberet, us ferret ex illis Deo omne, quod primum esset, & decimas quoq; ad sacerdotes deferret. Et hoc est, quod docemur ex lege, ut nullus homo licite & legitime vtatur fructibus, quos terra produxit, nec animantibus, quæ pecudum proculit parit, nisi ex singulis Deo primitiæ & Decimæ dentur. Atq; sic Moses, imò Deus ipse, cuius iussu ille cuncta efferat, auctor fuit, ut primitiæ et decimæ Leuitis ac sacerdotibus offerrentur. Hæc fere Polyd. Vergilius de Inuent. rer. lib. 6. cap. 14.

Harum autem Decimarum veteris Testamēti tria potissimum fuerunt genera. Primum, quottanis Decimæ Leuitis dabantur ex vniuersis frugibus. Alterum genus erat Decimarum, quas ex suis Decimis Leuitæ, id est, inferior ministrorum ordo summo sacerdoti soluebant. Tertium earum fuit, quæ tertio quoq; anno ad pauperum, viduarum, pupillorum & peregrinorum inopiam subleuandam reponebantur. His quartum annumerat Hieronymus in Ezechielem genus Decimarum, quas Israëlita in suis horreis separabat, ut comederent eas cum irent Hierosolymam in templum, & in vestibulo templi sacerdotes et Leuitas ad conuiuium inuitaret. Itaq; Decimarum usus multiplex et reus sanctus fuit. Per has enim admonebantur priuatim singuli, à Deo dari fruges terræ, cui illi hanc gratiam referre debeant, ut illis pie & religiose frui possint. Deinde ad conseruationem diuini cultus faciebant: quæ etiam causa est, quod Deus illas sibi vendicat Num. 18. Præterea ex illis pauperes alebantur, qui non minima Ecclesiæ pars sunt. Inccircò etiam Deus posteris temporibus seuerissimè Decimas requisit, si quando in illis reddendis negligentiores aut parum fideles essent. Apud Malachiam certè sacrilegij illos accusat, & se ab illis spoliari, & idèò maledictos & execrationi obnoxios esse dicit, & vicissim vberem benedictionem pollicetur, si, quod illi debetur, si deliter reddant.

Quo tempore autem & à quibus consuetudo inualuerit, & ritus dandi Decimas & primitias fuerit apud Christianos primò institutus, non satis certò liquet. Polydorus Vergil. li. 6. c. 14. de Inuent. rerum affirmat patres hoc est, pontifices Ro. lege sanxisse decimas esse soluendas, sicuti latè pateat ex compluribus ipsorum decretalibus epistolis. Herm. Gigas auctor est Constantinum M. primo præcepisse ut Decimæ omnibus Ecclesijs soluerentur, de omnibus reb. Rodolphus Gualth. homilia 183. in Lucã, cum initia, progressum, usum ac rationē Decimarum, Gazophylacij & opum Ecclesiæ veteris Testamēti paucis, sed diligenter exposuisset, de origine Decimarum aliarumq; opum Ecclesiasticarum Noui Testamēti, hæc subiungit: An- se Constantini Magni imperium nunquam ea pace & tranquillitate vsæ sunt Ecclesiæ, ut

Decimarum genera in veteri Test.

Malach. 3.



DE ORIGINE

certos redditus constitutere possent, ex quibus sacrorum & ministrorum impense fierent. Ab eo tempore autem res in melius constituta sunt, & principum Christianorum nobiliumque hominum liberalitate Ecclesie ditari ceperunt, Decimarum denique collatio restituta est, sicuti vetustissimarum Ecclesiarum & Collegiorum fundationes, et quae de his passim extant instrumenta seu tabulae publicae testantur. Et ista quidem scire opus est propter eos, qui sub religionis Ecclesiasticae aut Christianae praetextu immunitatem quaerunt, & ne decimas aut alios census agrorum domumque reddere cogantur, horum omnium initia atque originem ad Papatum referunt, quasi pontificum aut Monachorum rapacitas atque auaritia in hac etiam parte Iudaismum nobis rederit. Fatemur quidem illorum artibus atque dolis Collegiorum opes in immensum auctas esse: id vero de omnibus Decimis, & antiquioribus Ecclesiarum redditibus nequaquam dici debet. Iustae enim illae opes sunt, utpote ab illis donatae, qui eas donandi ius habebant, & quos Dei amor, atque religionis studium ad id commouit. Sanè ex cap. 5. Matiscensis synodi 2. anno 587. iuxta Pannin. habitae, apparet ante illud tempus consuetudinem hanc in usu fuisse: ita namque ibi sancitur, Leges diuinae consulentes sacerdotibus ac ministris Ecclesiarum, pro haereditaria portione, omni populo praeciperunt decimas fructuum suorum locis sacris praestare, ut nullo labore impediti per res illegitimas spiritualibus possint vacare ministerijs, quas leges Christianorum congeries longis temporibus custodiunt intactas. Unde statuimus, ut decimas ecclesiasticas omnis populus iuferat, etc. Si quis autem contumax nostris statutis fuerit, a membris ecclesiae omni tempore separetur. Carolus Magnus scribit Cranzius in sua Metropolit. lib. 1. cap. 8. tributa Christianis remississe, & eorum loco decimas ecclesijs & Episc. assignasse.

Decimas fideliter soluendas.

In Durienfi quoque Synodo anno 779. habitae a Carolo Magno sancitur cap. 10. ut Decimae soluantur: dare autem nolentes amoueantur a presbyteris ecclesiarum usque ad tertiam vicem: quod si hoc contempserint, ab introitu Ecclesiae prohibeantur: & si hoc non emendauerint, a ministris Reip. districti singuli per caput sex solidos Ecclesiae componant, & in super decimam dare cogantur. Quod si iterum contemptores extiterint, tunc per publicam auctoritatem domus vel caesae eorum huiusentur (publicentur seu proscribantur) quousque pro ipsa decima satisfaciant. Quod si denique rebelles vel contraditores esse voluerint, & super ipsam huiusmodi sua auctoritate intrare praesumpserint, tunc a ministris Reip. in custodiam mittantur, usque dum ad iudicium publicum mittantur, & ibi secundum legem contra comitem vel partem publicam componant. In Anglicana quadam synodo anno 786. celebrata cap. 17. praecipitur, ut omnes studeant, de omnibus quae possident decimas dare. Idem etiam sancitur in Moguntina synodo anno 713. iussu Caroli Magni habitae, cap. 38. In synodo Cabilonenfi 2. cap. 18. sancitur, sicut & a Nicolao 2. praecipitur ut qui Decimas post crebras admonitiones sacerdotum dare neglexerint, excommunicentur. In eiusdem synodi cap. 19. decernitur, ut Episcopi & abbates, de agris & vineis, quae ad suum vel fratrum stipendia habent, decimas Ecclesijs dent: constituit quoque ibidem, ut familiae ibi dent decimas suas, ubi infantes eorum baptizantur, & ubi per totum anni circulum Missas audiunt. Habita est haec synodus anno D. 813. iuxta Sigib. in Chron. Alexander 3. tamen consuetudinem sequendam docet in eo, utrum colonus soluere teneatur decimam ecclesiae in cuius parochia sita sunt praedia: an ecclesiae ubi audit diuina, & percipit sacramenta: tit. 30. c. 18. Decret. Gregorij. In Arelatenfi synodo 4. anno D. 813. habitae, statuitur ca. 9. ut vnusquisque decimas & primitias de suis laboribus afferat. Urbanus 2. in synodo Claromontana anno 1095. habitae, sanxit, ut vnaqueque Ecclesia decimas suas habeat, nec ad alteram transeant.

In Laceranensi synodo generali sub Alexandro 3. habitae ca. 23. sancitur, ut de hortis & nutrimentis animalium suorum Leprosi decimas dare non cogantur. In eadem synodo, vel alia aliqua, hanc mox secuta praecipitur, ut videre licet tom. 3. Concil. fol. 612. 1. ut de prouentibus molendinorum & piscariarum, de feno quoque & lana decima persoluantur. 2. ut de feno equitio, pomis, piris, apibus & omnibus fructibus decima dentur. 3. Religiosos etiam ex praedijs conductis decimas soluere debere: non de suis praedijs, nisi prius quos, de ijs data fuerint.

4. Religiosis

4. Religiosos de laboribus, quos proprijs manibus vel sumptibus colunt, & de animalium nutrimentis, à decimarum præstatione esse immunes. 5. Clericos à clericis non debere decimas exigere. Clemens 3. papa de omnibus prædiorum fructibus ab agricolis decimas Ecclesiastica censura exigendas censet lib. 3. tit. 30. cap. 21. Ex parte. Idem & Cælestinus 3. fieri præcepit. ibid. cap. 22. Non est. In Concilio Lateranensi ab Innocentio 3. celebrato anno 1215. præcipitur, ut decima ante censum & tributa soluantur. cap. 54. extra de primi & oblat. Cum nō.

Hæc & alia de fideliter soluendis & reddendis Decimis pie sunt constituta. Et si enim Leviticum sacerdotium abolitum sit, & sacra legalia cessarint, manet tamen ministerium Euangelij, quod absq; ministris ordinarijs non poterit consistere: neq; deerunt vnquam pauperes, quos suo loco substituit Dei filius, ut in hos conferamus, quæ in ipsum collaturi essemus officia, si ille in terris viueret. At qui idem Euangelij ministros mercenarijs confert, quibus sua merces debeatur: & Paulus ad Corinth. scribens, prolixè docet tam iustum et æquum esse, ut ex Euangelio viuant, qui Euangelium prædicant: quàm iustū fuerit olim, ut ex sacratio ederent, qui sacris operabantur & altari a sidebant. At qua iustior ratio alendi ministros excogitari potest, quàm ut ex Decimis viuant, qui publica salutis administri sunt? Etenim, ut Origenes olim rectè monuit, nisi necessaria vitæ subsidia dentur sacerdotibus, ipsi in talibus occupati, minus vacabunt legi Dei: his autem non vacantibus verbo Dei, tu periclitaris: obsecrabitur enim lux scientiæ, quæ in illis est, te nō subministrante oleum lucernæ. Nec est quod aliquis Decimarum legem cum Ceremonijs abolitam esse dicat. Nam etiamsi illa abrogata sint, durat tamen adhuc ministerium Ecclesiæ, & propter verbi prædicationem & Sacramentorum administrationem adhuc ministris opus est, quibus, ut Deo militare possint, de victu prospici oportet, ne vitæ negotijs ad rem familiarem pertinentibus implicentur. Quibus autem argumentis, probari poterit, Decimarum legem vnquam ab eo abrogatam fuisse? Illas quidem à Iudæorum sacerdotibus impiè interceptas, & in vsus alios translatas fuisse legimus, sed cum Decima principibus quoque debeantur, ut ex iure Regis apud Samuelem ap- 1. Sam. 8. pareat, & Christiani reges atq; principes Ecclesiam frugum Decimis & alijs redditibus annuis auxerint, sacrilegij culpa nō vacabit, qui aliquid horum ausus fuerit negare aut subtrahere. Idque eò constantius affirmamus, quod prædicia ferè ea conditione vel venduntur, vel ad hæredes legitimos perueniunt, ut Decima annuorum prouentuum ex illis reddantur. Qui ergo has negant, vel in eis fraudem admittunt, multifariam peccant. Primò parui faciunt gratiam Dei, quando piget illos sumptum facere in ijs, per quæ ille seipsum & omnes regni sui thesauros nobis offert. Deinde illi negant quod debetur, cuius liberalitate toto anno aluntur: cui deniq; se totos debent & quiquid habent. Iniusti enim operarijs mercedem suam, impij verò egeni Christi membris à Deo destinatam alimoniam negant.

Obijciunt autem plerosque decimis turpiter abuti, multos etiam illas transferre ad illicita & prophana studia, ut ex Ecclesiæ bonis comessentur, scortentur, vsuras faciant, & opes iniquas ac iniustas congerant. Sed calua hæc est excusatio: Abusus enim non tollit verum rei vsus. Aut si res eæ sint in medio tollendæ, quibus homines pro ingenita vitiositate abutuntur: non video quid in orbe reliquum sit nobis futurum, & an nos ipsi superesse possimus. Abutuntur nonnulli sacrosancto Dei verbo ad seminandos prauos & horribiles errores: abutuntur magistratus iure & legibus: abutuntur homines cibo & potu cum corporis & animi bonis. Quamobrem ut est inepta conclusio, negandum cibum & potum humano generi, quia his ipsis abutatur: sic ineptè quoque statunt decimas non esse soluendas quod plurimi nefariè ijs abutuntur. Reddent isti Deo rationem qui hæc faciunt, non qui Decimas solunt. Nec aliqua excusabit eum ratio, qui egeni necessarium victum surripit, ne forte eò abusat ad ebrietatem & crapulam. Christiani hominis est reddere vnicuique quod debetur, non autem suam iniquitatem alterius culpa excusare velle.



De Origine oblationum & Primitiarum.

Oblationum  
origo.

**P**rimitiua Ecclesia ante Constantini M. tempora cum neq. Decimas, neq. vllos omnino redditus seu proventus possideret, fideles non solum pecunias, sed primitias frugum variaq. munera ad sustentationem pauperum & verbi Dei ministrorum liberatiter, pro sua quisq. facultate, obtulerunt, vt supra quoq. indicauimus. Hæc verò laudabilis consuetudo progressu temporis in fœdissimum transijt abusum. Etsi enim sequentibus mox seculis sub Christianis Imperatoribus ac magistratibus Ecclesia opibus supra quàm credi possit ditata & collocupletata fuisse, Sacerdotum tamen profunda auaritia oblationes nihilominus retinuit. In Matysconensi enim synodo 2. cap. 4. præcipitur, vt omnibus Dominicis diebus oblationes tam panis quàm vini fiant, vt Carranza refert fol. 245. b. Et in synodo Moguntina anno 813. statuitur, vt sine intermissione populus admoneretur, quo oblationes subinde in Ecclesia faciat: Oblationes enim magnam esse remedium animarum. Earum vsus ab hoc demum tempore mirandum in modum creuit in Ecclesia: & Sacerdotes eas longè maiori studio, quàm pietatem, veram fidem, iustitiam, sanctitatem, charitatem aliq. opera bona requisierunt & exegerunt ab auditoribus suis, subinde illud in tonantes, oblationes ad redemptionem animarum facere.

Primitiarum  
origo.

Quod originem verò Primitiarum in Christi Ecclesia attinet, iubet eas eandem ob causam quam modo diximus offerre ad altare Origenes, homil. 11. in Numeros: Decet, inquit, & utile est, etiam sacerdotibus Euangelij offerri primitias. Ita enim Dominus disposuit ecc. Et sicut hoc dignum & decens est, sic è contrario indecens & indignum existimo, & impium, vt is qui Deum colit, & ingreditur Ecclesiam Dei, qui scit sacerdotes & ministros assistere altari, & aut verbo Dei, aut ministerio Ecclesia deseruire, vt de fructibus terra, quos Deus dat solem suum producendo, & pluias suas ministrando, non offerat primitias sacerdotibus. Meminit etiam primitiarum sacerdotibus ad alimentum ducarum Epiphanius lib. 3. tom. 2. heresi 80. Et Hieronymus lib. 3. Comment. in Ezech.

Primitia et ob  
lationes num  
hodie exigende.

In primitiua autem Ecclesia iustum sanctumque vsus primitiarum & oblationum fuisse nullus opinor negabit: cum verò Ecclesijs passim hodiè Decimas alijsque prouentibus abundè satis prospectum sit, cum non amplius retinendum arbitror, ne fideles genim degraentur onerare, & ecclesiarum ministris peccandi occasio amplior offeratur. Deinde etiam ob hanc causam primitia & Oblationes porro non sunt exigende, quòd sacrificio Christi, sacrificia reliqua, præter sacrificium laudis omnia sunt abrogata: Cessante autem causa, cessat effectus. Vnde ne quis obijciat mihi, primitias eodem iure quo Decimas exigì posse hodiè quoq. cum sint eiusdem generis: obiter notandum, quòd etsi eodem genere censeantur, esse tamen ita graui ratione distinctas & inter se diuersas, vt eodè iure species ambæ minimè requirantur. Primitia enim quasi quedam vltima Deo magis quàm hominibus offeriebantur in veteri Testamento, vt reliqui fructus harum oblatione consecrarentur: Oblationes autem in hoc à Decimis differunt, quòd ipsa nulla re media interueniente, Deo offerrentur: Decimæ verò sacerdotibus diuini cultus ministris sustentandis magis quàm honorandis soluerentur. Quorum alterum agnoscimus antiquatū, nec vllum aliud, vt diximus, præter sacrificium laudis hodiè à nobis requiritur, alterum verò nec abrogatum, nec abrogadum dicimus. Sacrificijs enim ad colendum Deum, cui sacrificio Christi satisfactum est, nō opus habemus amplius: salarijs autem, que ex decimis persoluuntur ad aliendos ministros opus est in primis, in Euangelij lumen extinguit vtilimus. Fine tamen primitiarū, quoad gratitudinem Deo exhibendam, & consecrationem frugum, Christianos teneri non inficior. In primis autem animi primitias Deo offerre debemus, sic vt omnes nostras cogitationes & consilia, rationem & voluntatem nostram ad totos Deo consecremus, dantes operam, vt Spiritus primitias consequamur.

Primitiarum  
oblationum &  
Decimarū dif-  
ferentia.

Patet ex hīs Ecclesias à Constantini Magni tempore demum possidere capisse r. The-  
sauros.

fauros. 2. Vasa omnis generis aurea & argentea. 3. Vestes preciosas. 4. Villas & pradia. 5. Decimas. 6. Reditus. 7. Tributa & Vectigalia. 8. Frumētum. 9. Arces. 10. Territoria. 11. Libertos & Seruos. *Sed quid inde secutum est?* RELIGIO peperit diuitias, & filia deuorauit matrem, hoc est, diuitiæ & opes pepulere pietatem, & in duxerunt luxum. Neglecta autem pietas errori locum aperuit, error verò omnia superstitione oppleuit, superstitione denique, bonas literas oppressit, proque his barbariem prætauit. Luxus pauperibus ualedicere, egenos negligere, equisones & canum magistros conducere, palatia extruere, aulas regias edificare, Alcinoique horros adornare cepit et docuit. Unde non immeritò D. Hieronymus in epist. ad Nepotianum queritur, accrescentibus Ecclesiæ opibus, veras illas opes, pietatem scilicet, fidem, charitatemque esse diminutas. Quocirca glijçeti morbo succurrendum ipse putauit, & in hanc partem conatus est in illa epistola pertrahere Episcopos ac sacerdotes, ut nihil possiderent, quo saltem in medio consisterent, & moderato diuitiarum usu essent contenti. Iniquum petijt, ut equum auferret, sicut Erasmus monet in Anaidoto eius epistole.

Conqueritur etiam Henricus 5. Imp. in Apologia quadam contra Paschalem pontificem, Rom. Pontifices, Episcopos, Mystas & Monachos ab Imperatoribus atque Regibus collocupletatos, ubi his pares opibus facti sint, more perditorum, quo plura donata fuerint, plura concupiscere, illisquæ sordere prima quoque, ubi maiora sperarint. Auentinus lib. 6. fol. 611.

Non mirum igitur videri debet, quòd, ut Hermannus Gigas refert, cum præcepisset Constantinus, ut Decima omnibus Ecclesijs soluerentur de omnibus rebus, in aere audita vox fuit: Hodie venenum infusum est Ecclesiæ. Malleolus autem De Nobilitate asseruit, manum in Laterano visam esse ad parietem, cunctis videlicet simul ac legentibus, scribere: Hodie venenum Ecclesiæ infusus: idque eo die factum esse cum Constantinus 1. Syluestro Papæ & Ecclesiæ Rom. dedisset palatium Lateranum, urbem Romanam ac Italiciæ prouincias. Idem Nauclerus li. 2. Generat. 11. asserit: ac colligit, non tam ad res donatas, quam ad iurisdictionem secularè, & superbiam, quam diuitiæ pariunt, eam vocem, si tamen vnquam audita sit, referendam esse.

## C A P V T. V.

## Bona Ecclesiastica in quorum fuerint potestate à Constantini Magni temporibus.

**O**na autem illa & reditus vndeunque, maxime tamè ex largitionibus, oblationibus, & contributionibus in usum Ecclesiæ collectos fuisse in custodia & cura Episcoporum, ea testantur quæ patres Synodi Alexandrinæ de Athanasio in epistola ad omnes vbique Ecclesias referunt in Apologia 2. Athanasij. Idem etiam colligitur ex Socrate lib. 7. cap. 25. Ex Can. 7. Concilij Gangren. in quo anathematizantur illi, qui oblationes extra Ecclesiam dare voluerint, præter Episcopi licentiam. Idem sancitur in Aurelian. synodo 1. anno 512. habita, ca. 17. causa 10. q. 1. De his quæ paroch. & rursum Aurelianensi synodo 3. anno 539. celebrata ca. 23. In Agathensi cap. 36. & Aurelianensi 4. can. 11. Perspicitur hoc etiam ex Anfegiso lib. 1. de legibus Francorum cap. 143. ubi indicat, Carolum Magnum constituisse, ut Decima sint in Episcopi potestate. Et Can. 8. Moguntine synodi, Episcopis potestatem dat res Ecclesiasticas regendi & dispensandi: Et synodus Turonen. Episcopos hortatur ut magnam curam & sollicitudinem circa pauperes habeant, & res Ecclesiasticas ecclesijs collatas cauta circumspectione dispensent. Dotem quoque et omnes redditus Ecclesiæ ad Episcopi ordinationem & curam pertinere, sanxit Concil. Vuormatiën. anno 808. habitum cap. 6. & 55.


Sed hanc consuetudinem grauius reprehendit Chrysostomus homil. 86. in Matth. ac queritur, Episcopos hoc modo in dispensatores, causpones, procuratores, publicanos & que-



flores redactos esse. Unde in Chalcedonensi synodo can. 26. cauetur, ne Episcopi facultates Ecclesiasticas tractent, sed oeconomis id onus imponant Et Ibas Edessenus Episcopus in eadem synodo promittit, se in posterum, secundum consuetudinem Antiochene Ecclesie res curaturum per oeconomos ex clero ordinatos. Hinc factum ut Episcopi hoc onus impo-  
serint presbyteris, Diaconis aliisque clericis: quos propterea vocarunt Dispensatores & Oe-  
conomos, ut est videre apud Sozom. libro octauo capit. 12. Theodorum libro 1. Euagrium  
libro tertio cap. 32. item lib. 4. capit. 37. Gregorium M. libro 9. in dictione 4. epist. 4. Concil.  
Bracaren. s. cap. 25. Hincmarum in epist. ad Tornacem. Ecclesiam.

Quem admodum verò Diaconi primitiue Ecclesie omnia faciebant de consilio & voluntate  
Apostolorum & aliorum ministrorum: Ita post Constantini M. tempora Oeconomi illi seu Di-  
pensatores praeeritis seu incōsultis Episcopis, & si necessitas consularet Imperatoribus, prin-  
cipibus alijsq; magistratibus nihil temere agendum statuerunt.

De Origine Aduocatarum seu Iuris Patronatus,  
Germanice *Kastvogtyen*.

 Rescente autem malitia cum numero Christianorum & multitudine bonorum Ec-  
clesiasticorum, ut vel debita Ecclesijs difficulter persoluerentur, vel potentiores  
multis in locis Ecclesiasticis bonis, tanquam corui & vultures rapaces inhiarent,  
eaeque ad se raperent & in suos vsus conuerterent, ministri verò Ecclesiarum aut ipsorum  
potentia resistere non possent, aut alioquin, Christum & Apostolos imitari volentes, cum nul-  
lo iudicio contendere vellent: idcirco ad refranandam illorum vim atq; audaciam, decretum  
fuit in Mileuitano Concilio sub Arcadio & Honorio quinto Coss. anno 402. habito, praesi-  
de D. Augustino, ut peratur à gloriosissimis Imperatoribus, ut iubeant iudices dare peri-  
tos sibi Defensores scholasticos, qui in actu sint vel in officio defensionum causarum Ecclesia-  
sticarum, more sacerdotum, ut provincia ipsam ipsi qui defensionem ecclesiarum susceperint,  
habeant facultatem pro negotijs Ecclesiarum (quoties necessitas flagitauerit) vel ad obse-  
quendum callidè decipientibus, vel obrepentibus, vel ad necessaria suggerenda, ingredi iu-  
dicum secretaria. Et in Carthaginensi synodo 5. anno 420. celebrata, capit. 9. in eandem  
sententiam statuitur, ut ab Imperatoribus vniuersis auxilium peratur, propter afflictionem  
pauperum, quorum molestijs subinde vexetur Ecclesia, quo defensores eius aduersus poten-  
tias diuitum cum Episcoporum prouisione deligantur. Hinc Originem habere prout Ius pa-  
tronatus, *Die Kastvogtyen* Ecclesiarum & Cœnobiolorum. Durauit hæc consuetudo  
in Ecclesia longo tempore: nec licebat Episcopis, Abbatibus, sacerdotibus aut monachis in  
bonis vel rebus temporalibus sine horum Patronorū assensu aut consilio quicquam decerne-  
re, & agere. Tandem verò cum religio in diem declinasset in superstitionem & Episcopi  
alijsque Ecclesiarum praesules iam arma Mauortia tractare didicissent, & ita ditionibus o-  
pibusque essent collocupletati, ut vel potentissimis principibus resistere possent, non raro e-  
tiam vltro ipsdem bella inferre auderent, mansit quidem vetus patronorum nomen, omnis  
autem administratio opum seu bonorum ecclesiasticorum rursus ad Episcopos deuoluta &  
contorta fuit.

Qua de re Auentinus in praefatione ad librum 6. *Annal. ita* scribit: Ante Paschalem 2.  
Mystra, Monachi, Sacerdotes, Virgines, Sacrae saminæ Episcopi, rebus diuinis, studio li-  
terarum, scribendis libris duntaxat operam dabant, rerum fixarum caducarumque admi-  
nistratio contaminari & pollui se credebant. Pecunia igitur, praediorum reiisque familia-  
ris curam in procerum quempiam, qui vicinus aut author contubernij erat reijciebant, à se  
verò relegabant. Illum Cæsar dabat, qui Sacerdotibus victum & vestitum, pauperibus in-  
de alimenta tribueret, huncque Bonodō, Boëthum (vnde *voyt*) hoc est, patronum curato-  
remque

remque vocabant. Primum sub Paschale 2. immunitatem libertatemque, amoto huiuscemodi administratore, sacerdotes receperunt: polliciti quot annis Romano pontifici aurum (quem Byzantinum vocant diplomata, Germanicè eiv **SUCATEN**) pensitare, facillè tàm Paschali de alieno largiente tributumq; accipiente. Idem auctor lib. 6. Paschales, inquit, Collegia & contubernia immunitate donat, & tributum annuum (sicut diplomata eius ostendunt) imponit. Et fol. 617. dicit, se reperire Paschalem primò Collegia, licet ab alijs extracta, immunitate donasse.

Ceterum cum mox sub ipsorum manibus opes istæ in extremè peruersum usum venissent, nec spes ulla fuisset, vt Episcopi communicato cum principibus consilio, secundum scripturas omnia in pristinam & bonam formam vnquam restituerent, iustissimè prudentissimeque in hac postrema mundi ætate multi sanctissimi magistratus & Principes viri egerunt, quòd abusum multiplicem sustulerunt, & priscum illum genuinumq; usum quasi postliminio reuocauerunt, institutus ad hanc rem grauius gerendam Oeconomus seu Dispensatoribus, qui non sint auari, præfracti, inclementes, elati ac superbi, sed pii, frugales, fideles, liberales, tractabiles & prudentes, quibus ministrorum & pauperum curam fideliter & diligenter commissa, à quibus quot annis, aut quandoconque placuerit, rationem exigit in quem usum & quibus expostita ac impensa sint opes.

Ceterum de hoc toto negotio audiamus obsecro Marsilij Patavini iudicium. Is igitur in Defensore pacis pro Ludouico 4. Imp. parte 2. capit. 29. ante annos plus minus 250. ita scripsit. Moderni, inquit, Episcopi & præcipuè Romanorum, pro agris & secularibus dominijs fortissimè pugnant, & pugnas vndique inter Christi fideles concitant, dicentes se in hoc iura sponsæ Christi defendere. cum tamen ipsius iura non sint, sed iniuriæ, veram sponsam, fidem videlicet, doctrinam & mores defendere, ne per prauos usus aut actus, aut infidelium impetum corrum patur, quasi totaliter negligentes. His ergo de causis, antiquis temporibus, huiusmodi officia & beneficia susceperunt sanctorum aliqui, quibus siquidem conuenienter renunciare possent moderni, ad minus in communitatibus fidelium. Sufficiens enim per principes ab oppressionibus defenditur clerus, quin imò vix ipse ab offensionibus in aliquos reprimi potest. Verùm talibus renunciare secularibus officijs, possessioni atque dominio temporalium, non est propositum modernorum pastorum, sed pro huiusmodi etiam armata pugnare potentia, non solam habitus conseruandis, verùm etiam pro reliquis usurpandis, sicut quilibet quantumcunque rudis sensu, si non alio, doceri potest: vniuersitatem fidelium etiam quam plurimum scant alizantes, ex hoc ambitionis exemplo, non attendentes Christi comminationem Matth. 18. Qui si tamen sponte huiusmodi officia iudicialia, & auctoritatem distribuendi temporalia relinquere nolint, ipsisque abutantur, secundum diuinam & humanam legem, licite possunt et debent principes aut fideles legislatores eadè ab ipsis reuocare.

C A P V T VII.

De vsu bonorum Ecclesiasticorum.



Vuis autem vsus istorum fuerit, aut esse debuerit, in Romana synodo 3. à Syluestro 1. Papa celebrata, si auctori Conciliorum credimus, statuitur & definitur Sess. prima capit. 4. nimirum Redditus Ecclesiæ in quatuor partes distribuendos esse, quarum vna detur Ecclesiæ ad reparationem templorum: altera pontifici seu Episcopo ad sui suorumque sustentationem: tertia presbyteris, diaconis & toti clero: quarta pauperibus, infirmis ac peregrinis. Caranzæ Epit. Concil. fol. 50. & Sagittar. fol. 21. Sed neque huius neque aliarum synodorum à Syluestro celebratarum probati scriptores meminunt, quales sunt Socrates, Theodoretus & Sozomenus, qui tamen Romane quoq; Ecclesiæ historiam scripserunt. Simplicius tamen, qui pontificatum Rom. tenuit circa annum



474. idem decreuit in epistola ad Florentium. Et Gelasius 1. in epistola decretali 1. ad Episcopos per Lucaniam, Brutios, Siciliam, capite 29. 12. qu. secunda: quatuor autem: idem repetit. Confirmatur à Gregorio Magno in epistola ad Augustinum Anglorum Episcopum, cuius fragmentum extat c. 12. q. 2. Mos. Item lib. 12. indi. Et. 7. epistola 32. & libro 11. indi. 6. epist. 49. Confirmatur etiam in Bracarensi synodo 1. cap. 25. A Gregorio 2. in epistola ad clerum Thuringia. In Salzburgen. syn. anno 802. habita. Et Uormatiensi anno 808. celebrata, cap. 7. A Gregorio 3. in epist. ad Germanos pro Bonifacio German. Apostolo, referente Auentino lib. 3. Annal. fol. 189.

Donationes quoque illa magnificèssimæ amplissimæque à Clodoueo factæ Ecclesijs, in quos usus conuertenda sint, indicat can. 7. Concilij Aurelianen. in hunc modum: De obligationib. vel agris, quos Dominus noster Rex, Ecclesijs suo munere conferre dignatus est, vel adhuc non habentibus Deo sibi inspirante, contulerit, ipsorum agrorum vel clericorum immunitate concessa, id esse iustissimum definimus, ut in reparationibus Ecclesiarum, alimonijs sacerdotum, & pauperum resurrectione vel redemptionibus captiuorum, quicquid Deus in fructibus dare dignatus fuerit, expendatur.

Sancitum quoque tum fuit, ut Episcopi non singulis annis tertiam, & in tertio totam, quod aliquibus in locis fiebat, sed quotannis Quartam saltem, aut in quarto anno totam Decimarum partem recipiant: ut etiam videre licet in Decret. Iuonis lib. 2. Atque hinc originem habere videtur die Quartæ der Bischoffen vnd hohen Gestiffen.

Die Quartæ  
der Gestiffen  
vide.

d. can. de bis. et  
seq. 10. q. 1.

In eadem Synodo Gallici patres oblationes fidelium ita distinxerunt: ut si quid à fidelibus offeratur altari maioris Ecclesie, Medietatem sibi vendicet Episcopus, & sibi Clerus secundus (eiusdem, videlicet, Ecclesie Clerus) alteram. Sin verò quid alijs parochijs oblatum fuerit, oblationum pars tertia tradenda sit Episcopo: duæ penes Ecclesie Clericos remaneant. In Can. 17. & 18. Brixiensis, & alij aliter hoc tractant apud Gratianum. sed à vero canonum sensu aberrantes, qui sic sunt inuicem conciliandi per can. 5. Aurelianen. tertie synodi, post annos 50. à prima celebrata. Non multo plures præterierant anni quàm centum, cum & hæc pars oblationum tertia fuit Episcopis ablata per Concilium Bracaren. 2. Et integræ seruantur Oblationes presbytero, qui curam gerit illius altaris & loci, quo deferuntur. Et rectè quidem. Quid enim iam nimium dicitur Episcopis cum pauperibus suis Chorepiscopis, id est, viculorum regionumque curatoribus & parochijs? Hæc Ioann. Quintinus in explicat. can. 7. Gangrensis Concilij. Sed vbi pauperum interim ratio habetur? Similiter Martianus, quem Gennadius Constantinopolitanus suæ Ecclesie Oeconomum seu dispensatorem constituerat, instituit, ut quæ in quaque Ecclesia muneris loco offerentur, ea loci cuiusque clerici ferrent: cum ad id tempus ecclesie parochiales seu cathedrales dona eiusmodi omnia tulissent, ut Nicephorus indicat lib. 15. cap. 22. Abbas Ansegisus, qui sub Ludouico Caroli M. filio vixit in libro de Caroli & Ludouici legibus, tradit suo seculo bona, collata Ecclesijs, ita partita fuisse, ut si ditiores essent Ecclesie, pauperum vsui partes duæ: si tenuiores, æquis partibus inter clerum & pauperes diuiderentur. Vadianus in Aphorif. fol. 198. vide locum. Auentinus lib. 4. Annal. fol. 368.

In hunc usum Decimas quoque soluendas esse Concilium Triburien. anno Domini 895. habitum, decerint cap. 13. quod sic habet. Decima offerenda sunt à populo, ut hac ratione Deus placatus largius præstet quæ necessaria sunt, & ut ministri Ecclesie exinde releuati liberiores fiant ad spiritualis officij expletionem, & ut munus populi ex hinc in quotidiana oblatione Domino immoletur, nec non secundum statuta canonica in sustentationem pauperum & restorationum ecclesiarum proficiant. Quatuor enim fieri partes, iuxta canones, indicamus de Decimis & oblationibus fidelium, ut una sit Episcopi, altera clericorum, tertia pauperum, quarta restorationi Ecclesiarum seruetur, sicut in epistola Gelasij papa 27. legitur.

Bona Ecclesiastica ab Ecclesijs non esse abalienanda,  
nec in prophanos vsus conuertenda.

**F**uit hic certi è bonorum Ecclesiasticorum olim laudabilis optimusque vsus: & ne humana audacia ijs siue per venditionem, aut commutationem, aut legationem, aut quacunque alia ratione ab Ecclesijs abalienando, & in profanos vsus conuertendo abuteretur, multis Conciliorum decretis sanctorumque Imperatorum & patrum statutis id inhibitum fuit. Nam in Ancyrana synodo circa annos Christi 308. statuitur, presbyteros res Ecclesie non debere vendere cap. 15. & 17. q. 1. Si qua. In Arelatensi synodo 2. anno 326. sancitur cap. 28. vt qui oblationem fidelium supprefferit, aut negauerit, ab Ecclesia, cui fraudem fecit excludatur; confirmatur in Vafensi synodo. Et quia multis in locis quæ Ecclesijs conserebatur, ab Episcopis nonnullis præcipiebantur, per exiguo Ecclesijs relicto, idcirco in Antiochena synodo decernitur anno 344. vt Episcopus, si conuertat res Ecclesie in suos vsus domesticos, eiusque commoda, vel agrorum fructus domesticis suis, aut propinquis, aut fratribus filijsque committat, pœnas persoluat. cap. 25. Extat etiam Canon, in quo sancitur, vt irrita sit Episcoporum donatio vel veditio, vel cõmutatio rei Ecclesiasticæ, absq; subscriptione et collaudatione sacerdotum; & vicissim sacerdoti ab aleinatio sine approbatione Episc. Hoc decretum 12. q. 2. sine exceptione dicitur esse ex epistolis Leonis p. p. ad Episc. Sicilia. In decretis aut Iuonis li. 2. legitur in impresso exemplari, esse ex Cõcilio apud Valerianas: sed inuenitur nec in epistolis Leonis, nec in Valeriano cõcilio vel Gallie vel Hispania, verum extat in decretis Cõcilij Carthaginensis 4. cap. 32. 10. 1. concil. fol. 492. Idẽ statuitur in Agathensi synodo ca. 7. & 48. & 49. & 51. & cõfirmatur à Symmach. 1. Papa in decretali sua ca. 1. et in synodo Romana ab eodẽ habita. Item in Turonensi c. 2. & Aurelian. 5. ca. 13. In eandẽ sententiã Iustinianus Imp. l. 43. C. de Episcopis et clericis, Episcopis mādauit, ne ea quæ Eccles. relicta sunt, sibi ascribant, sed in necessarios vsus Ecclesie impendat. Idẽ sanxit, vestia sacra & vestes nõ posse oppignorari aut alienari, nisi ob captiuorum redemptionem. l. 18. C. de sacrosanctis Ecclesijs. In Concilio Carthaginensi 4. anno 401. ca. 95. sancitur, qui oblationes defunctorum aut negent ecclesijs, aut cum difficultate reddant, tāquam egentium necatores excommunicandos. 13. q. 2. qui oblationes defunctorum: Idem præcipitur cap. 4. Agathensis synodi. 13. q. 2. clerici vel seculares. & in Vafensi cap. 4. 13. q. 2. qui oblat. Aurelianensi 5. cap. 16. Matiscõnensi 1. cap. 4. vt licet videre apud Caranzam in Epitome Concil. fol. 150. b. & 164. In Romana synodo 6. à Symmacho celebrata. sub anathematis pœna præcipitur, ne vllus bona ecclesie à fidelibus oblata occupet, & quasi propria possideat. Idem sancitur in Concilio Parisino 1. cap. 1. Caranza fol. 229. b. In synodo Aurelianensi 4. cap. 19. constituitur, vt quod Ecclesie collatum sit, nec à collatore, nec ab illius heredibus repetendum; Caranza fol. 122. b. Item, vt, quæ Episcopus ecclesie dederit, heredes sui non auferant: cap. 14.

In Concilio Toletano 2. anno 529. habitam, ca. 4. sancitur, vt clericus ecclesie cui præest, agellos, vineas & alia huiusmodi, vsq; ad diem obitus sui possideat, nec suis propinquis ea testamento leget, sed Eccles. relinquat. In Aurelianen. synodo 4. año 550. iuxta Panuin. celebrata, decernitur, vt si quis Episcopus, alterius Ecclesie clerico de facultatibus suæ Ecclesie aliquid sub titulo quocumq; donauerit, post eius obitum, qui acceperit, ad Ecclesie ius, de cuius facultate discesserat, reuertatur. Synodus Aurelianen. 5. ca. 14. sancit, vt nullus Episcop. aut cuiuslibet ordinis clericus, vel alia quæcumq; persona, alterius Ecclesie res, aut petat, aut accipiat. In synodo Hispanensi 1. ca. 1. statuitur, vt Episcopus, qui res proprias exceptis filijs & nepotibus, alteri, & non Ecclesie suæ, dimiserit: quicquid de Ecclesie rebus aut donauerit, aut vendiderit, aut quoquo modo ab Ecclesia transtulerit, irritum habeatur.

In Toletana synodo 9. anno Domini 658. iuxta Panuinium, iuxta alios autem año 673. habita, decernitur cap. 1. vt nullus sacerdotum, vel ministrorum ex rebus Ecclesie, quæ à fidelibus largiuntur, aliquid auferat, vel iuri suo coniectat. Ita etiam Eugenius 1. Romana



ecclesia episcop. Romæ in conuentu statuit Episc. non licere ecclesiæ bona in proprios vsus conuertere. Et quo minus hoc fieri possit, filijs vel nepotibus & propinquis eius qui cõstruxit vel dirauit Ecclesiam, licentia datur, vt si sacerdotem seu alium ex collatis rebus viderit surripere, ipsum aut compescant, aut Episcopo indicent: quod si reus pergat, excommunicetur.

In Toletana 9. synodo ca. 6. sancitur, si Episcopus tertiam partem, quæ sibi de oblationibus debetur, aut ipsi Eccles. vnde habet, aut alteri quam elegerit, velit conferre, ratum ac firmum habeatur. Carranzæ in Epit. Concil. hic ad marginē addit: Nota (inquit) quod hic nulla fit mentio consanguineorum, sed tantum Ecclesiæ ipsius. In synodo Nicæna 2. a.ño. 788 celebrata statuitur c. 12. Si quis Episc. vel monasterij præfectus, ex Episcopatus vel monasterij agris, in principis alicuius aut magistratus manus alienet aliquid, vel alteri personæ tradat, vt ea traditio sit nullius momenti. Item: Ne liceat ex huiusmodi bonis quicquam sibi vendicare, vel proprijs cognatis elargiri. Sed si sint pauperes, vt pauperibus suppeditet, non autem eorum præteritis res Ecclesiæ renundet. Sin autem detrimentum offerre causetur, nec quicquid ex agro emolumenti percipi, ne sic quidem magistratibus aut principibus, qui sunt in eo loco, renundet prædium, sed clericis vel agricolis. Si autem aliqua improba calliditate videntur, & ab agricola vel clerico agrum præses vel magistratus emerit, sic quoque nullius sit momenti venditio, & Episcopatus vel monasterio restituatur. Qui secus fecerit, si sit Episcopus vel monasterij præfectus exturbetur ab officio. Aquisgranæ synodus habita fuit sub Pipino Ludouici filio a.ño 829. in qua multa decernuntur contra eos, qui negabant peccatum esse res sacras Deo & Ecclesia donatas ad alios vsus conferre: tomo 3. concil. fol. 428. & sequentibus. In Concilio generali 8. Constantinopoli anno 570. habito, cap. 15. decernitur, vt Episcopo vendere vel vt cunq̃ue alienare vasa, aut vestes sanctas, nec vllas rusticas possessiones renundare liceat, ne propter hoc Ecclesiastici redditus ledantur. Eodem Concilio can. 18. præcipitur, vt res quas Ecclesia ex longa consuetudine habeant donatas, & ab eis 30. annos possessa sint, nequaquam à seculari potestate eis subtrahantur: qui contra fecerit, sit sacrilegus. Et Carolus Caluus in epist. ad clerum Reuennatem scribit, Episcopos et rectores monasteriorum, ac rerum seu facultatum Ecclesiasticarum dispendiosos, eas non vt proprias, sed vt vota fidelium, precia peccatorum, stipendia seruorum Dei & pauperum, debere fideli deuotione tractare.

Obseruare sint  
clerici affecti  
erga magistra  
rum.

In Moguntina synodo anno 888. habita ca. 11. inuadores prædiorum ecclesiæ infamia, anathemate & exilio iubentur puniri. In prouinciali quadam synodo Gallie à Carolo simplici habita, decernitur circa annum Domini 905. bona ecclesiastica sancta esse debere, quæ nefas sit politicis viris ab alienare, atque in profanum vsum conuertere. P. Aemilius in vita Caroli simplici. Urbanus 2. in synodo Claromontana anno 1095. statuit, vt laici nec decimas vendat, nec retineat. Vincent. lib. 26. cap. 91.

In Lateranensi Concilio sub Alexandro 3. habito anno 1180. statuitur quoq̃, ne laici decimas ecclesiarum in alios laicos possint aliquo modo transferre. Si quis vero receperit & ecclesiæ non tradiderit, Christiana sepultura prouetur. ca. 24. Et cap. 19. sancitur, Ne rectores & consules ciuitatum Ecclesijs onera imponant, & grauib. crebrisq̃ue exactionibus eas præmanita vt sine solata, sine expeditione, sine qua libet alia sibi arbitrentur agenda, de bonis ecclesiarum, clericorum & pauperum Christi vsibus deputatis, circa hæc Ecclesijs non sint oneri & molesti. In Turonensi synodo anno 1163. ab Alexandro 3. habita, præcipitur, vt quisquis alicui laico ecclesiam decimarie concesserit, excommunicetur. Auentinus libro 6. Annal. In synodo quadam Alemanniæ celebrata anno 1224. sancitur, si fundatores ecclesiarum, vel heredes ipsorum, partem decimarum, vel aliorum prouentuum Ecclesiasticorum, in quibus ius habent patronatus, sibi retineant ex pacto, & nihilominus representent clericos ad eandem anathemate feriatur, cum clericis qui ita ecclesijs representantur, & terra ipsorum interdicto Ecclesiastico subiaceat. tom. 3. Concil. Edita quoque sunt aliquot decreta hac de re in Colonien. synodo anno 1266. habita.

## Deabusu bonorum Ecclesiasticorum.

**C**Aeterum contra hæc decreta pia alioquin, grauissimè peccarunt, primò ipsi: Episcopi, sacerdotes & totus deniq; clerus qui huiusmodi bonis ad necessarium, vel etiam liberalem vitæ usum, vicium cultumq; corporis collatis, impiè nescièq; ad fastum, ad pompam, ad superstitionem, ad templorum ædificationem & exornationem immodicam, ad libidinem, ad gulam & ebrietatem, ad corporis voluptates abusi sunt, neglectis interim pauperibus. Ac ne quid priuato affectui indulgere hic videar, testes horum sistam qui apud ipsos etiam pontificios in magna autoritate semper fuerunt. Nam de impio bonorum sacrorum abusu, Hieronymus suis temporibus grauissimè conquestus est Epist. 2. ad Nepotianum, vbi contra luxuriam clericorum agit qui iam inuoluerat: Nonnulli, inquit, sunt ditiores monachi, quàm fuerant seculares, & clericici qui possideant opes sub Christo paupere, quas sub locuplete & salaci diabolo non habuerant, vt suspiciat eos Ecclesia diuites, quos mundus tenuit antè mendicos. Et paulò post: Turpe est, ait, ante fores sacerdotis Christi crucifixi & pauperis, & qui cibo quoque vesceretur alieno, lectores Consulum & milites excubare, iudicemq; prouincia melius apud te prandere, quàm in palatio. Quid sanctissimum virum dicturum putas si hodie viueret, & intolerabilem abusum bonorum ecclesiasticorum, fastumq; immanem clericorum cerneret? Audiamus eadem de re conquerentem Diuum Bernbardum in Oratione ad Clerum in Concilio Remensi congregatum habita anno Christi 1144. in ea, Quomodo verò, inquit, seculares non expenderent substantiam suam ad vitam luxuriosam etiam presentibus sacerdotibus? quomodo non intenderent vanitatibus & lenocinijs huius seculi? quomodo non essent insolentes & elati, cum tantum fastum, tantam insolentiam videant sacerdotum? Nonne in presentia eorum irruerent abutimini elemosynis pauperum? De patrimonio crucis Christi non paratis codices in ecclesijs, sed positis pellices in thalamis vestris, impinguis carnes, adornatis equos phalerantes pectora & capita deaurando. Ea tempora ista planè sœda à negotio perambulante in tenebris. Quapropter vœ generationi huic à sermone Pharisæorum quod est hypocrisis, si tamen hypocrisis dici debet, quæ iam latere præ abundantia non valet, & præ impudentia non quærit. Et mox: Ministri Christi sunt & seruiunt Antichristo, honorate incedunt de bonis Domini, cui honorem non deserunt. Inde est eis quem quotidie videmus meretricius nitor, histrionicus habitus, regius apparatus. Inde aurum in frenis, aurum in sellis & calcariis. Plus nitent calcaria quàm altaria. Inde mensæ splendida & cibus & poculis. Inde commessationes & ebrietates. Inde cithara & lira & tibia, redundantia corcularia, promptuaria plena, eructantia ex hoc in illud. Inde dolia pigmentaria. Inde referta masupia. Huiusmodi sunt & volunt esse Ecclesiarum Præpositi, Decani & Archiepiscopi. Omnes quærent quæ sua sunt, diligunt munera, nec possunt pariter diligere Christum, quia manus dederunt mammonæ. Intuere quomodo incedunt nitidi & ornati, circumamicti varietate, tanquam sponsa procedens de thalamo suo. Nonne si quempiam talium repente eminus produncem, aspiceres, sponsum potius putares, quam sponsæ custodem? Vnde verò hanc illis exuberare aestimes rerum affluentiam, vestium splendorem, mensarum luxuriam, congeriem vasorum aureorum & argenteorum, NISI DE BONIS SPONSIS? Interim hæc pauper, inops & nuda relinquitur, facie miseranda, inculca, hispidæ & exanguis. Propter hoc non est hoc tempore ornare sponsam, sed spoliare, non est custodire sed perdere, non est defendere sed exponere, non est instruere sed prostruere, non est pascere gregem Domini sed maculare & deuorare, &c. In Monasterijs quoq; opes luxu immoderato, in honesto ac turpi, exhauriri, dissipari, consumi ac disperdi idem pater grauitè in epistola ad Guilhelmum abbatem conqueritur: Fercula, ait, ferculis apponuntur, & pro solis carnibus, à quibus abstinetur, grandia piscium corpora duplicantur. Cumque prioribus fueris satiatus, si secundos accigeris, videberis tibi necdum gustasse pisces. Tanta quippe accuratone & arte coquorum cuncta apparatus, quatenus quatuor aut quin-

Nota abusum bonorum Ecclesie immanè.



que ferulis deuoratis, prima non impediatur nouissima, nec satietas impediatur appetitum. Palatum quippe, dum nouellis seducitur condimentis parlatum diffusescere cognita, & ad succos exiraneos, ueluti adhuc ieiunium, auidè renouatur in desideria. Venter quidem dum nescit oneratur, sed uarietas tollit fastidium. Quia enim puras (quas natura parauit) fastidimus epulas, dum alia alijs multisariè permiscuntur, & spretis naturalibus, quos Deus indidit rebus, quibusdam adulterinis gula prouocatur saporibus: transitur nimirum met a necessitatibus, sed necdum delectatio superatur. Quis enim dicere sufficit quot modis (ut cetera taceam) sola oua versantur & uexantur, quanto studio euertuntur, subuertuntur, liquantur, durantur, diminuantur, & nunc quidem frigida, nunc assa, nunc sarisa, nunc mixtim, nunc sigillatim apponuntur? Ipsa deinde qualitas rerum talis de foris apparere curatur, ut non minus aspectus quam gustus delectetur, & c. Et in Sermone 23. in Cantica, Timeant clerici, ait, timeant ministri ecclesie qui in terris sanctorum quas possident tam iniqua gerunt, ut stipendijs quae sufficere debeant minimè contenti, superflua quibus egeni sustentandi erant impie & sacrilege sibi recineant, & in usus sua superbia atque luxuria uictum pauperum consumere non uereantur: duplici profecto iniquitate peccantes, quòd & aliena diripiunt, & sacris in suis uanitatibus ac turpitudinibus abutuntur. Nam sicut quoque Patavinus in Defensore pacis Dist. 2. cap. 24. indicat quàm turpiter suo tempore Ecclesiarum Praesules bonis Ecclesiasticis abusi fuerint: Quid, inquit, de temporaliu dispensatione dicemus, cum debeant ecclesiasticorum ministrorum sufficientiæ, residua pauperibus impotentibus alijsq; personis miserabilibus dispensari? quod neminem latet. Sed illi inuenerunt nouum elemosinae modum. Nam in mercenariis milites, equites & pedites, & ad pugnas inter Christi fideles concitandas & continuè fouendas, ut eos tandem suæ subijciant tyrannica potestati, insumant.

Incorporatio  
num origo.

Et quidem ut nunquam deessent pecuniæ in tam nefarios usus, INCORPORATIO-  
NUM uirginem sancti illi, si Dijs placet, uiri excogitarunt, quæ torrentis instar cuncta  
raperet, ageret, rueret ac prosterneret, quæ adhuc sana ac salua in Ecclesia essent. Pin-  
gues enim tauri Basan, hoc est, Cardinales, Episcopi, Abbates, Praepositi & Canonici, boues  
triturantes à praesepi ceciderunt, & miseros tantum non macie ac fame consecerunt. Nam de-  
cimæ aliosque proventus seu redditus & fructus monasteriorum & ecclesiarum, quas in Com-  
mendam (ut uocant) acceperunt, ad se raperunt, usq; ad fastum, ad pompam, ad libidines,  
ad luxum, ad omnia denique scelera abusi sunt. Hinc factum est ut non solum monasteria  
direpta, spoliata, atque ita attenuata & exhausta fuerint, ut cum antehac in uno illorum  
quadraginta, quinquaginta aut plures satis commodè foueri, nunc ægerrimè quinque necessa-  
rijs uita subsidijs prouideri potuerit: sed ecclesijs quoque maximum inde damnum ac d'ri-  
mentum illatum sit: sacerdotibus enim, quos parochijs praefecerunt tutores isti egregij, uel  
nihil dederunt, uel tam parum, ut uix suam inde enutrire potuissent, cum ipsi interim in otio  
& rerum omnium abundantia saginati, incrassati, impinguati & dilatati fuerint. Ex hoc fonte  
multi & horribiles errores in Ecclesiam irrepserunt: famelici enim isti sacerdotes Codro pau-  
periores, ut aliqua ratione famem sedare potuerint, anniuersarios dies, parentalia & anima-  
rum commemorationes celebrandas docuerunt: templa, sacella, aras & uigilias ut instituant  
mortales inculcarunt: dedicationes, Missas, collectas publicas seu oblationes, confessiones &  
nescio quæ alia faciendâ subinde pro suggestu clamarunt, hæc eorum fuit cantilena, hæc om-  
nem suum sermonem direxerunt, hæc omnia instituerunt, in his fuerunt toti ne quid usquam  
decederet: adeoq; ex his palustribus & limosis pabulum quaesuerunt, quum fructus omnes à ra-  
lidis ac robustis tauris, seu onagri uerius, essent praesepi. De tempore uero quo malum hoc  
in Ecclesia exortum est, Auentinus lib. 7. Annalium hæc tradit: Ioannes 22. missi inui-  
tis Episcopos imposuit. Illi ut symmystas placarent, parochias ipsis tributarias fecere: ho-  
spitalitas tum abolita est: quod in alimenta pauperum ante distributum, in ornatum cultumque  
parietum atque pompam uersum est. Tum priuata sacrificia, sacrificularios  
pontifices, sacrilegia, compilationes, peculatus (ut tum autumabant) templorum, & sicuti  
nuac

nunc vocant, Incorporationes & Absentias inualuisse reperio. Hæc Auentinus. Nemo verò nescit hoc, effertiorum & inollerabiliorem ecclesijs esse Incorporationis rapinam quam Simoniam, quòd hæc velut ex pacto agens vsus fructum emit & vendit, illa autem nulla iuris formula intercedente, solo præsulum consensu non emit, sed adimit, nec soluit sed vendicat, præterea testamenta & legationes piorum hominum, desponsa conscientia, tollit & violat.

Neque verò turba Episcoporum aliorumque præsulum Ecclesiarum hoc fecit solum; sed ipsi pontifices Maximi, patres sanctissimi, & Christi vicarij. Bonifacius 7. enim circa annos Domini 976. relinquere urbem coactus, ob pontificatum malis aribus adeptus, thesauros & præiosissimam quæque est basilica D. Petri subtrahens Constantinopolim confugit: ubi eam diu subsistit, quoad diuenditis, quæ sacrilegio abstulerat, magnam vim pecuniarum comparasset, quibus tanquam adminiculis occupanda tyrannidis fretus, urbem repetit, ciues Romanos largitione corrupturus. Oblabant conatibus suis viri boni, maxime verò Ioannes diaconus Cardinalis, quem captum adiuuantibus quibusdam perniciosi hominibus, oculis statim priuauit. Ecce pontifex Romanus sacrorum pater & rex: sacra ipsa furto abstulit: & qui vindicare sacrilegia debuerat, tanti sacrilegij factus est auctor. Verba sunt Platine. Gregorius 7. papa ad pacandos Romanos, cum post deuictum Rodolphum, quem Imperatorem contra Henricum 4. salutarat, eorum metueret offensionem, circiter centies mille auri libras, passim ex templis surreptas, distribuit, vt Hedio indicat parte 3. historia Ecclesiast. lib. 9. cap. 14. Clemens 6. pontifex Auenioni residens, licentiam dedit his, qui Neapolim Ducem Andegauensium defendebant, vt venderent vasa aurea & argentea Ecclesiarum corpora, quo stipendia possent militibus conductis dare: vnde notabile detrimentum illatum est Ecclesijs: Antoninus tit. 22. cap. 2. §. 14. Cumq; Carolus Vngarus, quem Imperatorem Sicilia coronauerat, pecunia, neruo belli, destitueretur, pontifex Urbanus 6. in regem Roma spoliauit, calcibus, crucibus, imaginibus Diuorum argenteis & aureis conlatis, ad eundem monetam pro Carolo, & sustinendos belli sumptus, referente Mutio lib. 6. histor. fol. 291. In valida etiam illa expeditione Caroli 5. in Pannoniam anno 1532. facta, cum ararium pontificij Imperij penitus exhaustum esset, in senatu Romæ decretum fuit, vt quinque decumæ sacerdotijs imponerentur, quæ res minores sacerdotes, sacratasque virgines, & sacras hospitalales domus vehementer affluxit; nam exactores incredibili acerbitate humana & diuina omnia percurbabant, adeo vt plerique sacerdotes templa desererent: & passim sacra vasa & antiqua donaria conlarentur: erant & qui prædia dicata altaribus venditarent, vt decumæ soluerentur. Interim tamen Cardinales, qui opima sacerdotia possidebant, immunes euaserant, quasi illis ad tuendam Rom. aule amplitudinem, de solito vitæ splendore nihil remittere moderariq; liceret, quum ex aduerso plerisq; egentibus vltima vitæ alimenta repereretur. Iouius lib. 30. histor. Et vt summatim dicam ingentes illi thesaurorum cumuli ex Annatis siue Vacantijs: ex præuentionibus, resignationibus in fauorem, commendationibus, dispensationibus, et atis, ordinis, irregularitatis, vitij corporalis: Item ex gratijs expectatiuis, ex deuolutionibus, ex beneficijs vacaturis, ex priuilegijs, exemptionibus non visitandi, vel per procuratorem visitandi, homologationibus concordatorum, transactionibus seu beneplacito pape factis, permutationibus beneficiorum cum dispensatione, mandatis Episcopalibus, expeditionibus in forma ratione congrui, creandis protonotarijs & notarijs Apostolicis: cum coadiutoribus, literis maioris aut minoris iustitiæ, dignitatibus secularibus, ecclesiasticis, nouis foundationibus, vel immutatione antiquarum, vel reductione regularium monasteriorum in secularem statum, vel restitutione in integrum: pro fructibus percipiendis in absentia, pro legitimationibus, altaribus portatilibus, pro non obstantijs, pro indultis clericorum secularum, pro renouationibus & reductionibus, pro Tolerantijs, siue colerantijs Concubinarum, pro rescriptis ad lites: thesaurorum inquam cumuli his alijsque infinitis modis in Cameram Apostolicam collecti non ad Dei honorem conuertuntur, sed pontifices Roman. vel in vsus bellicos ad stabiliendam immanem suam tyrannidem & opprimendos verè fide-



les, vel ad locupletandos suos nepotes, sic enim honesto nomine ab adulatoribus paparum vocantur: quos tu rectius & verius ipsorum liberos seu spurios dixeris, nefarie abutuntur. Sed & abusi sunt bonis Ecclesiasticis seculares quoque seu politici viri, qui ea vel ad se rapuerunt, vel in alios vsus transferunt. Carolus Martellus Ecclesias bonis suis spoliavit, & in sumptus bellicos contulit. Hinc nugatur Chronicon de Ducibus Bauariae, Papam, Chronicon vero Marini Eucherium Amelianen. Episcopum, vidisse in somnis animam Caroli in inferno: apertoque monumento eius, serpentem mirae magnitudinis repertum esse. Et Balerus Cent. 2. in cap. 5. Appendice refert, Monachos hoc per literas Pipino significasse. Quod in eum finem factum esse facile colligi potest: ut edictum eius de bonis Ecclesiasticis ad sumptus belli eneruarent. Verum Auentinus lib. 3. Annal. somnium hoc refutat, eo quod Egidius Martellum ab omnibus peccatis suis absoluisse: & Eucherium ob inuidiam Caroli, à quo remotus ab Episcopatu fuerat, hoc totum confinxisse affirmat. Cum Carolus Magnus vicisset Saxones, ecclesiam aedificauit primam in ea provincia Episcopalem, cui praefecit Vuhonem, Frisium origine, eius de prouincia prouentibus assignauit, vnde cum clero suo viueret. Ferunt autem inditas populo Decimas de more Christianorum, non prouenisse pontifici illi primum, sed regis praefectis, ut stipendia inde militibus, & sumptus sacerdotum crebrarum in eam gentem expeditionum. Tributorum enim nomen horreat libertati affuere populis, sed Decimarum exactionem recusare non poterat. Cranz. lib. 1. cap. 2. Metropolis. Addit ibi idem author, annales testari hinc ortum, ut hodie in Saxonia & alibi multarum Decimarum exactiones sint in manibus laicorum. Ipse vero aliam huic rei causam accessisse coniicit: Cum enim non satis fiderent pontifices sua iura ab laicis principibus tueri, dedisse arbitratu paterna Decimarum principibus in manum per speciem feudi & beneficij, malentes amittere dimidium quantum: inde factum, ut à principibus transirent in ministeriales, qui nunc militares appellantur. Cranzius ibid. Vera autem esse quae author hic refert, ex ea oratione apparet quam Fridericus Imperator in celeberrimo Imperij cœtu, Geilenhusae congregato, habuit, in qua inter alia inquit: Quod ad vos pertinet pontifices, arbitratu (papa) indignum, decimas, quae altaribus & personis ecclesiae deditae noscuntur à laicis obtineri: nec vult intelligere, olim ecclesias varijs afflictionibus laborantes, à laicis personis defensas, tum in beneficium remunerationis, quas abundè tenuerant Decimas, in parte dimissas. Et quomodo indignum iudicabitur, si quis Ecclesiae militans ecclesiae stipendijs foueatur? Cranzius lib. 6. cap. 52. Sax. Pontifices Bauariae sacras fericas & laneas vestes, opes templorum, vasa ecclesiastica, signa diuorum aurea & argentea, Vngaris contribuerunt, ac pacem ab eis redemerunt. Auentinus lib. 4. Annalium. Philippus rex Francorum annuam decimam Ecclesiasticorum bonorum in bellum sacrum conuertit, quae postea Soldani decima nuncupata est. Gaguinus lib. 6. de Francis. Cum in direptione vrbis Caietanae in Neapolitano regno sita, omnia templorum & altarium ornamenta, quae religiosi quidam homines voto pro salute suscepto, Dijs suis excoluerant, ablata etiam essent, Beltrarij iussu, qui magister quaestorum in Gallicanis castris fuerat, in scyphos & pateras omnia ea sunt conflata. In obsidione vrbis Florentinae à Carducio Dictatore detentum inductum fuit, quo è fanis cuncta donaria tolli atque diuendi iubebantur, inter quae praeter auream cruce prægrandibus gemmis ornatam, quae erat in delubro D. Ioannis, etiam fuit mitra illa insignis pretiosissimis redimita gemmis, quae à Leone pontifice templi maximi altaribus dedita consecrataque erat. Iouius lib. 28. histor. Cumque à Ferruccio duce Florentino Volaterra essent receptae, donaria dedita ibi antiquitus templis, & religiose vsque in eam diem custodia abstulit, & res pretiosas carioresque, cuius in ipso bellimetu in virginum canonijs abstonditas suam esse prædam dixit, denunciata capitis poena his, qui abdità biduò non reuelassent. Imò calata argento altarium frontalia, atque abacos cum candelabris & calicibus conflare iussit. Postremo diuorum eorum, quos tutelares existimabant eius vrbis, Octauiani scilicet atque Victoris argentea simulachra, quibus vera capita ipsorum martyrum includebantur, ad hastam venalia in foro proposuit, &c. Vide Iouium lib. 30. histor.

Vnde Decime  
peruenerint  
in manus laico-  
rum.

Veneti quoq; in expeditione quadam Turcica quinas decumas ex sacris redditibus sacerdotum ordini imposuerunt, vt ex ea pecunia remigibus stipendia præberentur. Iouinus lib. 33. historiarum. Rentiis Venerorum Dux anno Christi 1513. Bergomi campanas templorum turribus detraxit, & conflauit: earumq; metallo ad fundendas colubruinas bellicas vsus est. Iouio auctore lib. 12. historiarum.


Hæc propterea pluribus commemoro vt intelligant pontificij, quàm iniquè Christiani Principes & magistratus, qui bonorum & reddituum Ecclesiasticorum abusus, ad normam verbi Dei, & canonum Conciliorum primitiua Ecclesiæ, in ordinem redegerunt, furci sacrilegij, hætenus accusati fuerint: quum ipsi interim cer sacrilegi ijs per fas & nefas ad omne scelus pro libidine sua abutantur. Licet Euangelicorum nonnullos etiam non omni culpa liberare velim, qui primum bona Ecclesiastica sibi vendicarunt ceu sua, ijsque partim latam sibi faciunt ditionem, partim arces atque adificia struunt, partim thesauros augent, neglectis interim aut perparce habitis ministris ecclesiarum & pauperibus. Deinde oconomos ijs præficiunt duros simul ac rigidos, qui malint derogare quàm erogare. Sed reddent hi infideles dispensatores Domino bonorum istorum grauisissimam in die iudicij vltimi rationem. Quod si quæretur, sitne ille contractus, ceu Simoniacus, irritus habendus iuxta decreta Conciliorum quæ commemorauimus, quæque descripta extant 12. q. 1. & extr. de præscrip. cum causam, & 1. q. 3. altare. quo decimæ aliæq; Ecclesiarum bona vel venditione, vel alio modo in manus laicorum perueniunt? Respondetur, Quoniam ab his canonibus discessum sit, & alia decimæ sint emptæ, alia hæreditario iure, alia alio modo acquisitæ: nonnullæ etiam ab ipsis parochiarum præsidibus certa quadam conditione traditæ magistratibus, aut etiam hominibus priuatis: nullo iure posse ab ijs, qui iure possident ad parochias iterum transferri, nisi precibus & pecunijs redimantur.


F I N I S.

ERRATA SIC CORRIGE.

Fol. 17. b. l. n. 7. mutuati sunt. fol. 18. b. l. 32. post Christiani dele Fana. fol. 22. b. l. 34. loquuta sint. fol. 36. b. l. 31. post respiciet dele ET. fol. 37. b. l. 2. textilibus. fol. 40. l. 43. frustra. fol. 41. l. 31. populus fol. 47. b. l. 7. ad imper. fol. 48. b. l. 15. dele ex quibus. fol. 51. l. 5. ratiocinari. fol. 59. Turmarcha. fol. 60. l. 2. habentur. fol. 60. b. l. 1. Constantino. fol. 66. b. l. 38. tradita. fol. 70. l. 13. venerationes. fol. 81. l. 21. campanis. fol. 90. l. vltima, æternam: & similia, quæ beneuolus lector per se facillè corriget.









85 57 7

